✠
BIBLIOTECA
DEL REAL MONASTERIO
DE HUERTA.
Núm. 316.

Nodecompresende en el de 1640.

IANI GVLIELMI F.
LAVRENBERGI

ANTIQVARIVS:

IN QVO

PRÆTER ANTIQVA ET OBSOLETA VERBA
ac voces minùs vsitatas, dicendi formulæ insolentes, plurimi ritus
Pop. Rom. ac Græcis peculiares exponuntur & enodantur.

OPVS EX PLVRIMIS LATINÆ LINGVÆ
Auctoribus multo labore con nnatum, & iuxta alphabeticam seriem
digestum, quod cuiui lixi commentarij loco esse potest.

ADIECTA EST IN FINE VETVSTIORVM
vocum ex glossariis aliquot collectæ farrago.

De la libreria
gcia de

del co. Jm
Marin

BIBLIOTECA PROVINCIAL
SORIA

LVGDVNI,
Typis Ioannis Anard.

M. DC. XXII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Typis Ioannis Arnad.

SUPERIORUM PERMISSU.

ILLVSTRIBVS
AC GENEROSIS
DOMINIS,

DN. CAROLO,
DN. IOACHIMO GOTTEFRIDO,
DN. HENRICO ALBERTO,
&
DN. CHRISTIANO LVDOVICO,

Dominis in Limpurg, S. R. Imperij Pincernis hereditariis, ſempérque liberis, &c.

Dominis meis Clementiſſimis.

SINGVLARI Dei prouidentiâ factum, ILLVSTRES ac GENEROSI DOMINI, vt emortuis vbique pænè gentium litteris denuo quaſi renaſcentibus, viri excitarentur induſtrij, qui caligines verborum ac rerum

rum enodando, ſalebras exæquarent & calles, ac viam ad politioris litteraturæ genus ſternerent. Quo in genere quum non pauci litterati homines, tum inprimis IANVS LAVRENBERGIVS, Vir omni litteraturâ celeberrimus, multam & præclaram operã nauaſſe cenſendus eſt. cuius COMMENTARIOS quum triennium ferè ad manus habuerim, illos tandem de priuato in publicum tradere, Veſtris, DOMINI, auſpiciis, libuit. Cauſſa quæ me impulit, maximè fuit Patria, cui omnia, vel ea certè quæ poſſumus, redonanda. Deinde locus, vnde Commentaria hæc orta, quô Tu olim, Generoſe Dn. CAROLE, iuuenis præclara iuris, nominatim illius VENANDI, edidiſti ſpecimina. à quo ſubinde maximo Præfecturæ munere ab Illuſtriſſimo Duce VVirtembergico, &c. decoratus, id non minus Tuâ gloriâ, quàm Ducatus commodo perfunctus es.

VOS eiuſdem Dn. CAROLI ex fratre Nepotes amantiſſimos quod attinet, in tantum Vobis vel à Patre veſtro, Illuſtri & Generoſo Domino, Dn. ALBERTO, Domino in Limpurg, &c. Patriæ Patre, nunc inter Cælites, ſum obſtrictus, vt ingratus eſſem, ſi memoriam illius deponerem. Is dum ephebis exceſſerat, tinctus artibus quibus prima ætas informari ad humanitatem ſolet, Tubingam ad vberiorem ingenij cultum miſſus eſt: vbi celeriter antecellere æqualibus ingenij gloriâ

riâ cõtigit. Poſtdein ad exteras regiones viſurus, Italiam primùm adiit, nec à limine tantùm ſalutauit, ſed vltrà ad Sepulcrũ vſque Domini Hieroſolymam, haut ſine vitæ diſcrimine, eſt progreſſus. Poſthæc exortis in Gallia turbis, cõtinuò iteri ſe cum fratre LVDOVICO GEORGIO accinxit, & operam Chriſtianiſſimo Regi HENRICO IIII. potentiſſimo addixit, fratre mox Vexillifero conſtituto. At fato contigit quòd hic morbo grauatus mortem obiret, ille verò, ſedatis turbis, domum ſe conuerteret, glande in femore, Martis ſymbolo, receptâ. Attamen nec his contentus, ſtare etiam pro Patria aduersùs Turcam hoſtem immaniſſimum voluit, (magno pugnacis animi argumento) donicum faſtigio hoc ſubducere, & ad propria ſe deuoluere vſus eſſet. Ex quo (præfiſcinè dixerim) me meóſque eâ ſemper proſequutus eſt clementiâ, vt vnum ex fratribus à ſecretis, alterum verò ab epiſtolis ſibi eſſe voluerit, méque ipſum, vt Vos, DOMINI, huc comitarer, è mediis euocârit Galliis; ſícque factum foret, me niſi certa quædam detinuiſſent negotia. Tandem proh! fato cedens, vixdum ætatis ſuæ quinquageſimum compleuerat, magno ſui deſiderio abiit, Vir bello ac pace ſummus, Religionis, Iuſtitiæ, litterarum cultor eximius. Vos quoque, Generoſi Domini, in Galliam pergentes, & in vrbe quâ hæc

ſcribo, aliquantulum ſubſiſtentes, tantâ me beneuolentiâ eſtis complexi, vt vix dies abiret, quo me Vobis non à latere eſſe volueritis. Summa tot me Vobis deuinxerunt διεργετήματα, vt charta me deficeret, ſi enumerare velim. At longior hîc eſſe nolo, quin potiùs Deum veneror, vt GG. VV. cum tota Illuſtri Domo Limpurgica hoc miſerabili æuo paternè ſoſpitet, ſuperſtitétque. VALETE, & me meóſque eâ quâ hactenus clementiâ proſequi impoſterum dignamini. LVGDVNI Seguſianorum III. Kal. Aprileis M. DC. XXII.

ILLVM GG. VV.

Humillimus cliens

I. FEHE.

AVCTORVM, QVIBVS VSI IN HOC OPERE, SYLLABVS.

ACcivs.
Acron.
Ælianus.
Ælius Gallus.
Ælius Stilo.
Afranius.
Agellius.
Aggenus Vrbicus.
Albinouanus.
Alcinus.
Alex. ab Alexandro.
Alex. Neapolitanus.
Alexis.
Ammian. Marcellinus.
Antias.
Antidanus.
Antiſtius.
Apitius.
Apollonius.
Apuleius.
Arcadius.
Arnobius.
Artemidorus.
Arnutius Celſus.
Aſconius Pædianus.
Aſinius Gallus.
Aſinius Pollius.
Athenæus.
Atta.
Attilius Fortunatianus.
Attius.
Auguſtinus.
Aurelius Victor.
Balbus.
Blondus.
Boëtius.
Brutus.
Cæcilius.
Cælius. Cæſar.
Caius IC.
C. Gracchus.
C. Lucinius.
Callimachius.
Calpurnius Piſo.
Caluus. Canutius.
Caper. Caſſianus.
Caſſius Seuerus.
Cato. Catullus.
Celſus.
Cenſorinus.
Ceſellius Vindex.
Chariſius.
Cicero.
Cincius Alimetus.
Cinna.
Claudianus.
Claudius.
Cleomedes.
Cloatius Verus.
Cneus Matius.
Columella.
Corippus.
Cornelius Nepos.
Cornificius.
Cornutus.
Craſſus. Cratinus.
Criſpinus.
Diomedes.
Dionyſius.
Dolobella.
Ennius.
Euripides.
Euſebius.
Euſtathius.
Eutychus.
Fabius Pictor.
Fab. Victorinus.
Fannius. Fauſtus.
Feneſtella.
Feſtus. Firrius.
Fonteius.
Frontinus.
Fulgentius Placiades.
Furius Antius.
Galbius Baſſus.
Gellius.
Germanicus.
Gloſſarium vetus.
Heluius Cinna.
Herodianus.
Heſiodus.
Henr. Stephanus.
Herodotus.
Heſychius.
Hirtius. Homerus.
Horatius.
Hortenſis. Hoſtius.
Hyenus.
Hyginus. Hyllus.
Iſidorus.
Iulius Capitolinus.
Iul. Firmicus.

Iul.

Iul. Frontinus.
Iul. Pollux.
Iunius Philargyrius.
Iuſtinus.
Iuſtus Zinzerling.
Iuuenalis.
Labeo.
Laberius.
Lactantius.
Læuius.
Lampridius.
Latinus.
Leonidas.
Leuinus.
Licinius Imbrex.
Lipſius. Liuius.
Longobardus.
Lucanus. Lucilius.
Lucretius.
Lud. de la Cerda.
Macrobius.
Mago. Manilius.
Manlius Vopiſcus.
M. Curius.
Marius Victorinus.
Martialis.
Martianus Capella.
Marullus. Maſurius.
Maternus.
Matius.
Memmius.
Meſſalla. Metellus.
Moſchus.
Myrſontius.
Næuius.
Naumachius.
Nemeſianus.
Neſtor Nouarienſis.
Nigidius.
Nonius Marcellus.
Nouius.
Opilius Aurelius.
Oppianus.
Oppius.
Optatius Mileuitanus.
Orbilius.
Ouidius.
Pacuuius.
Palladius.
Pammachius.
Papinianus.
Papinius.
Paulinus.
Paullus IC.
Perſius.
Petronius Arbiter.
Phædrus.
Placidus.
Platus. Plautus.
Plinius vterque.
Plutarchus.
Pollux.
Polybius.
Pomponius.
Porphyrius.
Priſcianus.
Probus. Propertius.
Prudentius.
Publius Mimus.
Rhemnius Fannius.
Rutilius Geminus.
Saluſtius.
Santra. Scaliger.
Scaurus.
Scribonius.
Sempronius Aſellio.
Seneca.
Septimius.
Serenus Samonicus.
Seruius.
Siculus Flaccus.
Sidonius Apollinaris.
Silius Italicus.
Siſenna. Solinus.
Sophocles.
Soſipater.
Spartianus.
Suetonius.
Suidas. Sulpicia.
Sulpicius Seruaſtus Lupercus iun.
Sutrius.
Symmachus.
Syneſius.
Tacitus.
Tertullianus.
Theocritus.
Theodoſius.
Tiberianus.
Titinius. Togatus.
Tranquillus.
Trimatius.
Turnebus.
Turpilius.
Valerius Flaccus.
Valer. Maximus.
Valer. Soranus.
Valgius. Varro.
Vegetius.
Vegoia.
Velius Longus.
Vellius Paterculus.
Veranius.
Verrius.
Virgilius.
Vitalis.
Vitruuius.
Vlpianus.
Voluſius Mætianus.
Vrſinus Velius.

IANI GVLIELMI F. LAVRENBERGI ANTIQVARIVS:

IN QVO

Præter antiqua & obſoleta verba ac voces minùs vſitatas, dicendi formulæ inſolentes, plurimi ritus Pop. Rom. ac Græcis peculiares exponuntur & enodantur.

A B

ABACTVS, ἀποδεὶς, qui coactus magiſtratus imperium depoſuit. Feſt. Quaſi ab actu remotus. Iſidorus lib. 10. c. 1. Item, Aborſus, ſeu per vim ante tempus eiectus. Gloſſ. ἐξωθούμενος. Abactus etiam Plinio Iun. ἡ ἐξέλασις.

ABDICARE, rem quamlibet negare. Pacuu. Atalantâ: *Mortem oſtentant, regno expellunt, conſanguineam eſſe abdicant.* Non. Terent. Andriâ: *Chremes recuſat nuptias, generum abdicat.* Cic. *Abdicare ſe magiſtratui.* quod Ariſtoteles, ἀφιστῆναι τῆς ἀρχῆς.

ABDITIVVS, abortiuus, ἀποσπασθείς. denominatum ab Abditus.

ABEMITO, demito, aufer. Emere enim pro accipere dicebant: vnde *ſurremit*, quod eſt ſuſcepit, & *ſurremſit*, ſuſceperit. Plaut. *Abemito veſtem.* Feſt.

ABGREGARE, ab grege ducere. Gloſſ. ἀπαγελάζων, cui contrarium, *adgregare*, quaſi ad gregem ducere, addere. Sic *ſegregare, diſgregare*, ex pluribus gregibus partes ſeiungere. quibus contrariatur *congregare.*

ABIETARIA, negotiatio, ab abietibus coëmendis, quam nunc materiationem dicimus: vnde *Abietarij*, τέκτονες, materiarij, ſeu fabri vocantur lignarij. Gloſſ. *Abietarius, carpentarius, qui de abiete operatur.*

ABIRE, pro obire, vita excedere. Lucret. lib. 2.

Nam quare potius leti iam limine ab ipſo
Ad vitam poſſint cõiecta mẽte reuerti,
Quàm quo decurſum prope iam ſiet, ire & abire.

Phædr. fab. 71. *Abiturus illuc, quò priores abierunt.* Sic Plaut. *abire in communem locum.* quod idem alibi, *ad plures ſe penetrare*, dixit.

ABITIO, pro morte antiquis. Nam ſi quis (teſtibus Plutarcho in Cicerone, & Tertulliano lib. de teſt. animæ) de aliquo pridem mortuo, tanquam viuo requireret, ne cogerentur δυσφημεῖν, ſolebant dicere: ABIIT IAM, ET REVERTI DEBET; nec vnquam monumentis, OBIIT, aut, MORTVVS EST; ſed ſemper, VIXIT, aut, BEATVS EST, aut, FVIT, inſcriptũ inuenitur. Quod & patet ex formula euocante ad funus populum: L. TITIVS VIXIT, L. TITIO. EXSEQVIAS. IRE. QVOI. COMMODVM. EST. TEMPVS. EST. OLVS. IAM ECFERTVR.

ABIVGAT. Gloſſ. ἀπολύει, ſeparat, alienat. Pacuu. Medo. *Quæ res te ab ſtabulis abiugat? certum eſt loqui.* Huius contrarium eſt *adiugare.* Idem Pacuu. Ilionâ: *Blandam adhortatricem adiugat.* Idem Chryſe: *Mater eſt terra, ea parit corpus: anima mater adiugat voluntatem.* Marcell. Gloſſarium: *Abiugaſſere*, ἀποζεύξαι.

ABNVEO, pro abnuo: & *adnuuit*, pro adnuit. Ennius lib. 8. Annal. *Certare abnueo, metuo legionibu' labem.* Idem lib. 2. *Adnuuit ſeſe mecum decernere ferro.* & in Telam. *Ex eo futurum abnueant.* Diomed. lib. 1.

ABNVTARE, ſæpè abnuere, denegare. Inde *abnutiuum*, Gloſſ. ἀποφατικόν. & *abnutio.* Caper de Orthographia: *Confeſſiua vox ſit ex duplici abnutiua.* Huic oppoſitum eſt *adnutare*, & *adnutiuum*, καταφατικόν. Diomed. *abnegatiuum* dixit, Grammatices lib. 2. *Duæ abnegatiuæ vnam affirmationem faciunt.* Cic. de Oratore lib. 3. *Quidnam eſt, obſecro, quod te adiri abnutas?* Plaut. Captiueis: *Quid mihi abnutas?*

ABOLLA, veſtis militaris. Varro Coſmotoryne: *Toga detracta & abolla data eſt ad turbam mihi, fera militias munera belli vt præſtarem.* Non. Martial. Epigram. lib. 8.

Neſcit cui Tyriam dederit Criſpinus abollam, *Dum mutat cultus.*

AB OLOES, ab illis. Feſt. *Oli* enim pro olli, & *olli*, pro illi dictum; *oe* verò loco *i.* quod ex his verbis patet: *Loeberum, loebertatem, pilumnoe, faſcinoe, pobloe:* pro liberum, libertatem, pilumni, popli, faſcini. Nec geminabant literas antiquitus Romani. Sic in legibus Seruî Tullî: SEI PVER PARENTEM VERBERIT. AST OLE PLORASIT PVER DIVEIS PARENTOM SACER ESTOD, id eſt, ille plorauerit.

ABOMINOSVS, βδελυκτός, abominabilis. Diomed. lib. 3. *Vt libantes ſonum vocis abominoſæ audire non poſſet.*

ABORIGINES, dicti, quòd aberrantes conuenerint in agrum. Hi, vt Dionyſio lib. 5. de ipſis placet, Arcades fuêre. Alij Ligures eſſe, alij Vmbros putant, quoniam vtraque gens vetuſtiſſima in Italia eſt, & indigena. Agros habitaſſe Reatinos tradit Varro. Gloſſarium Lat. *Aborigenes*, αὐτόχθονες. Gloſſar.

Bubi: *Aborigenes sunt superflui frutices, qui non naturaliter, sed vitiosè in arboribus & campis oriuntur, ac dicuntur quasi seorsim ab origine, non quòd non habeant originem, sed quòd non naturalem.* Item: *Aborigenes*, rusticus, agrestis: dicitúrque non quòd omnino careat origine, sed quòd eius origo ignoratur; non enim scribuntur genealogiæ rusticorum, nec traduntur memoriæ, sicut genealogiæ nobilium, inde & *Aborigineus*.

ABORISCI, aboriri. Lucret. lib. 5.

Denique cur nequeat semper noua luna creari,
Ordine formarum certo, certisque fi- (guris,
Inque dies priuos aborisci quæque creata,
Atque alia illius reparari in parte, (locóque.

ABORTIO, aborsus. Plaut. Truculento:

Celabat memet atque te illa, ne sibi
Persuaderes, vt abortioni operã daret,
Puerúmque vt enecaret.

ABORTO, aborior. Varro lib. 2. de R. R. cap. 4. *Haram facere oportet circiter trium pedum altam, & latam amplius paulo, ne dum exilire velit, prægnans abortet.*

ABSENTANS, absens. Sidon. lib. 9. epist. 13. *Quales pari tempore absentans, dum domum rediit Vlysses, inuenire potuisset.*

ABSENTE NOBIS, pro absentibus. Afran. Auctione: *Absente nobis huc si venerit puer.* Fenest. lib. 2. Annal. *Et quædam exta præsente suis, quædam absente porrecissem.* Non. Ter. Eunucho: *Nescio quid absente nobis turbatum est domi.* Sic Plaut. Amphitruone: *Nec nobis præsente quisquam nisi seruus Sosia adfuit.*

ABSONI, sine sono. Cic. lib. 1. de Oratore: *Sed sunt quidam, aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni.* ABSONÈ, ἀπηχῶς, δυσφώνως. Apul. Apolog. *Absonè atque indoctè pronunciare.* Gell. lib. 15. cap. 25. *Non absurdè atque absonè finxit.*

ABSPELLI, depelli. Plaut. Mercatore: *Simul autem pleniſſimè eos, qui aduersum eunt, abspellito.* Ibid. *Neque adeò spes est, quæ mihi hunc abspellat metum.* Idem Truculento: *Ille qui abspellit, is compellit: ille qui consuadet, vetat.*

ABSVMEDO, absumtio. Plaut. Captiueis: *Quanta pernis pestis veniet! Quanta labes larido! Quanta sumini absumedo! Quanta callo calamitas!*

ABSYNTHIATVS, absynthio temperatus. Sen. in Suasoria pro Cic. *Hoc si tamen recta via consequi non potero, decipere vos cogar, veluti salutarem pueris daturus potionem absynthiati poculi.*

ABSYNTHIVM, in Masc. gen. Varro Quinquatribus: *Quid medico opus tuo, absynthium vt bibam graue & castoreum.* Non.

ABVTI passiuè, consumi. Front. lib. 2. rei agrariæ: *Terminos sacrificales ponunt, vbi illos sacrificij opportunitas suadet poni.* hoc est, loci cõmoditas, in quo sacrificium facile abuti possit. Plaut. Asinariã: *Vbi illa quæ dedi ante? LE. Abusa, nam si ea durarent mihi, mulier mitteretur ad te.* Q. Hortens. *Abusis iam omnibus locis.* Varro: *Vtile vtamur potius, quàm ab rege abutamur.* Prisc. lib. 1.

AC

ACCALIA, quæ & LAVRENTALIA

TALIA, feriæ Accæ Laurentiæ Romuli nutricis; quæ duodecim cùm eduxisset filios, vnúmque fato amisisset, in defuncti locum Romulum adsciuit, ipsum & cæteros ARVALES FRATRES appellauit, quòd socij essent & ferè pares, agresti ac pastoritia sodalitate coniuncti, vt refert Masur. Sab. *Celebrabantur vj. die, quæ atra dicitur.* Gell. lib. 6. cap. 7.

ACCENTIVNCVLÆ. Gell. lib. 13. cap. 6. quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant.

ACCEPSO, accepero. Pacuu. Teucro: *Haut sinam quicquam profari, priusquam accepso, quod peto.*

ACCEPTÆ vocantur rei agrariæ scriptoribus agrorum portiones viritim adsignatæ, aut quæ sortitò obtigerunt. Sicul. Flacc. de cond. agror. *Manipulus singulas acceptas accipiet, aliqui gradus singulas & dimidias.* Ibem ibid. *Sæpè etiam vnius hominis duo dominij acceptam sibi defendunt.* Hygen. de limit. constit. *Secundùm legem accipiet aliquid syluæ, ad implendum acceptæ modum.* Ibid. *Vt ad partitionem acceptarum mensura acta appareat.* Agg. Vrb. comment. in Front. *Ementes adiicientésque ad acceptas suas certum modum taxauerunt.* Vocantur & ACCEPTIONES. Sicul. Flacc. cond. agr. *Ergo acceptiones in centuriis explicandæ sunt.*

ACCEPTOR, accipiter. Lucil. *Rostra acceptoris & vngues.* Charis. lib. 1. Glossar. *Acceptor, ἱέραξ.*

ACCINGE, pro accingere. Pomp. Maccis geminis: *Ego iam his adero: dum ego reuertor, age antè accinge ad molas.*

ACCVBITIO, accubatio. Cicer. lib. de Senect. *Bene enim maiores accubitionem epularum amicorum, quasi vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt.*

ACERATVM, lutum mixtum paleis. Lucil. lib. 9.

Nam laterem qui ducit, habet nil amplius vnquam,
Quàm commune lutum à paleis, cœnúmque aceratum. Non.

Glossæ Balbi: *Aceratus, sordidus instar aceris, ἀχυρώδης.*

ACERBA VIRGO, immatura, necdum nubilis, à pomis præcoquis. Varro Agathone: *Virgo de conuiuio abdicatur ideo, quòd maiores nostri virginis acerbæ aures Venereis vocabulis imbui noluerunt.* Sic *acerba mors* Ciceroni, quæ πάντων ἄωρον Euripidi.

ACERBITVDO dicatur, an ACERBITAS, inquit Gell. lib. 13. cap. 3. nihil refert, vt neque quicquam interest suauitudo dicas, an suauitas, sanctitudo, an sanctitas, acerbitudo, an acerbitas, acritudo, an acritas.

ACEROSVS PANIS, ex farre minus purgato. Lucil. lib. 25.

Quæ gallam bibere ac rugas conducere ventris
Farre aceroso, oleo decumano, pane coëgit Cumano.

ACERRA, ara antè mortuum poni solita. Fest. in leg. XII. Tab. VTEI. NEI. SVMTVOSA. RESPERSIO. FIAT. NI. VE. MVRRATA. POTIO. MORTVO. INDERETVR. NI. VE. LONGÆ. CORONÆ. NI. VE. ACERRÆ. ADHIBERENTVR.

TVR. Cic. de legib. lib. 2.

ACETABVLA, pro acetabulum. Varro lib. 3. de R. R. cap. 5. *Ita ad extremum, vbi orbile solet esse, acetabula cauata sit, vt tympanum, in latitudinem duo pedes & semipedem, in altitudinem palmam.* Sic, *Mandibulum*, & *mandibula*, *vertibulum*, *manibulum*, *decipulum*, vtroque genere dixerunt. Phædr. fab. 60. *Qui sæpè laqueos & muscipula effugerat.*

ACHERVNS in fœmin. gen. Plaut. Captiuis: *Verumenimuero nulla adaquè est acheruns, atque ego vbi fui.*

ACHERVNS VLMORVM, pro seruo in quo conteruntur vlmi. Plaut. Amphitr. *Verbero, an etiam quis ego sim me rogitas? vlmorum Acheruns.*

ACHERVNTICVS, capularis senex. Plaut. Mercatore: *Quid tibi ego ætatis videor? Acherunticus, senex, vetus, decrepitus.* Idem Milite: *Quid ais tu? itáne ego videor tibi oppido Acherunticus?*

ACHERVSIA TEMPLA. Acheruns. Enn.

——— *Acherusia templa*
Orci saluete infera. Lucret. lib. 1.
Etsi præterea tamen esse Acherusia templa,
Ennius æternis exponit versibus edēs. Idem lib. 3.
Nam iam sæpe homines, patriam, carósque parentes
Prodiderunt, vitare Acherusia templa petentes.

ACIA, filum aciculæ. Gloss. ῥάμμα. Titin. Barbato: *Phrygio fui primò, beneque id opus sciui, reliqui acus aciásque hero atque herę nostræ.* Marcell.

ACIERIS, securis ærea sacerdotum in sacrificiis. Pompeius. Glossar. *Acieris*, ἀξίνη ἱεροφάντης, ἀφ' ἧς πλαύτος.

ACII, pro aciei, dixerunt prisci. Matius Iliade. lib. 21. *Altera pars acij vitassent fluminis vndas.* Gellius lib. 9. noct. Atticar. cap. 14.

ACINA, pro acini. Varro lib. 1. de R. R. cap. 54. *Ea vocatur lora, quod lota acina: ac pro vino operariis datur hyeme.* Cato de R. R. *Tum acina de vuis miscellis decerpito de scipione.* Columella lib. 12. cap. 39. *Vbi satis corrugata erunt acina, demito, & sine scipionibus in dolium coniicito.*

ACINOSVS Plinio, & ACINACEVS Digestis: ῥαγώδης.

ACITARE, agitare. Propter cognationem & adfinitatem inter se, literæ *c*, & *g*, commutabantur: vt κράββατος, κυβερνᾶ, κόμμι, κάβιος, κύκνος, grabbatus, guberno, gummi, gobius, cygnus. Sic *inicere, subicitare, macistratus, leciones, recio*, dicebant. Varro lib. 6. de L. L. *Interea concretione, contumione, conspicione, vtique ea rectissimè sensi.*

ACLASSIS, tunica ab humeris nō consuta. Fest. Gloss. *Aclasses*, λώματα.

ACLIDES, iacula breuia. Virgil. Æneidos lib. 7.

——— *teretes sunt aclides illi*
Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello.

ACNVA, mensuræ genus, quo rura antiqui metiebantur; vt tradunt rei rusticæ scriptores. Varro lib. 1. de R. R. cap. 10. *Actus quadratus, qui & latus pedes C X X. & longus totidem: is modus acnua Latinis appellatur.* Colum. lib. 5. *Sed hunc actum prouinciæ Beticæ, rustici ac-*

nuam vocarunt.

ACRIMONIA, & ACRITAS, animi viuacitas. Accius Neoptolemo: *Vim, ferociam, animum, atrocitatem, iram, acrimoniam.* Idem ibid. *Vis veritatis atque acritas.* Næuius Lycurgo: *Feri ingenij atque animi acrem acrimoniam.* Non. Gloſſ. *Acrimonium, δριμύτης.*

ACRITVDO, acritas. Accius Neoptolemo: *Haut quiſquam potis eſt tolerare acritudinem.* Feſt. Gell. lib. 10. cap. 27. *In libris veteribus memoria extat, quòd par fuit quondam vigor & acritudo amplitudóque Pop. Rom.* Apul. lib. 9. Metamorph. *Noſti quendã Barbarum, noſtræ ciuitatis decurionem, quem Scorpionẽ præmorum acritudine vulgus appellat.*

ACRVM ÆRVMA, vtenſilia ampliora. Feſt.

ACTIOSA, ſuſpicatrix, ab agendo; vt factioſa ab vnà faciendo. Plaut. Aſtrabà: *Actioſa annonam caram è vili concinnat viris.* Idem Sitelitergo: *Mulieres vxorculani; ego ſcio, noui actioſas.*

ACTVALIS, δραστικός. Macrob. comment. lib. 2. c. 17. *Hic à feriatis remotus, eminet tamen actualium vigore virtutum.*

ACTVARIÆ naues, quòd facilè agantur, ἱπαικτρίδες. Siſen. lib. 3. hiſt. *Quibus occiſis, actuarias ad viginti, naues item complures onerarias intendunt.* Non. Saluſt. hiſt. lib. 2. *Ad hoc pauca piratica actuaria nauigia.*

ACTVARIVS, qui acta excipit, vulgò notarius. Suet. Iul. Cæſare. cap. 55. *Orationes aliquas reliquit, inter quas temerè quædam feruntur pro Q. Metello: quam non immeritò Auguſtus exiſtimat magis ab actuariis exceptam malè ſubſequentibus verba dicentis.* Sen. *Multum viua vox facit, non quidem ea quæ alienis verbis commodatur, & actuarij vice fungitur.*

ACTVARIVS limes, qui primus actus eſt, quod verbum peculiare rei agrarię ſcriptoribus, quibus *agere limites, actus menſuræ, acta territoria*, dicuntur. Hygen. de limit. conſtit. *Actuarios autem limites diligentiſſimè agamus, & in eis lapides inſcriptos infigemus.* Idem: *Antiquæ menſuræ actus in diuerſum nouis limitibus inciditur.* Idem: *Poſt amplum actum emendare difficile eſt.* Et: *Agrorum diuiſiones inſcriptionibus continentur, & limitum actibus.* Sic eidem, *decumanum*, & *cardinem agere.*

ACVPEDIVS, [& ὀρχαϊκῶς *Agupedius*, vt *pegunia, pro* pecunia,] cui in currẽdo acumen pedum. Gloſſæ Balbi: *Acupedius*, id eſt, velox, quaſi acutis pedibus currens. Lucil. — *agupes cùm vocem mittere cœpit.* Pomp. Gloſſ. *agupedium, ὀξυποδία.*

AD

AD, pro aduersùs, contra: vt Græcis πρός. Catull. ad Mallium: *Cœperat ad ſeſe Troia ciere viros.* Etiam pro apud. Pl. Capt. *Philocrates modò in libertate eſt ad patrem.* Liuius lib. 2. *Dum hæc ad Veios geruntur.* Ter. He. *Ea quæ nunc eſt ad vxorem tuam.* Publ. Mimus: *Bonum ad virum citò moriatur iracundia.*

ADÆQVE, æquè. Plaut. Captiueis: *Quo homine hominum adæquè viuit nemo fortunatior.* Idem Caſinâ: *Nunquam ædaſtor vlla die riſi adæquè.* Et Moſtellaria: *Quo nemo adæquè ex omni iuuentute Atticâ ante-*

hac

hac eſt habitus parcus. Idem Ciſtellariâ: *Neque munda adæquè es vt ſoles.*

ADAGIO, adagium. Valer. Soranus: *Vetus adagio eſt, ô P. Scipio.* Varro lib. 6. analog. Gloſſar. *Adagiones, παροιμίας: adagio, παροιμία.* Symmach. lib. 1. epiſt. 4. *Ne mihi verba dederis; noui ego quid valeat adagio, ſus Mineruam.*

ADASIA, ouis recentis partus, ſed maior natu. Feſt. Iſidor.

ADAVCTAVIT, adauxit. Accius Æneadis: *Queis rem ſummam & patriam noſtram quondam adauctauit pater.* Marcell.

ADAXINT, adigant. Plaut. Aululariâ: *Vtinam me diui adaxint ad ſuſpendium Potius quidem, quàm hoc pacto apud te ſeruiam.*

ADCENSI, milites in locum mortuorum ſubitò ſubrogati. Plaut. Friuolariâ: *Vbi rorarij eſtis? En ſunt. Vbi ſunt adcenſi? Ecce.* Non. Hi quòd arma, quibus pugnabant, ferrentur, non tenerentur, ferentarij etiam dicebantur. Erant & ſerui publici; appellati, quòd ad res neceſſarias ſæpius adcierentur. Varro lib. 5. de L. L. *Caſconius in actionibus ſcribit, prætorem adcenſum ſolitum tum eſſe iubere, vbi ei videbatur horam eſſe tertiam, inclamare horam eſſe tertiam, itémque meridiem, & horam nonam.* Idem ibid. *Vbi primùm adcenſus clamauit meridiem.*

ADCOMMODARE, commodè & concinno modo adiungere. Accius Bacchis: *Tunc ſyluestres exuuias, ſæuo picto lateri adcommodant.* Cic. de Republ. lib. 1. *Expoſitámque ad exemplum noſtræ reipubl. adcommodabo, ſi potero, omnem illam orationem, quæ eſt mihi habenda de optimo ciuitatis ſtatu.* Virg. lib. 2. Æneidos,

——— *lateríque Argiuum adcommodat enſem.*

ADDITVS, infeſtus, inimicus. Lucil. lib. 4. Saturarum:

Si mihi nunc prætor ſiet additus, atque agitet me,
Non malè ſic ille, vt dico, me extenderit vnus.

Macrob. lib. 6. cap. 4. & Seru. Virg. Æneidos 4.

——— *nec Teucris addita Iuno*
Vſquam aberit. Idem in Ceiri:
O mihi nunc iterum crudeliter addite Minos!

ADDVCE, adduc. Afran. Fratriis: *Curre, nuncia venire, & mecum ſperatum adduce.* Non. Plaut. Rudente: *Quære herum, atque adduce.* Idem Pœnulo: *Adduce teſtes tecum.* Perſâ: *Et tu tuam gnatam, tamen ornatam adduce lepidè.* Curculione: *Collum obſtringe, atque abduce illum in malam rem.* Terent. Adelphis: *Tranſduce & matrem & familiam omnem ad nos.*

ADDVIT, pro addiderit, ab *adduo*, vt, *venumduo, creduo.* Gloſſar. *adduo, προσιθῶ.* In Plebiſcito: SEI. QVIS. MAGISTRATVS. ADVORSVS. HÆC. D. M. PONDERA. MODIOS. QVE. VASA. QVE. POBLICA. MODICA. MAIORA. MINORA. VE. FAXIT. IVSSIT. VE. FIERI. DOLVM. VE. ADDVIT. QVO. EA. FIANT. CVM. QVIS. VOLET. MAGISTRATVS. MOLTARE. VTEI. DVM. MINORE. PATRIS. FAMILIAS. TAXAT. LICETO. SIVE. QVIS. SACROM. IOVDICARE. VOLVERIT. LICETO. Et in XII. Tabulis:

bulis: SEI. PATER. FILIOM. TER. VENOM. DVIT. FILIOS. A. PATRE. LEIBER. ESTOD. Fest.

ADDVXE, adduxisse. Plaut. Rudente: *Metuo propter vos, ne vxor mea me extrudat ædibus, nam me pellices adduxe lucet ante oculos suos.*

ADESVM, consumtum. Sisen. hist. lib. 3. *Iisdem temporibus Æsernini, duplici fossa valloque circumdati, frumento adeso, quod ex aruis in oppidum portatum est.* Non. Lucr. lib. 6. *Intima pars homini verò flagrabat adesa.* Et lib. 5.

At quos effugium seruarat corpore adeso
Posterius tremulas super vulcera tetra tenentes
Palmas, horriferis accibant vocibus Orcum. Virg. Georg. lib. 3

——nam sæpè fauos ignotus adedit Stellio.

ADFECTATA FOEMINA, in vtramque dicitur partem, vel honorata, vel in extremam adducta infamiam. Plaut. Rudente: *Accipiam hospitio si mox venies, ita vt adfectatam.*

ADGREGARE, ad gregem ducere, προσαγελάζειν: sicut *abgregare*, ab grege remouere.

ADGRETTVS fari, apud Ennium, pro adgressus: Atticorum more, qui τὸ σ, vertere soliti in τ, dicentes, τήμερον, τεύτλον, γλῶττα, πράττω. Sic apud Latinos: *Mertus, pultus, tentus, tertus.*

ADHÆSVS, adhæsio. Lucr. lib. 3. *Nam neque pulueris interdum sentimus adhæsum*
Corpore, nec membris incussam sidere cretam.

ADHÆRENS CORPVS, pro corpori; vel hærens ad corpus. Lucr. lib. 3.

——quandoquidem connexus corpus adhæret. Cic. in Arato: *Hydra tenet flexum, crateram coruus adhæret.*

Sic Tac. lib. 15. *Aduolui genua*, pro volui ad genua. Ouid. lib. 3. Metamor. *Adducor littora.* Cornel. Nepos in Timotheo: *Eas gentes, quæ mare adiacent.* Plaut. Menæchmis: *Scortum adcubui.*

ADHAMARÉ, adtrahere: tractum ab hamo. Cic. Academicorum lib. 2. *Qui enim serius honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos, nec satis commendati multitudini possunt esse.*

ADICIT, pro adiicit. Manil. lib. 4. *Adde etiam Italicas vires, Romámque suismet*
Pugnantem membris, adice & ciuilia bella. Idem lib. 1.
His adice obliquos, aduersaque fila trahentes
Inter se gyros. Mart. lib. 4. epigr. *Nil adicit penso Lachesis, fusóque Sororum Explicat.*

Sic *subicit*, pro subiicit. Stat. Achilleide:

——subicit gauisus Vlysses.

Et Claud. de rapt. Proserp. lib. 3.

——subicit Cybele: non tanta Tonanti Segnities.

Sic *deicit*, pro deiicit.

Asinius Gallus Epigrammate in Marcellum:

Qui caput ad lænam deicit glossemata nobis Præcipit.

ADIPATVM, pingue, opimum; ab adipe. Cic. de oratore: *Adsciuerunt suis artibus opimum quoddam, & tanquam adipatæ dictionis genus.* Iuuenal. Satyrâ 6.

Liuida

Liuida materno feruent adipata veneno.

Gloſſæ Balbi: *Adipatus*, adipe conditus: *adipatum*, quodlibet edulium adipe impinguatum. *Adipibus obeſus*, στεατώδης: & *adipes creare*, στεαροῦν, dixit Columella.

ADIPISCITVR, paſſiuè. Plaut. Trinummo: *Non ætate, verùm ingenio adipiſcitur ſapientia.* Sic Cic. lib. 12. epiſt. 23. famil. *Neque enim quæ tu propter magnitudinem animi & ingenij moderatè fers, à te non vlciſcenda ſunt, etiamſi non ſint dolenda.* Et lib. 8. epiſt. 2. *Magna illico fama ſurrexit, & de damnatione feruenter loqui cœptum.* Apul. lib. 11. *Iam ſoſpitatricis deæ peculiaris pompa moliebatur.*

ADIRE MANVM, tractare, congredi. Plaut. Aulularià: *Ita illis impuris omnibus adij manum.* Idem Caſinà: *Quid nunc, ſatis lepidè vobis adita eſt manus meritò?* Pœnulo: *Eo pacto auaræ Veneri polcrè adij manū.* Persà: *Vt me in tricas coniecisti, quomodo de Perſa adita eſt manus?*

ADIVRO, pro adiuuero, combinatione factâ. Ennius lib. 9. annal.

O Tite, ſi quid ego adiuro, curámve leuaſſo,
Quæ nunc te coquit, & verſat ſub pectore fixa,
Et qua deprimeris fruſtrà, noctéſque diéſque,
Ecquid erit præmI?

Calpurn. Piſo. Cic. de ſenectute. Idem lib. 16. ad Attic. epiſt. 11.

ADIVTATVR, pro adiutat. Pacuu. Duloreſte: *Illum quæro, qui adiutatur.* Lucil. lib. 27. *Nec ſi paulo minus vſuras & magna adiutatus diu.* Afran. Inimicis: *Hæc obſecro igitur agite, & me adiutamini.*

ADLECTI dicebantur propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatorium adſumti. Valerius enim Publicola, poſt exactos reges patrum numerum à Superbo cædibus imminutum expleuit, & ampliſſimum ordinem auxit, quatuor & ſexaginta ſupra cētum ex equeſtri ordine cooptatis, ita vt trecentorum numerum faceret, qui adlecti dicti ſunt. Alex. Neopol. Genialium dierum lib. 4. cap. 11.

ADLECTIO. De adlectis in ordinem ſenatorum Iulius Capitolin. in M. Antonino: *Hiſpaniis exhauſtis Italica adlectione contra Traiani præcepta verecundè conſuluit.*

ADLECTI DII, antiquis Romanis erant Saturnus, Iupiter, Mars, cui adduntur Bellona, Victoria, Nemeſis, Apollo, Venus (quam comitantur Cupido, Adonis, Charites) Mercurius, Diana, Ianus, Tellus, Iuno, Minerua, Liber pater, Neptunus, Volcanus, Genius (cui coniunguntur Penates & Lares) Ceres, Veſta, Pluto, ſiue Orcus, cui ſociæ Parcæ & Furiæ. Sunt qui horum claſſi Fortunam addant.

ADLOCVTIO, παράκλησις, pro conſolatione. Catullus ad Cornificium: *Qua ſolatus es adlocutione.* Naumachius apud Stobęum. Ἀνδρὶ γὰρ αἰσχαλόεντι παράκλησίς ἐστιν ἀκοιτις. Homerus Iliad. λ. — ἀγαθὴ δὲ παράκλησις ἔσκεν ἑταίρῳ.

Senec. Troad.

Alios parētes adloqui in luctu decet,
Tibi gratulādū eſt. Horat. Epod. 13.
Illic omne malum vino cantúq; leuato
Deformis ægrimoniæ
Dulcibus adloquiis.

ADMINICVLAVI, adiuui. Var-

ro de liberis educandis: *Quod petisti, vt eius educationis fierem tibi socius, quod potui adminiculaui tuam voluntatem scribendo.* Non. Gell. lib. 14. cap. 2. *Ex ipsa lege Iulia, & ex Sabini Massury, & ex quorundam aliorum Iurisperitorum commentariis commoniti & adminiculati sumus.* Idem lib. 7. cap. 3. *Eóque* (Tirone) *ab ineunte ætate liberaliter instituto, adminiculatore, & quasi administratore in studiis literarum Cicero vsus est.*

ADMISSIVÆ AVES auguribus dicebantur, quæ consulentem seu iuberent, seu vetarent, vt ait Fest. Plaut. Asinariâ: *Impetritum, inauguratum est, quouis admittunt aueis.* Liu. *Admiserunt aues.* Quod Plutarch. ὄρνιθες ἐπέτρεψαν.

ADNICTO, sæpè & leuiter oculis adnuo. Næuius Tarentillâ:

Alium tenet, alij adnictat, alibi manus
Est occupata: ast alij percellit pedem,
Alij anulum dat ipsa spectandum à labris,
Cùmque alio cantat. Pompeius.

ADNOTAMENTVM, annotatio. Gell. lib. 17. cap. 2. *Cùm librum veteris scriptoris legebamus, conabamur postea memoriæ vegetandæ gratia indipisci animo, ac recensere quæ in eo libro scripta essent, in vtrasque existimationes laudis aut culpæ adnotamentis digna.*

ADOLABILIS, sine dolo.

ADOLERE, votis ac sacrificiis numen auctius reddere. Cassius ad Tiberium I I. *At contra Ægyptios sacrificium vbi integrum anserem adoluerunt.* Antias lib. 74. annal. *Eo omnes hostiæ, vituli 26. coniecti, & ita omnia adulta sunt.* Priscian. lib. 9. Maro in Bucolicis:

Verbenásque adole pingueis ac mascula thura. Idem Æneid. lib. 1.

Cura penum struere, & flammis adolere penates. Et 7.

——— *adolétque altaria tædis.*

ADOLESCENTIARI, luxuriari. Varro in satyrâ, ὅτι τῇ φακῇ μόρον, seu, περὶ εὐτελείας: *Tum quidem vt facias censeo, quoniam tu quoque adhuc adolescentiaris.* Non.

ADOLESCENTVRIRE, nugari, luxuriari. Laberius: *Incipio adolescenturire, & nescio quid nugarum facere.*

ADOLESCO, ab olesco, quod est cresco: vnde & exoletus, qui modum excessit olescendi. Cic. de senectute: *Viriditas herbescens, quæ nixa fibris stirpium, sensim adolescit.* Varro lib. 3. Rhetoric. *Postquam adoluerit hæc iuuentus.* Priscian. lib. 9. Laberius Sororibus: *Laus nomine gloriæ adolescit.* Virg. Georg. lib. 4.

——— *adolescunt ignibus aræ.*

ADOPTATITIVS, ex adoptato filio natus. Plaut. Pœnulo: *Siquidem Antidamarchi quæris adoptatitium, egomet sum ipsus, quem tu quæris.* Idem eâdem: *Demarcho item ipse fuit adoptatitius.*

ADOR, antiquis ADVR, & ADVS; à Græco ἄθυρ. & EDOR ab edendo. Epulis & immolationibus pium putabatur. Vnde *adorare*, sacrificare; & antiquis, agere. Item, oratione populum alloqui. Apuleius lib. 3. Metamorph. *Ad dicendi spatium vasculo quodam ad vicem coli graciliter fistulato, ac per hoc guttatim defluo, infusâ aquâ populum sic adorat.* Adorare curam priscorum Plinius dixit, quod Plato σέβεσθαι. Varro lib. 1. de R. R. cap. 9. *Itaque periti*

periti in loco humidiore far adoreum potius ferunt, quàm triticum: contrà in aridiore ordeum potius quàm far: in mediocri vtrumque.

Gannius vetus poëta:

Illam sponte satis adoris strauisse maniplis. Idem:

Emicat in nubes nidoribus ardor adoris. Nestor Nouar.

Ausonius Monosyllabis:

Mox ador atque adoris de polline pultificum far. Maro Æneid. 7.

——— *& adorea liba per herbam*
Subiiciunt epulis.

ADOREAM antiqui Romani omnem vocabant ex agris prouentum. Item laudem gloriámque bellicam: ab adore, id est, farre. Priscis enim temporibus dona militibus fortem in bello operam nauantibus dabantur heminæ aut quartarij farris, binaque iugera, aut tantum agri, quantum vno die circumarassent: & hæc ampliſſima illis dona fuere. Plaut. Amphitruone: *Qui prædâ atque agro adoreáque affecit populares suos.* Gloss. *Adorios*, ἐνδοξος, ὡς πομπίος: *ador*, νίκη, ὡς πομπή.

ADORIO, pro adorior. Næuius lib. 3. belli Punici:

———*proficiscente Hectore tumidos*
Adoriant, ne qui hinc Spartam referat nuncium.

Sic *adortus* passiuè. Aurelius: *Ab his Gallos adortos, ex insidiis plurimos necatos.* Eodem modo *admirari*, θαυμάζεσθαι. Canut. *Turpe est propter venustatem vestimentorum admirari, & propter turpissimè vitam actam contemni.* Priscian. lib. 3. & 8.

ADPARERE, acquirere. Lucr. lib. 2.

Vnde mare & terræ possent augescere, & vnde
Adpareret spatium cæli domus.

ADPRIMVS, longè primus. Liu. Odyss. apud Gellium lib. 7. cap. 7.

——— *Ibi denique*
Vir summus, adprimus, Patroclus.

ADPRIMÈ, primariò. Plaut. Rudente: *Ego sum trifurcifer, tu es homo adprimè probus.* Terent. Andriâ: *Id arbitror adprimè in vita esse vtile, vt ne quid nimis.*

ADPROBVS, admodum probus. Cæcil. Triumpho: *Hierocles hospes est mihi, adolescens adprobus.* Gell. lib. 7. cap. 7. Plaut. Trinummo: *Nisi me ille, & ego illum, nossem adprobè.*

ADQVO, in quantum. Afran. Priuigno:

Ni tantum amarem talem tam meritò patrem,
Miratus essem adquò licere.

Idem Promo:

Vt scire possis adquò te expediat loqui. Non.

ADRVMARE, RVMITARE, RVMARE, RVMINARI, pro rumorem facere, commurmurare, φημίζειν; à rumine parte gutturis. Næuius: *Simitu alius aliunde rumitant inter se.* Fest. Varro sexagesimo: *Erras Marce, accusare nos ruminaris antiquitates?* Vide *Rumen, Rumino.*

ADSCRIPTIVI, qui inermes succedebant armatis, si qui perissent, militibus: *Hi & adcensi, velati, ferentarij, rorarij.* Varro lib. 6. de L. L. Plaut. Menæchmis: *Idem aliis adscriptiuis ad legionem fieri solet.*

ADSELLARE, ἀποσκευεῖν, aluum exonerare. Vegetius in commentario de re vtin. lib. 3. *Deinde sale & melle mistis, in anum infundes, vt adsellandi*

ſellandi augeat voluntatem. Idem eodem libro: *Stercus durum adſellat.* Idem lib. 1. *Si poſt clyſterem, vel potionem multum ſtercoris adſellatus ediderit.*

ADSESTRIX, fœmina quæ adſidet. Afranius Fratriis: *Dimittit adſeſtricem, méque ad ſe vocat.*

ADSIDELÆ, vel ASIDELÆ, menſæ, vt ait Feſtus, flaminum ſacrificantium.

ADSIPERE, ſapere, ſaporem habere. Cic. de natura Deorum: *Minimèque reſipiens patriam.* Gell. lib. 3. c. 4. *Neque tamen dubium eſt, quin iſta, & quæ ſcripta à Plauto eſſe non videntur, & nomini eius addicuntur, veterum poëtarum fuerint, & ab eo retracta expolitaque ſint, ac propterea reſipiat ſtylum Plautinum.* Interdum ſaporem immittere ſignificat. Tertull. *Fermentum modicum deſipit totam conſperſionem.*

ADSPECTI, pro adſpectus. Attius Aſtyanacte:

Adducite intrò, nã mihi miſeritudine
Commouit animũ excelſa adſpecti dignitas.

Idem Alpheſibœa:

O dirum hoſtificúmque diẽ, ouium turbam adſpectique horribilem! Non.

ADSVDASSIT, pro adſudauerit, hoc eſt, congelarit, præ metu contractum ſit. Plaut. Caſinâ: *Stimulus ego ſum tibi, eò quòd corculum adſudaſſit iam ex metu.*

ADTEGRARE, integrare, vino ſacrificium augere. Feſt.

ADTESTATA FVLGVRA, quę iteratò fiebant, ſignificationem priorum adteſtantia: erántque contraria peremptalibus.

ADTRITVM, tritum: à Græcis mutuatum vocabulum, qui tritas veſtes τειβώνια, vel τειβώνας vocant. Martial. Epigram.

Adtritâ veniet ſportula ſæpe togâ.

Virg. Sileno:

Et grauis adtritâ pendebat cantharus ansâ.

ADTVBERNALIS, καπηλογείτων, σωσκηνος. Gloſſ. habitator continuæ tabernæ, quod genus domicilij antiquiſſimum Romanis fuit. Vocatur aliàs *Contubernalis.*

ADVELITATIO, probrorum iactatio, λογομαχία, à velitari pugna. Plaut. Menęchmis: *Neſcio quid velitati eſtis inter vos duo.* Ibid. *Verbis velitationem fieri compendio volo.*

ADVENTI, pro aduentus. Terent. Phorm. *Patrem non extimeſcam, vbi in mentem eius aduenti venit?*

ADVERRVNCASSIT, auerterit. Antidamus: *Fabrè compoſitum animal hominem, quis ferat ſic ex re pecuatum? quis aduerruncaſſit, tam aretinas hominum menteis?*

ADVEXE, aduexiſſe. Plaut. Mercatore:

Huic perſuadere quomodo potis ſiem,
Vt vendat illam, néve det matri ſuæ;
Nam ei dono aduexe audiui.

ADVOCITO, ſæpè aduoco. Lucil. lib. 29.

Amicos hodie cum improbo Lucillio
Audiuimus aduocitaſſe.

ADVORSVS FVAS, aduerſus ſis, aduerſeris. Liu. Andronicus Hermione: *Obſecro te Anticile, matrine quid aduerſus ſuas.*

ADVOSES, vel ADVORES, ἐναντίοι, aduerſarij. Feſt. Gloſſ.

ADVLATIO, propriè canum. Cic. de natura Deorum: *Canum verò tam fida cuſtodia, támque amans dominorum adulatio.*

ADVLO, pro adulor. Accius:

Pinnatâ caudâ noſtrum adulat ſanguinem.

guinem. Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 2. Lucret. lib. 5.

——— *morſúſque petentes*
Suſpenſis teneros imitantur dentibus hauſtus,
Longè alio pacto gannitu vocis adulant. Valer. Max.
Si talia eſſe poſſes, Dionyſium non adulares. Gloſſ. *Adulat, κολακεύει.* Apuleius lib. 5. *Sorores nomine mentientes, theſaurúmque penitus abditæ fraudis vultu læto tegentes ſic adulãt.*

ADVLTERINA SIGNA, alienis annulis facta. Feſt. Cic. pro Cluẽtio: *Teſtamentum in alias tabulas transſcriptum ſignis adulterinis obſignauit.* Sic *adulterinos nummos* pro bonis accipere, dixit idem in officiis. *Et adulterina moneta, adulterina clauis, adulterinum teſtamentum.*

ADVLTERIONEM, pro adultero, & ADVLTERITIONEM ADVLTERITATEM que, pro adulterio: vt & MOECHIMONIVM, & MENDICIMONIVM, Laberius in Mimis ſuis poſuit, verba ficta prælicenter. Gell. lib. 16. cap. 7.

ADVMBRATIM, obſcurè. Lucr. lib. 4.
Sed quaſi adumbratim paulùm ſimulata videntur.

Æ

ÆDILIS, qui ædes ſacras curat, & profanas. Varro lib. 5. Analog. Eius dignitas dicebatur *Ædilitas, ſeu ædulitas, & ædilatus, (vt Pontificatus, decurionatus, optionatus, magiſtratus.)* Varro lib. 1. de R. R. cap. 2. *Nam arceſſitus ab ædili, cuius procuratio huius templi eſt, nondum rediit.*

ÆDIS, quod eſt domicilium in edito poſitum, ſimplex & vñius aditus, vt ait Feſtus. Varro de vita populi Rom. lib. 1. *Hæc ædis quæ nunc eſt, multis annis poſt facta ſit, in qua omnia regis temporibus delubra paruafacta.* Non.

ÆDITIMOR (ſic enim dicendum, non *ædituor*: cùm hoc ſit recenti nouitate fictum, illud antiqua origine incorruptum, ſecundùm Varro. de L. L. lib. 2.) ædem tueor. Pompon. Ædituo: *Qui poſtquam tibi adparẽo, atque æditimor in templo tuo, nec mortalis, nec mortalium vllum in terra miſerius eſt.* Gell. lib. 12. cap. 10.

ÆDITIMVS, νεωκόρος, νεωφύλαξ, ædituus. Cic. in Verrem: *Æditimi cuſtodéſque maturè ſentiunt.* Varro lib. 1. de R.R. cap. 2. *Sementinis feriis in ædem Telluris veneram, rogatus ab æditimo, vt dicere didicimus à patribus noſtris.* Ibid. *Nos verò, vt arbitror, eâdem cauſsâ quæ te, rogatio æditimi.* Plaut. Curculione: *Benè vale, ocule mi, nam ſonitum & crepitum clauſtrorum audio, æditimum aperire fanum.* Sic *Clauſtritimus* dixit Liuius in Proteſilaodamia, pro eo, qui clauſtris ianuæ præeſt. *Æditimi*, pro æditimis dixit Lucret. lib. 6.

Hoſpitibus loca quæ complerant æditimi. Sicut Virg. lib. 4.
Candentis vaccæ media inter cornua fudit, pro candidæ. Et lib. 6.
Quam ſuper haut vllæ poterãt impune volantes
Tendere iter pennis, pro volucres. Lucret. lib. 5.
Aëriáſque ſimul volucres variantibus armis, pro variis.

ÆGIS (teſte Seruio lib. 8. Æneidos) munimentum pectoris æreum, habens

bens in medio Gorgonis caput: quod monimentum ſi in pectore numinis fuerit, ægis vocatur: ſi verò in pectore hominis, ſicut in antiquis Imperatorum ſtatuis conſpici poteſt, loriea dicitur: quod ſanè ſenſiſſe videtur Virgilius, cùm ait:

Ægidaque horrificam turbatæ pallados arma
Certatim ſquamis ſerpentem auróque polibant,
Connexos angues, ipsámque in pectore Diuæ
Gorgona, deſecto vertentem lumina collo.

Et apertiùs declarat Martial. initio lib. 7. Epigram.

Accipe belligeræ crudum thoraca Mineruæ
Ipſa Meduſeæ quã timet ira Deæ.
Dum vacat hæc, Cæſar, poterit loricа vocari:
Pectore cùm ſacro ſederit, ægis erit.

ÆGRESCERE, ægrotare. Lucret. lib. 3.

Ergo animus ſiue ægreſcit mortalia ſigna
Mittit.

Idem lib. 5.

Nec ratione aliâ mortales eſſe videmur
Inter nos, niſi quòd morbis ægreſcimus iiſdem.

ÆGRIMONIA, ægritudo. Gloſſ. *ægrimonium*, ἀῤῥωστία. Plaut. Rudente: *Quid melius eſt, quàm vt hinc intrò abeam, & me ſuſpendam, ſaltem tantiſper dum à me abſcedit hæc ægrimonia?* Idem Sticho: *Olim quos abiens affeci ægrimonia, eos nunc lætantes faciam aduentu meo.*

ÆGROR, morbus, ægrotatio. Lucret. lib. 6.

Conſimili ratione venit bubus quoque ſæpè
Peſtilitas, etiam pecubus balantibus ægror.

ÆNATORES, ſiue ÆNEATORES, σαλπιγκταί, cornicines. Seneca epiſt. 85. *In comeſſationibus noſtris plus eſt cantorum, quàm in theatro olim ſpectatorum fuit: cùm omnes vias ordo canentium impleuit, & cauea æneatoribus cincta eſt.* Sueton. in Cæſ. *Æneatores raptâ tubâ proſiliunt ad flumen.*

ÆNVLVM, vas ex ære paruum, & quicquid alioquin ex ære fit. Pompeius.

ÆQVILAVIVM, ex toto dimidium. Lanæ enim æquilauio redire dicuntur, cùm ex lotione dimidium earum decedit.

ÆQVIMANVS, qui vtraque manu gladio incunctanter vtitur. Iſidor. lib. 10. c. 1. Auſon. in monoſyll. *Quis Myrmilloni contenditur? æquimanus Thrax.* Gloſſ. *Æquemanus*, ἀμφιδέξιος.

ÆQVIMENTVM, vel potiùs *æquimentum*, merces quam pro admiſſura equorum accipit peroriga. Varro ſexageſimo: *An ſi equam emiſſes quadrupedẽ, vt meo aſino Reatino admitteres, quantum poſciſſem dediſſes æquimenti?*

ÆQVITER, æquè. Accius Antenorid. *Ad populum intelligo referundum, quoniam horum æquiter ſententiæ fuerunt.* Pacuu. Atalantâ: *Certare ac diſſentire partem curſu da æquiter.* Liu. Ægiſto: *Nam vt Pergama accenſa prædam per participes æquiter partita eſt.* Non.

ÆQVOS VENTRIS, pro tumore; οἴδημα. Gell. lib. 12. cap. 1. *Ne æquor illud ventris irrugetur, ac grauitate oneris, ac labore partus fatiſcat.*

AER, pro ſono. Varro Andabatis: *Anima, vt concluſa in veſica quando eſt arctè ligatâ, ſi perculeris, aëra reddit.*

ÆRA, numeri nota in moneta, eius pretium deſignans. Lucil. lib. 29. *Hæc eſt ratio peruerſa, æra ſumma & ſubducta improbè.* Cic. Hortenſio: *Quid tu, inquam, ſoles, cùm rationem à diſpenſatore accipis, ſi æra ſingula probaſti, ſummam quæ ex iis confecta ſit, non probare?* Cato in ea oratione, quâ in ſenatu ſuaſit, vt pluria æra equeſtria fierent: *Nunc autem arbitror oportere reſtitui, quo minus duobus milibus ducentis ſit ærum equeſtrum.* Idem eâdem orat. *De æribus equeſtribus, vel duobus milibus actum.* Priſcian.

ÆRARIÆ, vbi lauatur æs. Varro de L. L. lib. 7. *Vbi lauetur æs ærarias, non ærilauinas nominari, & vbi fodiatur argentum, argentifodinas dici.*

ÆRARIOS, pro æraria. Varro γεροντοδιδασκαλω: *Hoc eſt magnum cenſorem eſſe, ac non ſtudere multos ærarios facere.*

ÆREDIRVTI, milites, quibus propter ignominiam ſtipendium ſubtrahebatur, quíque ſine pellibus tabernacula habere, & ſub dio ac humi accubare cogebantur; &, ne in oppidis hybernarent, inhibebantur. Varro de vita pop. Rom. lib. 2. *Stipendium appellatur æs, quod militi ſemeſtre, aut annuum dabatur: cui datum non ſit propter ignominiam, ære diruitus eſſet.*

ÆRINÆ COMPEDES, pro æreę. Varro Seſquiulyſſe: *Quò cùm ire vellẽ, is obuius flare vbi corpori æreas compedes impoſitas video.* Non.

ÆROSVM, quod plurimum habet æris: vt, æroſa pecunia. hinc *Æroſa* dicitur Cyprus, quod ære abundet. Feſt.

ÆRVMNABILE, & ÆRVMNOSVM, ærumnis expoſitum. Lucret. lib. 6.

Illud in his rebus miſerandum, & magnopere vnum
Ærumnabile erat.

Apuleius lib. 9. Metam. *Iſto tamen vel vnico ſolatio ærumnabilis deformitatis meæ recreabar.*

Accius Euryſace:

Nã ea oblectat ſpes ærumnoſũ hoſpitẽ,
Dum id quod miſer eſt, clam eſſe cenſet alteros.

Plaut. Rudente: *Vt nos ex hac ærumna eximat miſeras, inopes, ærumnoſas, aliquo auxilio vt adiuuet.*

ÆRVMNVLÆ, & ÆRVMNA, furcillæ, quibus ſarcinæ feruntur, ἀπὸ τῦ αἴρειν. Harum vſum quia C. Marius retulit, *Muli Mariani* ſunt appellati. Etenim vt eſt apud Frontinum lib. 4. Strateg. C. Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maximè exercitus agmen retardatur, vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata forcis impoſuit; ſub quibus & habile onus & facilis requies eſſet: vnde in prouerbium abiit, *Muli Mariani.* Aliam prouerbij cauſam refert Plutarchus in Mario, quòd ſcilicet cùm Marius Imperator eadem ferret, obirétque onera in re militari, quæcumque militibus imperabat: quare poſthac labores & iuſſa Imperatoris milites ſuſciperent, *Muli Mariani* vocabantur.

ÆRVSCARE, χαλκολογεῖν, æra, id eſt, pecuniam vndique corradere: vnde *æruſcator*, qui & *æſculator*, χαλκό

χαλκέλος &, idem quod nummularius. Gell. lib. 14. cap. 1. *Neque eos principes eius auctoréſque eſſe, quos ipſi ferant, ſed id præſtigiarum atque offuciarum genus commentos eſſe homines æruſcatores, & cibum quæſtúmque ex mendaciis captantes.*

Æs, apud auctores finium regundorum inuenimus poſitum pro æreis tabulis publicis, quæ formas agrorum continebant, & modum declarabant ſingularum acceptarum. Sic Flaccus: *Naſcuntur controuerſiæ, & æs inſpicitur.* Frontinus: *Iugerationis modum collectum habet, ſicut in ære eſt nominatum.* Aggenus: *In æris ſcriptura modus comprehenſus eſt.* Hygenus: *Libros æris tabulario Cæſaris inferemus.*

Æsti, pro æſtus. Pacuu. Chryſe: *Æſti fortè ex arido.* Non.

Æstimata, pœna, quam antiqui æſtimarunt ære. Eam mulctam fuiſſe notat Gell. lib. 11. noct. Attic. cap. 1.

Æstimia, & æstimivm, æſtimatio. Feſt. in XII. Tab. NI. CVM. EO. PACIT. SEXAGINTA. DIES. IN. VINCVLIS. RETINETO. TRINEIS. NVNDINEIS. CONTINVEIS. IN. COMITIVM. PROCITATO. ÆRISQVE. ÆSTIMIAM. IVDICATEI. PRÆDICATO. Gell. Hygenus de agr. menſ. *Nam & poſſeſſiones pro æſtimio vbertatis anguſtiores ſunt aſſignatæ.* Iul. Frontinus de limit. *Colonia Capis pro æſtimio vbertatis, & natura locorum agri aſſignati ſunt.* Idem: *Et pro æſtimio vbertatis profeſſionem acceperunt.* Idem: *Pro æſtimio vbertatis legem ſunt ſequuti.* Et: *Alia loca pro æſtimio vbertatis ſunt præciſa.*

Ætas mala, pro ſenectute. Turpil. Philopatro: *Miſerum puto, ſi iſtuc etiam ad malam ætatem acceſſit mali.* Pacuu. Peribœâ: *Parum eſt, quod te ætas malè habet, ni etiam ad malam ætatem adiungas cruciatum.* Afran. Vopiſco:

Si poſſent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus:
Ætas, & corpus tenerũ, morigeratio,
Hæc ſunt venena formoſarũ mulierũ.
Mala ætas nulla delinimenta inuenit.

Plaut. Amphitruone: *An malâ ætate mauis mulctari exemplis omnibus?* Idem Aululariâ: *Vt te dignam mala malam ætatem exigas.*

Ætas bona dicitur adoleſcentia, vel iuuentus. Cic. de ſenectute: *Quòd ſi ipſis voluptatibus bona ætas fruitur.*

Ætas in maſcul. Plaut. Trinummo: *Propter eoſdem, quorum cauſſa fui hoc ætate exercitus.*

Æthiopvs, Æthiops. Lucil. lib. 3.

Bronchũ bouillanus, dente aduerſo eminulo, hic eſt
Rhinoceros velut Æthiopus———

Priſcian. lib. 6.

Ita *Arabus, Thracus, Cappadocus,* pro Arabs, Thrax, Cappadox. Lucil. lib. 25. *Arabus artemo.* Plaut. Bacchid. & Pœn. *Myrrhinus odor Arabus.* Virg.

Hircanis Arabiſve parant induere bellum.

Gell. lib. 19. *Thraco cuipiam inſipienti ac rudi.* Apul. lib. 8. de aſino: *At ille Cappadocum me & ſatis forticulum denunciat.*

Ævitas, ætas, æuum. Varro Tithono περὶ γήρως: *Qua voluntatem æuitatis extima attigit æuitas metam.* Non. In XII. Tab. Sei. in.

IOVS

IOVS. VOCAT. SEI. MORBVS. ÆVITAS. VE. VITIVM. EXTITIT. QVEI. IN. IOVS. VOCABIT. IOMENTVM. DATO. Gell. lib. 20. cap. 1. Varro Pseudoneâ : *Per æuiternam hominum domum tellurem propero gradum.* Prisc. lib. 2. Apul. de Deo Socratis: *Quos Deos Plato existimat veros, incorporales, animales, neque sine vllo fine, neque exordio, sed prorsus ac retro æuiternos.*

ÆVVM OMNEM, pro omne. Lucr. lib. 3.

Non modò non omnem possit durare per æuum,
Sed minimum quoduis nequeat consistere tempus.

Sic *cornus, gelus, genus* dixerunt, pro cornu, gelu, genu.

AF

AFFAMEN, affatus, alloquutio. Apul. lib. 11. Metamorph. *Orbisque totius dominam blando mulcentes affamine.* Ibid. *Sed coram me venerando suo dignatus affamine.*

AFFANIÆ, nugæ, apinæ, ab ἀφάναι, quod est ignobile in Attica oppidum. Apul. lib. 9. *Hæc & similes affanias frustrà oblatrantes eos retrorsum abducunt pagani.* Idem lib. 10. *Ore semiclauso effutiens nescio quas affanias.*

AFFECTARE, probro afficere. Plaut. Bacchid. *Tua flagitia, aut damna, aut dispoliabula, quibus & patrem, & me, téque, amicósque omnes affectas tuos.*

AG

AGASONES, ἱπποκόμοι, equos agentes. Plaut. Mercatore: *Egomet mihi comes, calator, equus, gerro, armiger, egomet mihi sum imperator.* Horatius pro dapifero posuit lib. 2. Sermonum:

Vt modò si patinam pede lapsus frangat agaso.

AGEA, quod & AGEAR, locus in naui, per quem hortator ad remiges accedit. Gloss. *Agea*, ὁδὸς ἐν νηῒ πάροδος & αὐλός. Enn. lib. 7.

Multa foro ponens agéaque longa repletur. Isid. lib. 19. cap. 2.

AGGENS, pro angens: AGGILLA, & AGGVLVS, pro anguilla, & angulus dixerunt. Varro lib. 1. de L. L. Prisc. lib. 1.

AGGERATIM, adfatim, magna copia. Apul. lib. 4. Metam. *Pulmentis aceruatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis.*

AGGESTVS, conseries, congestio. Front. de coloniis: *Terminos verò rotundos, & spatulas cursorias posuimus: per montes autem fouceas, & aggestum petrarum.*

AGINA, foramen in superiori libræ parte, in quo trutina, seu æquilibrium vertitur. Hinc *Aginare.* Gloss. τρακτεύειν, & *Aginatores*, τρακτευταί, quod est negociatores. Fest. Gloss. *Aginat*, διαπράσσεται, πρέφει, μηχανᾶται.

AGNOTVS, pro agnitus. Pacuu. Oreste: *In turba Orestì cognita, agnota est soror.* Prisc. lib. 10.

AGNVS FOEMINA, & LVPVS FOEMINA, non agnam, aut lupam secuti Græcos antiqui dixerunt: quod ex lege Pompilij de pellice videre est, quam recitant Fest. lib. 14. & Gell. lib. 4. cap. 3. PELEX. ASAM. IOVNONIS. NE. TAGITO. SI. TAGIT.

IOVNONI. CRINEBOS. DEMISSEIS. AGNOM. POEMINAM. CÆDITO. Sic *Agnum marem* in eiuſdem Numæ Pompilij de opimeis ſpolieis lege, apud Feſt. lib. 13. inuenimus: QVOI OVS. AVSPICIO. CLASE. PROCINCTA. OPEIMA. SPOLIA. CAPIVNTOR. IOVI. FEDETRIO. BOVEM. CÆDITO. QVI. CEPET. ÆRIS. C. C. C. DARIER. OPORTETO. SECONDA. SPOLIA. ENDO. MARTIS. ASAM. ENDO. CAMPO. SVO. VE. TAVRILIA. OVTRA. VOLET. CÆDITO. QVI CEPET. ÆRIS. C. C. DARIER. OPORTETO. TERTIA. SPOLIA. IANO. QVIRINO. AGNOM. MAREM. CÆDITO. QVI. CEPET. ÆRIS. C. DARIER. OPORTETO.

AGRIPPÆ vocãtur, qui cum labore matris eduntur, hoc eſt, antedúctis pedibus contra naturam, non per caput: quaſi ab ægro partu. Gloſſ. Agrippa, ὁ ἐπὶ ποδὰς γεννηθεὶς. Hoc præter alios nomine appellatus eſt M. Agrippa, Auguſti gener, nauali contra Pompeium victoriâ nobilis, de quo Virg. lib. 8.

Parte alia ventis & Diis Agrippa ſecundis. Horat. ſerm. 13.

Scilicet vt plauſus quos fert Agrippa feras tu.

AGROSVS, agricola. Varro lib. 4. de L. L. *Quare non, cùm de locis dicam, ſi ab agro ad agroſum & agricolam peruenero aberrâro.*

AGOLVM, paſtorale baculum, quo pecudes aguntur; Græcè ἀγκλαῖον; vnde bacillum oblongum Gallis vocatur *Gaule.*

AGONALIA, ſtatiuæ fuerunt feriæ, quibus quinto Idus Ianuarias Iano mactabatur aries: dicta quòd à principe ciuitatis princeps gregis immolaretur, quippe antiqui ἄγειν *mactare* dixerunt. quod verbum in ſolemnibus frequens vſurpatur. Nam miniſter (vt Varro lib. 5. de L. L. docet) ſtrictum ad arietem iugulandum tenens cultrum, identidem rogare ſolebat, Agon'? ex quo ritu nomen ſacrificiis hiſce inditum. Ouid. lib. 1. Faſtorum confirmat:

Nominis eſſe poteſt (inquit) ſuccinctus cauſſa miniſter,
Hoſtia cœlitibus quo feriente cadit:
Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros,
Semper Agátne rogat, nec niſi iuſſus agit.

AGONIA, ſacrificia quæ fiebant in monte: *Agones* enim montes dicebantur. Ouid. lib. 1 Faſtorum:

Fas etiam fieri ſolitis ætate priorum,
Nomina de ludis Græca tuliſſe diẽ:
Et prius antiquus dicebat agonia ſermo,
Veraque iudicio eſt vltima cauſſa meo.

AGONIVS, Deus, qui præeſt rebus agendis, cuius feſta *Agonalia*, & locus, in quo ludi initio facti ſunt, *Agonium*, ab α, & γωνία, quòd angulo caruerit. Feſt.

A I.

AI, dicito, ab aio. Næuius: *An nata eſt ſponſa prægnans? vel ai, vel nega.* Accius Ione: *Quibúſnam te aiebant ortum locis.* Priſcian. lib. 10.

AI, diphthongus antiquis, pro æ, poſita (quam, teſte Martiano lib. 3. ſexcentis in locis vſurpauit Lucretius

cretius diſtractam.) Lucr. lib. 3.
Sponte ſua volitent aiterno percita motu. Ibid.
Omnia per fructus vitaï praimia maires.

AIVTAMINI, pro adiutate. Pacuu. Chryſe: *Aiutamini, & defendite.* Marcell.

AL

ALABASTER, poculum ex alabaſtro. Cic. Academicorum lib. 2. *Quibus etiam alabaſter plenus vnguenti putere videatur.*

ALBICATVR, & ALBICASSIT, exalbeſcit. Varro Caue canem: *Riuus deorſum rapitur, atque offenſus aliquo à ſcopulo lapidoſo albicatur.* Non. Matius in Mimiambis:
Iámque albicaſſit Phœbus, & recentatur
Commune lumẽ omnibus voluptáſque.
Gell. lib. 15. c. 25.

ALBITVDO, albedo. Plaut. Trinummo: *Lesbonicum hunc adoleſcentem quæro in his regionibus vbi habitet, & item alterum ad iſtam capitis albitudinem.*

ALBIDVS, albus. Apul. Apolog. *Et ſpiritu indidem partu, ex candore compreſſi aëris albida & humida tabes fluit.*

ALBVM etiam poſitum legimus pro placido, tranquillo. Varro Seſquiulyſſe: *Aduerſi venti conciderunt, album eſt mare: quòd ſi pergam diutius mare voluere, vereor ne me quoque cùm domum ceſſim ab Ilio reuortero, præter canem cognoſcat nemo.* Non.

ALEBRIA, benè alentia. Feſt. Gloſſ. *Alebrius, εὔτροφος, τρεφόμενος, τροφεύς.*

ALEBRA, bona quibus alimur.

ALESCERE, creſcere. Lucr. lib. 2.
——*Sed plurâ accedere debet,*
Donec aleſcendi ſummum tetigere cacumen. Varro lib. 1. de R.R. c. 3. *Quemadmodum quidquam ſeri, aut aleſcere, aut meti poſſit.* Et cap. 44. *Quæ nata ſunt in fundo aleſcunt.*

ALGIDVM, algor. Symmachus lib. 3. epiſt. 50. *Haut olim tamen vrbem rure mutaueram, vt æſtas mihi Præneſtino algido frangeretur.*

ALGO, pro algore, vt *guberna*, pro gubernacula, *do*, pro domo. Lucr. lib. 3. (*ſint,*
——*neque enim ſine corpore cùm*
Sollicitæ volitant morbis algóque faméque.

ALGVS, & ALGV, pro algor, & algore. Accius Andromedâ: *Miſera obuallor ſaxo, ſenio, pedore, algúque & fame.* Varro ἔχω σε, ἢ περὶ τύχης: *Teges ruina ſubiacentem, ne ſub dio ambeſſet algus dentientem frigore.* Non. Plaut. Aululariâ: *Inopiam, luctum, mœrorem, paupertatem, algum, famem.* Priſcian. lib. 6. Plaut. Moſtellariâ: *Dij deæque me omnes peſſimis exemplis interficiant, niſi ego illam anum interfecero ſiti famégue atque algu.* Idem Rudente: *Tu vel ſuda, vel peri algu, vel tu ægrota, vel vale.*

ALIÆREI, pro alius. Plaut. Milite: *Qui niſi adulterio ſtudioſus, nulli aliæ rei eſt improbus.* Lucr. lib. 3.
Quòd ſitis exurat miſeros, atque arida torreat,
Aut aliæ cuius deſideriũ inſideat rei.
Cœlius lib. 5. hiſtor. *Nullius aliæ rei, niſi amicitiæ eorum cauſſa.* Priſc. lib. 6.

ALICARIÆ, meretrices, quæ ante piſtrina alicariorum ſedebant quæſtus gratia: ſicut ante ſtabula verſantes *Proſtibulæ* & *proſedæ* di-

eebantur. Plaut. Pœnulo: *An ibi vis inter istas versarier profedas, pistorum amicas, relliquias, alicarias, miseras, schœno delibutas, seruilicolas, sordidas.* Sic *Alicarius.* Lucil. Satyris:

——*Nemo est alicariu' posterior te.*

Charis. lib. 1.

ALID, pro aliud. Lucil. lib. 9. Saturarum:

Nam velut INTRO *aliud longè esse atque* INTV' *videmus,*
Sic & APVD *te longè alid est, neque idem valet* AD *te.*

Sosipater lib. 1. Lucr. lib. 1.

Namque alid ex alio clarescit.

Eod. lib.

Quando alid ex alio reficit natura. Ibid.

Sic alid ex alio per te tute ipse videre
Talibus in rebus poteris. Idem lib. 3.

Sic alid ex alio nunquam desistit oriri.

Et lib. 5. (*stis.*

Sic alid ex alio peperit discordia tri-

Catull. de comâ Berenices;

Coniugium quo non fortior ausit alis.

ALIENAT, dementat. Senec. quæst. nat. lib. 2. cap. 53. *Quocunque decidit fulmen, ibi odorem sulphuris esse certum est, qui, quia natura grauis est, sæpius haustus alienat.*

ALII, pro alius. Cato censura de vestitu & vehiculis: *Nam periniurium fiet, cùm mihi ob eos mores, quos priùs habui, honos detur vbi datus est, tum vt eos mutem, atque aliy modi sim.* C. Lucinius in 2. *Peruersum est aliy modi postulare Pyrrum in te atque in cæteris fuisse.* Cœlius lib. 1. *Neque ipsi eos aliy modo esse, atque Amilcar dixit, ostendere possunt aliter.* Idem eod. lib. *Antequam Barcha perierat, aliy rei caussa in Africam est missus.* Prisc. lib. 6. & 13.

ALIPTES, qui in gymnasio palæstritas vngebat. Iuuenal. Satyra 3.

Grammaticus, rhetor, geometra, pictor, aliptes,
Augur, schœnobates, medicus.

Cic. epist. ad Lentulum: *Vellem non solùm salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam, vt aliptæ, virium & coloris rationem habere voluissent.*

ALIQVOMVLTVM. Apul. Apolog. *Sed hæc defensio, vt dixi, aliquo multum à me remota est.*

ALITTA ab Arabibus Venus vocatur, ab Assyriis *Melitta*, à Græcis *Pitho*, ab Eleis *Vrania*, à Scithis *Arginipasa*, à Cypris *Barbara, Calua, Armata, Pandemis, Apostropha, Callipygos:* à Thebanis *Præpotens*, à Persis *Mitra* appellata est. Dicitur eadem & *Cypris, Adonis, Verticorda, Aphrodite*, &c.

ALIVBI, alio in loco, alibi. Varro de R. R. lib. 1. cap. 44. *Vt tantum facias, quantum valet regio ac genus terræ, vt ex eodem semine aliubi cum decimo redeat, aliubi cum quintodecimo, vt in Hetruria, & locis aliquot in Italia.*

ALIVTA, aliter. In legibus Numæ Pompilij: SEI. QVIS. ALIVTA. FAXSIT. IPSOS. IOVI. SACER. ESTO D. Fest.

Plaut. Rudente:

Qui est imperator Diuûm atque hominum Iupiter,
Is nos per gentes aliun aliuta disparat.

ALLICEFACTVS, allectus. Sueton. A. Vitellio cap. 14. *Nobiles viros condiscipulos & æquales suos omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperij allicefactos, vario genere fraudis occidit.*

ALLIENSIS dies dicebatur Romanis ominis obscœnissimi, ab flumine Allia, vbi à Gallis Romanus exerci

exercitus fusus est, fuitque dies postridie Idus Quinctiles, quo nullum sacrificium rectè futurũ Pontifices decreuerunt. Gell. lib. 5. cap. 17. Fest. Macrob. lib. 1. Saturnal.

ALLVBESCIT, placere incipit. Plaut. Milite: *Hercule verò iam allubescit primulum Palæstrio.* Apul. Metam. lib. 2. *Iam patentis oris inhalatu cinnameo, & occursantis linguæ illisu nectareo, prona cupidine allubescente.* Et lib. 7. *Et nonnunquam basiare volenti, promptis sauiolis allubescebat.*

ALLVCITÆ dicuntur, quos κώνωπας Græcè dicimus, vnde *allucinari*, id est, vana somniare. Petronius Arbiter: *Nam centum vernales me allucitæ molestabant.* Fulgent.

ALLVDIO, blandior. Plaut. Pœnulo: *Etiámne meæ latrant canes.* Ag. *At tu hercule alludiato: dato mihi pro offa sauium, pro osse linguam obicito.*

ALLVS, qui & *hallus*, & *hallex*, pollex dicitur proximum scandens digitum, ab ἅλλεσθαι. Vide *Hallex.*

ALMITES, κάλλος ἀναπτοφῦς. *Almities*, αὔξησις ἀρχῆς: (Charisio εὐωρίπεια) *Almitus*, ἀναπτοφὴ, ἀναγωγὴ. Gloss.

ALSIVM, algidum, frigidum. Lucret. lib. 5.

Ignis enim curauit vt alsia corpora frigus
Non ita iam possent cœli sub tegmine ferre.

ALTATVS, sublimatus. Sidon. Apoll. lib. 2. ep. 2. *Iam ver decedit æstati, & per lineas sol altatus extremus in axem Scythicum porrigitur.*

ALTELLVM olim vocabant qui expositi erant, & inueniebantur, eum qui ipsos tolleret; nunc Alumnum dicunt. Sic Altellum Romulus Faustulum appellauit, quòd ab eo altus educatúsque esset.

ALTERÆ, pro alteri. Cornel. Nepos in Eumene: *Nouissimo tempore etiam præfuit alteræ legionum alæ, quæ heteriæ appellabatur.* Plaut. Rudente: *Nam huic alteræ patria quæ sit profectò nescio.* Terent. Heauton. *Hoc ipsa in itinere alteræ dum narrat, fortè audiui.* Sic Plaut. Truculento: ISTÆ *dedi*, fœminine dixit, pro isti. Et Cato Orig. lib. 2. *Qui tantisper* NVLLÆ *rei sies, dum nihil agas*, pro nullius. Priscian. lib. 6.

ALTERCO, pro altercor, litigo: vnde *altercatio*, iurgatio. Terent. Andriâ: *Scio cum patre altercasti dudum, is nunc propterea tibi succenset.* Cic. de naturâ Deorum: *Oritur magna mihi altercatio cum Velleio.* Apul. lib. 2. Metam. *Et mente sacrilega coarguenti marito resistens altercat.*

ALTERNATIM, per vices. Quadrigarius annalium lib. 3. *Item gaudium atque ægritudinem alternatim sequi.* Marcell.

ALTERNATIO, ἀμοιβὴ, vicissitudo. Apul. Hermetis Asclepio, *Mundus præstitor est & tributor omnium quæ videntur bona, id est, alternationis partium.* Macrobius Saturn. lib. 7. c. 5. *Est enim Rhetorica præluso communes locos in vtramuis partem inuentorum alternatione tractare.* Apul. lib. 2. de Asino: *Sequénsque ac tertium inter nos vicissim ac frequens alternat poculum.*

ALTERPLICEM, duplicem dixerunt & dolosum antiqui, teste Festo. Læuius:

Philtra omnia vndique eruunt,

Antipathes illud quæritur,
Trochiſci, iynges, taniæ
Alterplices, bicoloreæ
Radiculæ, herbæ, ſurculi,
Hinnientium dulcedines.

Apul. Apolog. Gloſſæ Balbi: *Altriplex, qui eſt animo duplex doloſus.*

ALTRINSECVS, altiore parte. Apul. lib. 2. *Altrinſecus ipſe ſalutis meæ præſidia geſtabo.* Idem lib. 3. *Tectum ſcandulare conſcendit, quod altrinſecus ædium patore perflabili nudatum.*

ALTVS, τρέφις, educatio. Macrobius lib. 1. cap. 2. *Vel terræ, vel rerum naturæ altu nutritur vniuerſitas.*

ALTVS, nutritus, ab alendo. Varro Manio: *Habes antepoſitam alimoniam, ſedens altus alieno ſumtu, neque poſt reſpiciens, neque antè proſpiciens.* Non. Plaut. Rudente: *Imò Athenis natus altúſque educatúſque Atticis.*

ALVEA, aluei. Innocent. de caſ. litt. *Caſa per ζ, nomen habens, ſuper ſe montem habet, delatus ſe valles & tria aluea.* Ibid. *Delatus ſe quatuor aluea habens.* Auctor de limit. *Si flumen ſaxoſum fuerit, qui aluea alta excurrit.*

ALVI, aluearia. Varro de R. R. cap. 16. lib. 13. *Medio aluo, qua introeant apes, faciunt foramina parua dextra ac ſiniſtra.* Ibid. *Aluos alij faciunt ex viminibus rotundas, alij è ligno & corticibus.* Ibid. *Nec ſi ex aluo in aluum in eodem loco traiicias, negligenter faciendum.* Et: *Hæc omnia vocant à mellis alimonio aluos.* Et: *Vbi conſederunt afferunt aluum propè iiſdem illiciis illitã intus.* Item: *Si fœcunda ſit aluus, vt ne plus tertia parte eximatur mellis.* Et: *Si ex aluo minus frequentes eradunt, ſubfumigandum.*

ALVMNARE, nutrire. Apuleius lib. 6. *Dei conſcripti, adoleſcentem iſtum* (Amorem) *quod manibus meis alumnatus ſit, profectò ſcitis omnes.* Idem lib. 8. *Canes rabidos & immanes, & quibuſuis lupis, & vrſis ſæuiores, qui ad tutelæ præſidia curiosè fuerunt alumnati.* Et lib. 9. *Præterea etiam tranſeuntium viatorum paſſim morſibus alumnatos canes laxari, atque in eorum exitium adhortatos immitti præcipit.* Et lib. 10. *Eámque prodidit vicinis alumnandam.*

ALVVS, maſculinè. Aceius ann. lib. 1.
— *vt quàm frigidiſſimus aluus.*
Idem ibid.
Mala nemus retinens grauido concepit in aluo.
Cato ad filium: *Ex dolore, ex febri, ex ſiti, ex medicamentis bibendis, ex cataplaſmatis, ex lauando aluo.*
Heluius Cinna in Smyrná:
At ſcelus inceſto Cynaræ creſcebat in aluo. Priſcian. lib. 6.
Columella de cultu hortorum:
Florida cùm ſuboles materno pullulat aluo.
Plaut. Pſeud. *Cùm haſce herbas huiuſmodi in ſuum aluum congerit.*

AM

AMÆNARE, hilarare. Sidonius Apol. lib. 1. ep. 9. *Quapropter (ſi tamen tetrica ſunt amananda iocularibus) volo paginam glorioſo fine concludere.*

AMANTIA, pro amore, ab amans: vt *repentia* à repens, *habentia* ab habens. Plaut. Truculento: *Pro me venuſtatem, amantiam, gaudia, copes amores.*

AMCOHIBESSIT, pro eam cohibuerit. Lucr. lib. 6.

Aere

Aëre qui credas posse hanc cohiberier vllo
Corpore qui nostro rarus magis am cohibesit?

AMAROR, amaritudo. Lucr. lib. 4. & 6.

Denique in os salsi venit humor sæpè saporis
Cum mare versamur propter, dilutaque contrà
Cum tuimur misceri absynthia, tangit amaror.
At sapor indicium faciet manifestus, & ora. Virg. Georg. lib. 2.
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.

AMARVM AGRVM vocãt sterilẽ, & incertũ. Siculus Flac. de cond. agr. *Euenit hoc autem ideo, quia militi veteranóque cultura assignatur: si quid enim amari & incerti soli est, id assignatione non datur. Incertum* dixit solum Siculus, sicut Horatius fundum mendacem. Eodem sensu Columella lib. 11. c. 2. *Solum limosæ paludis & vliginis amaræ.* Et Plin. lib. 17. cap. 5. *Terram amaram, siue macram.*

AMASCVS, & AMASIO, amator. Diomedes lib. 1. *Ab Amo veteres inchoatiuo modo dixerunt Amasco; vnde & amascos amatores dicebant:* vt Plaut. in Truculento; *Iucundulos amascos.* Apul. lib. 3. de asino: *Ain,* inquit, *vulpinaris amasio.* Et lib. 7. *Et festiuus hic amasio humo sordida prostratam mulierem ibidem incoram omnium gestiebat inscendere.* Glossæ Balbi: *Amasco, amascis, est incipio amare: amasculus & amascunculus, paruus amasius.*

AMATIO, amor. Plaut. Rudente: *Nimis penè inepta eius atque odiosa amatio est.* Idem Casina:

Verum ædepol odiosa tua mihi est amatio. Idem Mercatore:

At te vicine dij deæque perduint
Tua cum amica cúmque amationibus.

Et Pœnulo:

Acerba amatio est.

AMBACTVS dicitur seruus mercenarius, à Gallica voce *Actus*, vt ait Festi mutilator Longobardus. Glossl. *Ambactus*, δοῦλος, μισθός, ὡς ἔνιοι. *Ambi*, serui ab ambiendo, id est, obeundo dicti. Belgæ sanè, apud quos veteris linguæ Gallicæ reliquiæ, seruum conductitium vocant *een ambachtsman.* Cæsar. lib. 6. *Ita plurimos circum se ambactos clientésque habet.*

AM, pro circum, in compositis. Glossarium: *Am*, ἀμφὶ, περὶ: vt *ambadedo*, circumadedo: *ambagio*, circumactus: *amburo*, circumuro: *ambaxi*, circumeuntes alteratim: *ambiegna bos*, ad cuius latera vtraque agni in sacrificium Iunoni adhibebantur: *amiectum*, amictus, circumiectum: *amputata*, circumputata: *amsegete*, qui circum segetes habitant: *ambitermini*, qui circum prouinciæ terminos manent: *amcisa*, circumcisa.

AMBARVALES hostiæ, queis pro aruis sacrificabant: eæ, nisi de porca fœcunda & grauida, aut vitula, fieri non consuêrunt. *Ambaruale* verò sacrum est, cùm arua & segetes solemni victimâ lustrantur: eam victimam maturis frugibus ter circum arua ducere conuenit, omnésque post eam clamantes sequi: ex quibus vnus querna ornatus fronde cum solemni saltatu Cereri decantabat laudes, ac post-

quam

quam lacte, vino, ac fauo libassent, antequam fruges meterent, porcam Cereri immolabant, quæ *præcidanea* dicta est. De hoc sacro Pomp. Festus lib. 1. Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 5. Alex. Neapol. genialium dierum lib. 3. cap. 12. Meminerunt eius etiam, Virgilius in Georgicis lib. 1. cùm ait:

Terque nouas circùm felix eat hostia fruges. Et in Bucolicis:

——— *& cùm solemnia vota*
Reddemus Nymphis, & cùm lustrabimus agros. Item:

Cùm faciam vitulâ pro frugibus ipse venito. Et Tibull. lib. 2.

——— *fruges lustramur & agros,*
Ritus vt à prisco conditus extat auo.

Item:

DI patri purgamus agros, purgamus agrestes.

AMBENS, ambedens, consumens. Lucr. lib. 5.

Ignis enim superauit, & ambens multa perussit
Auia cum Phaëtonte rapax vis Solis equorum
Æthere raptauit toto, terráque per omnes.

AMBIDENTES, seu BIDENTES, hostias dixerunt bimas, quòd eâ ætate bini illis dentes emineant, vt voluit Hyginus apud Gell. lib. 16. noct. Attic. cap. 6. Seu quasi biennes: in quo consentiunt Nigidius, Macrobius, Seruius, Gellius. Pompon. Atellanarum scriptor in Gallis transalpinis: *Mars tibi voueo facturum, si vnquam redierit, bidenti verre.* Gell. dicto loco.

AMBIEGNA, bos augurum, quam circum aliæ hostiæ constituebantur. Varro lib. 6. de L. L. *Bellius Macer, qui Fastalia dierum scripsit, ait, Iunoni eas quæ geminas parerent oues sacrificare, cum duobus agnis altrinsecus alligatis; quas oues ambiegnas vocarunt, quasi ex vtraque parte agnos habentes.* Fulgent. Placiades.

AMBITOR, ambitiosus, qui ambit. Lampridius in Alex. Seuero, de eo qui per ambitionem ad militiam adspirasset: *Ita & patronis authoribus damnatus ambitor est.*

AMBITVDO, ambitus. Apul. in Hermetis Asclepio: *Tempus autem quod definitur potest vel numeri alternatione, vel per alterius ambitudinem rediens æternum esse.*

AMBO, pro ambos. Lucil. lib. 8. Satyr.

Hanc vbi vult malè habere, vlciscí pro scelere eius,
Testam sumit homo Samiam, sibíque illico telo
Præcidit caulem, testéque vnà amputat ambo. Non. Plaut. Amph.
Puer ambo angueis enecat.

Idem Rudente:

Iubedũ recedere istos ambo illuc modo.

Terent. Andria: *Ambo opportunè vos volo.* Virg. Bucolicis:

Nam sæpe senex spe carminis ambo
Luserat. Et Georgic. 4.
Verùm vbi ductores acie reuocaueris ambo.

AMBRICES, regulæ, quæ transuersis asseribus & tegulis interponebantur. Fest.

AMBVRBIALIS victima celebrabatur, si bubo, aut lupus cellam Iouis, aut Capitolii intrasset; propter id prodigium tædarum & victimarum, nonnunquam aqua & sulphurum lustratione vrbem, aut Capitolium expiarunt: de quo Lucan. lib. 1.

Mox

Mox iubet & totam pauidis à ciuibus vrbem
Ambiri, & feſto purgantes mœnia luſtro. Vopiſc. in Aureliano: *Cantata carmina, amburbium celebratum, ambarualia promiſſa.*

AMFRACTVS, flexus: ab ambitu & frangendo. Varro lib. 6. de L. L. Lucr. lib. 1.
Quàm fluitans circum magnis amfractibus æquor. Idem lib. 5.
Imparibus currens amfractibus ætheris oras Partit.

AMFRACTVM, pro amfractus. Accius: *Super Oceani ſtagna alta patris Terrarum amfracta reuiſam.* Varro: *Vt cùm irrigauit cauata aurium amfracta.* Non.

AMICINVM, vtris pediculus, vel os, quo ex vtre vinum infunditur. Pompei. Gloſſ. *Amicinus,* ἀσκοῦ στόμα.

AMICIMEN, amictus, veſtis. Apul. lib. 11. Metamorph. *Mulieres candido ſplendentes amicimine, vario lætantes geſtamine, verno florentes coronamine.* Et lib. eodem: *Tunc ſemotis profanis omnibus, linteo vndique contectum amicimine arrepta manu ſacerdos deducit ad ipſius ſacrarij penitralia.*

AMICITER, amicè. Pacuu. Duloreſte: *Nunc ne illum exſpectes, quando amico amiciter feciſti.* Plaut. Persâ: *Quam meo amico amiciter hanc commoditatis copiam dauunt.*

AMICITIES, pro amicitia. Lucr. lib. 5.
Tunc & amicitiem cœperunt iungere, hauentes [*lare.*
Finitima inter ſe nec lædere, nec vio-

AMIXI, & AMICVI, ab amicio. Brutus in laud. Appij Claudij: *Quæ te toga prætexta amicuit.* Varro: *Sceleris magiſter amixit.*

AMNIS in fœminino dixerunt antiqui. Varro ἀπὸ τοῦ ἀεὶ πλεῖν: *Propter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam.* Næuius Lycurgo: *Sed quaſi amnis cis rapit, ſed tamen inflexa flectitur.* Accius Epigono: *Apud abundantem antiquam amnem, & rapidas vndas Inachi.* Idem Epinauſimache: *Cum Andria vnda ſalo iactatam obtexi ſanguine, atque aceruos altâ in amni corpore expleui hoſtico.* Non. Plaut. Mercatore: *Neque vlla mihi obſtabit amnis.* Varro de R. R. lib. 3. *Vbi confluit altera amnis.* Hinc *amnicus*, fluuialis. Apul. lib. 6. de aſino: *Tranſitóque per ſilentium aſinario debili, & amnica ſtipe vectori datâ.* Symm. lib. 1. ep. 14. *Vnde illa amnicorum piſcium examina reperiſti?* Sidon. Apoll. lib. 1. ep. 5. *Super amnicos margines ſoli bibuli ſucco foca frutica-uerant.*

AMOLIRI dicuntur ea, quæ cum magna difficultate & molimine ſubmouentur, & tolluntur è medio, vt ait Aruntius Celſus. Pacu. Antiopa. *Nónne hinc vos properè ſtabulis amolimini?* Idem Hermione: *Non tute hinc è conſpectu amolire?* Terent. Andria: *Proinde hinc vos amolimini, nam mihi impedimento eſtis.* Siſen. lib. 4. hiſtor. *Impedimentum omne de cunctis itineribus amoliuntur.* Apul. lib. 6. de aſino: *Tum quæ terebamus amoliri properiter.*

AMORABVNDAM, amantem mulierem verbo inuſitatiùs ficto dixit Laberius in Lacu Auerno: ſic *ludibundum, ridibundum, errabundum* dixerunt priſci. Eodem modo Siſen. lib. 4. hiſtor. *Populabundus,*

dus, inquit, *agros ad oppidum peruenit.* Gell. lib. 11. cap. 15.

AMPEDICES, appendices. Fest.

AMPHITAPÆ, vestes vtrinque villos habentes, alio nomine AMPHIMALLA dictæ. Varro Manio: *Alterum benè acceptum dormire super amphitapa benè molli.* Non. Lucil. lib. 6. *Pluma atque amphitapæ, & si aliud quid deliciarum.* Idem lib. 1.

Siplæ atque amphitapæ, villis ingentibu' molles. Isidor. lib. 19. cap. 26.

AMPLARE, amplificare. Pacuu. Teucro: *Vbi poëtæ pro suâ parte falsa confictaque canunt, qui causſam humilem dictis amplant.*

AMPLECTO, amplector. Plaut. Rudente: *Si verò ipse abire hinc volet, quantum potest extemplo amplectitore crura fustibus.* Sic Lucil. *amplectier* passiuè dixit: *Quin amplexetur, qui velit, ego non sinam me amplectier.* Et Petron. *Animam nostram amplexam in corpore.* Cic. pro Roscio: *Quo vno maleficio scelera omnia complexa esse videantur.*

AMPLEXO, pro amplexor. Accius Alcmæone: *Postremò amplexa, fructum quem dij dant, cape.* Plaut. Pœnulo: *Ego te antestabor, postea hunc amabo atque amplexabo.* Claud. annal. lib. 2. *Comprehensare suos quisque, seruare, amplexare.* Cic. pro Cluentio: *Auctoritatem censorum amplexato.* Prisc. lib. 8.

AMPLITER, magnificè. Pompon. Hærede petitore: *Heus apparate pueri nunc mundè atque ampliter conuiuium.* Accius Diomede: *Denique & pro beneficio largiter atq; ampliter.* Marcell. Lucil. lib. 4.

——— *nam sumptibu' magnis*
Ampliter exstructam simulátque accumbimu' mensam. Prisc. lib. 15. Plaut. Casinâ: *Argento parce noto, obsonato ampliter.* Idem Cistellaria: *Quid negoty est? nam occupatus sum ampliter.* Et Bacchidib. *Erraſti, cùm parum immersisti ampliter.* Idem Sticho: *Sat est seruo homini modestè melius sumtum facere, quàm ampliter.* Et Pseudolo: *Aures, oculi, animus, ampliter fient saturi.*

AMPLIVSCVLVS, paulo amplior. Apul. Apolog. *Quæ enim faciat homo miser, ampliuscula fortuna deuolutus.* Sidon. lib. 8. ep. 16. *Præterea si vir illustris aliquid insuper ampliuscule scribi depoposcisset.* Sic *Altiusculus.* Sueton. Augusto: *Calciamentis altiusculis vsus est, vt procerior quàm erat videretur.*

AMPTRVO motus edo, circumuoluor; quod propriè præsulis est, *redamptruare verò Saliorum.* Lucil. lib. 9.

Præsul vt amptruet hinc, vt vulgu' redamptruet inde. Marcell.

AMVSSITATVS, ad amussim factus. Plaut. Milite: *Ineſt in hoc amussitata sua sibi ingenua indoles.*

A N

ANACALYPTERIA, Romanis dona fuere, quæ domestici conferebant & amici, cùm primùm noua nupta reuelatâ facie se videndam præbebat. ἀναϰαλύπτεσθαι enim est reuelari. Alex. ab Alexandr. Genialium dierum lib. 2. cap. 5.

ANADEMATA, ἀναδήματα (quæ Lucilius & Virgilius *redimicula* vocarunt. Pollux lib. 5. cap. 16. Onomast. inter mundum muliebrem numerat, & Hesych. εἶδος κόσμου ἐπὶ ϰεφαλῆς dicit) sunt aut coronæ, aut

aut fasciolæ capillares, aut tutelæ, aut aliud capitis ornamentum. Lucr. lib. 4.

Et benè parta patrum fiunt anádemata mitræ.

ANALECTA, reliquiæ sunt ciborum è mensa in pauimentum cadentium. Martial. lib. 7. Epigr.

Colligere longa turpe nec putat dextra Analecta, quidquid & canes reliquerunt.

Auctor est Plinius è paruulis minutísque testulis per calculos colore distinctos opere Lithostrato ita effingi analecta vt vera videantur, atque ideo *Asaróta* quasi inuerribilia dicta. Σάρον enim Græci scopam dicunt. Hinc est quod Martial. lib. Apophoretorum ait:

In præmio scopas testatur palma fuisse, Otia sed scopis nunc analecta dabunt. Manl. Vopisc.

Calcabam nec opimus opes, nam splendor ab alto
Defluus, & nitidũ referentes aëra testæ
Monstrauere solum, varias vbi picta per artes
Gaudet humus, superátque nouis asarota figuris.

ANATES, morbus ani, seu podicis. Fest. Glossæ Balbi.

ANCILE, scutum breue & rotundum, ab anciso dictum, quòd id armorum genus ab vtraque parte, vt peltæ Thracum, incideretur. Glossis διοπῆς. Ouid. lib. 3. Fastorũ:

Idque ancile vocant, quod ab omni parte reciſum,
Quémque notes oculis angulus omnis abest. Enn. lib. 2. annal.
Mensas constituit, idémque ancilia.

Varro lib. 6. de L. L.

Lucil. lib. 9. Saturarum:

Hinc ancilia, ab hoc apices capidéſque reperta. Prisc. lib. 6. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. *Sed lictoribus præcedentibus arma ancilia tulit.* Sosip. lib. 1. *Sed quod quinquatrus antiqui dictum dicebant à quinquando,* id est, *lustrando, quòd eo die arma ancilia lustrari sint solita.* Virg. Æneid. 7.

——— *leuáque ancile gerebat.*

ANCILLOR, seruio. Glossis etiam κολακεύω. Accius Meleagro: *Quàm inuita ancillans, dicto obediens viri.* Titin. Prælia: *Verùm enim dotibus deliniti, vltrò vxoribus ancillantur.* Non. Cic. orat. in Salust. *Non enim vni ancillatus sum.* Apul. dogmate Platonis: *Cætera enim membra ancillari & subseruire capiti, cibos & alia subministrare.*

ANCISA, circumcisa. Lucr. lib. 3.

Omnia iã seorsum cernas anciſa recẽti
Vulnere tortari, & terram conspergere tabo.

ANCLABRIS, mensa ministeriis diuinis apta: & ANCLABRIA vasa sacerdotum; ab anclando, i. hauriendo. Liu. *Florem anclabant Liberi ex Carchesiis.* Fest.

ANCON, ἄγκων, cubitus: & locus in mare excurrens. Valer. Flac. Argon. lib. 4. *Quid memorẽ quas iris aquas, quas torqueat ancon.* Ouid. Metam. lib. 15. *Et spissi littoris ancon.*

ANCORÆ, vincula, quibus antennæ tenentur. Lucil. Satyris:

Funis enim præcisũ citò atque ancora soluta.

ANCVNVLENTÆ dicuntur fœminæ tempore menstrui. Fest. Gloss. *Ancunulenta,* πιεπραθεῖσα.

ANDRON, siue ANDRONITIS, conclaue est virorum, quod in recessu intimo exstruebatur: atria verò in quibus matresfamilias degere, & lanæ operam dare assuê-

rant, ostio vicina erant, contra morem à Græcis seruatum, qui *Andron* in primo aditu domus, & proximum ianuis habebant: *Gynæceum* verò vbi mulieres operabantur in conclaui secretiori & integriori præ pudore & modestia locabant. Plin. *Tam alti abditique secreti illa oratio est, quod interiacens andron parietem cubiculi hortique distinguit.*

ANDRVARE, ἀναδρομεῖν, recurrere. Lucil. lib. 9.

Præsul vt andruat hinc, sic volgus redandruat illic. Non.

ANELLVS, paruus anulus. Cic. de finib. bonorum & malorum, lib. 5. *Nec tamen Epicurum licet obliuisci, cuius imaginem non solùm in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & anellis habebant.* Lucr. lib. 6.

——— *quippe catenam*
Sæpè ex anellis reddit pendentibus ex se. Ibid.

Quod simul à frõte est anelli rarior aër
Factus. Eodem lib.

——— ——— *eóque*
Verberat anellum dubio procul. Et:
Est etiã quasi vt anellis hamisq; plicata
Inter se quædã possint copulata teneri.

ANGENORALIA, sacrificia Angenoræ, quæ fiebant in sacello Volupiæ, cùm anginâ omnia animalia infestarentur. Varro lib. 5. de L. L.

ANGVIMANVS, qui est manibus flexibilibus lubricísque, serpentum instar. Epitheton elephantis proprium, quorum proboscis, quæ manus dicitur, anguium instar facilè hinc inde flectitur. Lucr. lib. 2.

Sicuti quadrupedum cum primis esse videmus
In genere anguimanos elephantos.

Idem lib. 5.

Inde boues lucas turrito corpore, tetros
Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre.

ANGVINA, angina, morbus, συνάγχη. Lucil. lib. 3. Sat.

Insperatò abiit, quem vnà anguina abstulit horà.

ANGVLATILIS, angulos habens. Auctor de limit. *Terminus si rotundus fuerit & breuis, & de vna parte in latus punctum habuerit, in fontem angulatilem descendit.* Eadem formâ Vitruu. lib. 10. cap. 13. *fundulos ambulatiles* dixit.

ANGVLATIM, per angulos. Apul. lib. 3. de asino. *Circumductus angulatim, forum eiúsque tribunal adstituor.* Sidon. lib. 7. ep. 9. *Presbyterorum sanè paucis angulatim fringultientibus, porrò autem palàm ne mussitantibus quidem.*

ANGVSTITAS, angustia. Accius OEnomao: *Saxum id facit angustitatem, & sub eo saxo exhuberans scatebra fluuij eradit rupem.* Idem Alphesibœâ: *Sed angustitatem inclusam, ac saxis squalidam.* Idem.

ANICVLA, anicella, parua anus. Terent. Phorm. *Neque illi beneuolens, neque notus, neque cognatus, extra vnam aniculam, quisquam aderat, qui adiutaret funus.*

ANIMA, pro halitu oris, flatu, vento. Titinius Fullonibus: *Interea fœtida anima nasum oppugnat.* Varro Margopoli, περὶ ἀρχῆς: *Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiuiscit.* Idem Cosmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου: *Deis habenas animæ leui, dum ventus nos flamine sudo suauem ad patriam perducit.* Accius Myrmidonibus: *Classes trahere in salum, & vela ventorũ animæ immitte*

immittere. Non. Cæcilius Plocio: *Extemplò suauium dat ieiunâ animâ.* Gell. lib. 2. cap. 23.

Virg. lib. 2. Georg.

——— *animas & olentia Medi*
Ora fouent illo.

Plautus Asinariâ: *An fœtet anima tuæ vxori?* Idem Aulularia: *An etiam obturat inferiorem gutturem, ne quid fortè emittat animæ dormiens?*

ANIMA FONTIS, pro aqua posuit Plaut. Amphitr. *Si situlam cœpero, nunquam ædepol diuini quidquam creduis post hunc diem, ni ego illi puteo si occepso animam omnem intertraxero.*

ANIMALE, animatum. Lucr. lib. 3. *Et quoniã toto sentimus corpore inesse*
Vitalem sensum, & totum esse animale videmus. Idem lib. 1.
Vnde animale genus generatim in lumina vitæ
Reducit Venus? Idem lib. 2.
——— *quæ non animalia solùm*
Corpora seiungunt.

ANIMOSITAS, τὸ θυμοειδὲς. Iul. Firmicus Mathes. lib. 2. *Securâ mentis animositate perdisce.* Macrob. lib. 1. comment. cap. 6. *Prima* (animæ pars) *est ratio, quam λογιστικὴν appellant; secunda animositas, quam θυμικὴν vocant; tertia cupiditas, quæ ἐπιθυμικὸν nuncupatur.*

ANNARE. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 12. *Eodem quoque mense* (Martio) *& publicè & priuatim ad Annam perennam sacrificatum itur, vt annare perennareque commodè liceat.*

ANNOSVS, senex. Laber. in Mimo qui Salinator inscribitur: *Non annosa, non mammosa, non biposa, non procax.* Gell. lib. 3. cap. 12. Apul. lib. 7. *Grandem hircum, annosum & horricomum Marti secutori comitique immolant.* (Glossis etiam dicitur *annos, annotis*; πολυετὴς.) Apul. lib. 1. *Ab vno congressu annosam ac pestilentem contraho.* Symm. lib. 6. epist. 14. *Prædonis annosi merita pendentibus.* Et ep. 17. *Quorum in te cultus annosus est.*

ANQVINA, qua ad malum antenna constringitur. Gloss. ἄγκυρα. Cinna: *Atque anguina regit stabilem fortissima cursum.* Lucil.
Armamenta tamen malum vela omnia seruo,
Funis enim præcisus citò atque anquina soluta est.
Non. Isidorus lib. 19. cap. 4.

ANQVIRERE, verbum forense; quod est accusare & postulare. Varro de L. L. lib. 5. *Vt commentarium indicat vetus anquisitionis M. Sergij, Manl filij quæstoris, qui capitis anquisiuit Trogum.* Liu. lib. 36. *Cùm tribunus bis pecuniæ anquisisset, tertiò capitis se anquirere diceret.* Transfertur & ad alia, & significat cum curâ & studio quid quærere, quasi *am*, id est, circumquaque quærere. Cic. Tusc. 5. *Studiosè ab his magnitudines siderum & interualla anquirebantur.* Idem Lælio: *Semper aliqui anquirendi sunt.* Lucr. lib. 4.
——— *quoniam tu animo tamen omnia possis*
Protrahere in lucem, atque omnes anquirere nisus.
Salust. bello Iugurthino: *Vt primùm veteres amicos muneribus expleat, deinde nouos anquirat.* Apul. Apolog. *Etiam ipsos piscatores, qui omnium generum pisces arte anquirunt.* Ibid. *In omnibus aut omissa anquirere, aut defecta supplere.*

ANSATÆ, sunt iaculamenta cum ansis.

ansis. Enn. lib. 5. annalium:
Ansatas mittunt è turribus.
Idem annal. 3.
Postquam defessi sunt, stant & spargere sese (telis.
Hastis, ansatis concurrunt vndique
Macr. lib. 6. Saturn. cap. 1.

ANSATVS AMBVLAT, superbè, manibus instar ansarum diductis, & in latus conditis. Pl. Persâ: *Sed quis hic ansatus ambulat?*

ANTECÆNIA, quæ ante cænam sumuntur. Apul. lib. 2. de asino: *Lagena iuxta, orificio sensim dehiscente patescens, facilis hauritum, prorsus gladiatoriæ Veneris antecænia.* Sic Martial. *domicænium* dixit.

ANTEFIXA, quæ ex opere figulino tectis adfiguntur sub stillicidio. Fest. Liuius lib. 34. *Iam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudantes, & antefixa fictilia Deorum Romanorum videntes.*

ANTELOQVIVM, πρωτολογία: primæ in loquendo partes. Macr. lib. 1. Saturn. cap. 24. *Philosophia, quod vnicum est munus deorum, & disciplina disciplinarum, honoranda est anteloquio.* Idem lib. 7. cap. 4. *Prætextato anteloquium detulerunt.* ANTELOQVIVM etiam præfatio. Symm. lib. 8. ep. 23. *Video planè hoc anteloquio scribenda complexus de tua suauitate.* Et lib. 1. ep. 77. *Quorsum spectet hoc anteloquium breuiter explicabo.*

ANTELVCIO, anteluculo, hora matutina. Apuleius lib. 1. metam. *Et heus tu, inquam, vbi es? valuas stabuli absolue, antelucio volo ire.*

ANTEMISSÆ, arbores in re agraria appellantur, quas nonnulli ante possessionum suarum fines dimittere solent intactas, ex quibus neque lignum, neque frondem, neque cremium cædant, vt magnitudine cæteris antistent, & sic obseruationem finium præstent. Siculus Flac. cond. agror. *Hi tamen finiuntur terminis, & arboribus notatis & antemissis, & superciliis, & vepribus, & riuis, & viis, & fossis.* Frontin. rei agrar. *Hæc controuersia variorum signorum demonstratione exercetur, vt fossis, fluminibus, arboribúsque antemissis.* Aggenus Vrb. de limit. *Fines his signis inter se diuidebant, fossis manu factis, arboribus antemissis, fluminum interuenientium cursu.*

ANTES, dicuntur extremi ordines vinearum. Virg. Georg. 2. *Iam canit effœtos extremus vinitor Antes.* Glossæ: *antes,* στίχοι ἀμπέλων. Hinc *antæ*, quadræ columnæ, & ostiorum latera; vnde & *antarij* Vitruuio lib. 19. cap. 3. & *antepagmenta*, Festo, ideſt, valuarum ornamenta, quæ antis adpanguntur. Gloss. Balbi: *Antes, lapides & maceriæ quæ claudunt vineas, eò quòd antestant: vnde & antes dicuntur extremi ordines vinearum.* Sidon. lib. 8. epist. 8. *Quousque pondus ligonis obtusi, nec perfossis antibus ponis?*

ANTEVENTVLI, capilli in fronte, qui & antiæ, & capronæ vocantur. Apul. lib. 9. de asino: *Pleramque eius anteuentuli contegebant faciem.* Et lib. 2. *At illa crinibus anteuentulis hinc inde dimotis etiam in mœrore luculentam præferens faciem.* Idem Florid. *Crines eius promissis capronis anteuentuli & propenduli.*

ANTHRACINVS, niger, ab ἄνθραξ, id est, carbo. Varro de vitâ Pop. Rom. lib. 3. *Propinquæ adolescentulæ etiam anthracinis, proximo amiculo*

amiculo nigello, capillo demisso, sequerentur luctum. Non.

ANTIÆ, muliebres capilli, demissi in frontem. Pompeius. Glossis κόμαι τῶν κροτάφων. Iisdem etiam vocantur τρίχες αἱ μεταξὺ τῶν κεράτων τῶ βοῶν: & Glossario Balbi *anantiæ*. Tertull. de Pallio: *Genuinas inter antias adumbratos.* Apul. lib. 1. Floridorum: *Iam primum crines eius præmulsis antiis, promissis capronis anteuentuli & propenduli.*

ANTIDEA, pro antea. Liu. lib. 32. *Si antidea senatus populúsque iusserit fieri.* Sic *interidea*, pro interea. Glossæ *indoteridia*, ἐν τῷ μεταξύ.

ANTIDEO, pro anteeo. Plaut. Casinâ: *Qui postquam amo Casinam, magis initio mundiciis mundiciam antideo.* Idem Cistellaria: *Qui omnes homines supero atque antideo cruciabilitatibus animi.* Et Persâ: *Qui sunt, qui erunt, quique fuerũt, quique futuri sunt posthac, solus ego omnibus antideo facilè, miserrimus hominum vt viuam.*

ANTIDHAC, pro antehac. Plaut. Amphitr. *Quia salutare venientem me solebas antidhac, appellare itidem, vt pudicæ suos viros.* Idem Aululariâ: *Cui in re tali subuenisti antidhac.* Casinâ: *Vincite virtute verâ, quod feciſtis antidhac.* Epidico: *Dij boni, visitaui antidhac.* Bacchidib. *Ab homine, quem mihi amicum arbitratus sum antidhac.* Pseudolo: *Nam tu me antidhac supremum habuisti comitem consiliis tuis.* Ibid. *Nam quidem Athenis antidhac nunquam aduenit.* Pœnulo: *Magis benignè me salutas nunc, quàm antidhac.*

ANTIGERIO, prisci, teste Paulo Diacono ex Festo, pro valdè dixerunt. Quintil. lib. 8. cap. 3. *Quid necesse est dicere oppidò, quo sunt vsi paullum tempore nostro superiores? vereor vt iam non ferat quisquam: certè antigerio, cuius eadem significatio est, nemo nisi ambitiosus vtetur.* Glossis etiam *antegerio*, προλημμα, λῆμμα.

ANTIPAGMENTA, valuarum ornamenta antis adfixa. Fest. Cato de R. R. c. 14. *Fullonicam vnam: antipagmenta, vasa, torcula, dico.*

ANTIQVARI, obsoleſcere, è memoria tolli. Cic. 2. officiorum: *Quam tamen antiquari facilè passus est, in eo vehementer moderatum præbuit.*

ANTIQVIOR, melior: ANTIQVIVS, melius. Cic. de amicitia: *Hoc quidem est proprium amicitiæ, sed antiquior & pulcrior, & magis à naturâ perfecta.* Idem de Repub. lib. 1. *Sed quoniam plurima beneficia continet patria, & est antiquior parens, quàm si quis, vt aiunt, curauerit, maior ei profectò quàm parenti debetur gratia.* Varro rerum humanarum lib. 20. *Neque idonei ciues habent aliquid antiquius salute communi.* Lucil. lib. 14. Satyrarum:

Quin potius vitã degas sedatũ quietã,
Quo nihil antiquius facere, aut feciſſe videris.

Accius Phœniſſis:

Ab draconis stirpe armatâ exortus, genere antiquior. Non. Apul. Apologiâ: *Si Philosophiæ honorem, qui mihi salute meâ antiquior est, nusquam minui.*

ANTISTARE, præcellere. Crispin.

Diuinis virtutibus antistas Alcides.

Fulgent. Tacitus: *Sed vt locis, ordinibus, dignationibus antistem.* Catullus: *Antistas mihi millibus trecentis.* Claudius: *Simúlque virtute cæteris antistabat.* Gell. lib. 9. cap. 13. Lucr. lib. 5.

Herculis antistare autem si facta putabis.

Cato de R. R. cap. 156. *Brassica*

est, quæ omnibus oleribus antistat. Apul. lib. 4. *Vnus qui robore cæteris antistabat.* Symmach. lib. 4. epist. 27. *Vt maioris apud me numeri antistet authoritas.*

ANTISTITA, sacerdos fœmina. Accius Astyanacte: *Vtinam vnicam mihi antistitam aquitenens suam tutetur.* Cic. lib. 4. Academic. *Postridie sacerdotes Cereris, & illius fani antistitæ.* Plaut. Rudente: *Qui Veneri veniere Antistitæ more antiquo suum in custodiam miserant caput.*

Cornel. Seuerus:

Stabat ad antiquas antistita numinis aras. Virg. in Ceiri:

Ictaue barbarico Cybeles antistita buxo.

Apul. Apologiâ: *Iam inde à Zoroastre & Oromazo auctoribus suis nobilem antistitam.*

ANTROARE, gratias referre. Fest.

ANVIS, pro anus. Varro Cato, vel de liberis educandis: *Eam nutricem oportet esse adolescentem; anuis enim vt sanguis deterior, sic lac: lac enim, vt quidam dicunt Physici, sanguinis spuma est.* Marcell. Terent. Heaut. *Eius anuis canssa opinor, quæ erat mortua.*

ANXITVDO, anxietas. Cic. de Repub. lib. 2. *Quartaque anxitudo prona ad luctum, & mœrens, sempérque ipsa se sollicitans.* Accius Eurysace: *Persuasit mœror, anxitudo, error, dolor.* Idem Armorum iudicio: *Vbi cura est, vbi anxitudo.* Pacuu. Hermionâ: *Tristitia atque animi intoleranda anxitudine.* Non.

AP

APELLO, priscis pro Apollo: cuius genitiuus antiquo declinatu *Apellineris:* vt *boueris, sueris, Iouеris, regerum, laperum, nucerum*; à rectis bos, sus, Iouis, rex, lapis, nux. Cneus M. Vates, in carmine, seu vaticinio, quod extat apud Liuium ab V.C. 25.

Romolidæ si perduelles expellere voltis,
Et vomicam, quæ gentium longe alie-
nigenarum
Venit, Apellineri foueatis censeo ludos:
Quique Apellineri fiant commune quotannis
Prætorhibus ludis faciundis ollu' præesto,
Qui summum poplo plebique endo vrbe dabit ius.

Varro de L. L. *Collis salutaris quarticeps aduorsum est Apellineris ædem & Salutis.*

APERE, prohibere, compescere, comprehendere vinculo. Fest. Glossæ: *Ape*, κώλυσον: item *apet*, ἀπόσβη.

APERIBO, pro aperiam. Pompon. Vernione: *Aperibo, non possum ciues pati: porcus est, quem amare cœpi, pinguis, non pulcer puer.* Non.

APERTA, Apollo vocabatur, quia patente cortina respondebat. Fest. Pacuu. Armorum iudicio:

Apertæ fatur dictio si intelligas,
Tali dari arma qualis qui gessit fuit,
Iubet, potiri si studeamus Pergama.
Quæ ego profiteor ipse mea: nam me æquum est frui
Fraternis armis, mihique adiudicarier,
Vel quòd propinquus, vel quòd virtute æmulus. Auctor Rhet. ad Heren. lib. 2.

APERTÆ SVRÆ, pro nudis & non opertis pedibus. Turpil. Demiurgo: *Apertæ suræ, brachia autem procera horrorem mihi ex corde exsuscitabant.* Varro Meleagris: *Non modò suris apertis, sed penè natibus apertis ambulans.* Sic *caput apertum,*

&

& aperire dicimus. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. *Minores natu capite aperto erant, capillo pexo, vtique crinibus innexis.* Non.

APEX, ſacerdotum inſigne. Gloſſ. *Apex, τὸ ἐπὶ τῦ πίλιδ παρασήμον.* Item; *apices, τιάραι.* Dionyſius lib. 2. Καὶ τὰς καλυμένας ἄπικας ἐπικείμενοι ταῖς κεφαλαῖς πίλυς ὑφηλὰς, εἰς ὄγκημα σωαγομένυς κονοερδὲς, ὥς ἕλληνες καλῦσι κυρβασίας. Erat autem apex faſtigiũ, ſeu conus pilei: totus enim pileus, ſeu potiùs velamentũ, *flammeum* dicebatur, vnde *flamines* dicti: ſupremum autem faſtigium vocabant *tutulum*, cui addebatur ex arbore felici virgula, in flaminibus *ſtroppus*, in flaminicis *inarculum* dicta. Filum, quo apicem totum velabant, *apiculum* appellabatur. *Offendices* verò infra mentum erant amenta, quibus pileum retinebatur. In lege Flaminica: SINE. APICE. SVB. DEIVO. ESSE. NEC. FAS. ESTOD. IN. TECTO. VTEI. LVBET. Ibid. NODVM. IN. APICE. NEQVE. IN. CINCTV. NEQVE. IN. ALIA. PARTE. VLLVM. HABETO. Gell. lib. 10. cap. 15.

APICA, ouis ventre glabro. Varro lib. 2. de R. R. cap. 2. *Ventrem quoque vt habeat piloſum: itaque quæ id non haberent, maiores noſtri apicas appellabant, ac reiiciebant.* Plin. lib. 8. cap. 48. *In ipſa oue ſatis generoſitatis oſtenditur breuitate crurum, ventris veſtitu: quibus nudus eſſet, apicas vocabant damnabántque.*

APICVLVM, vide *Apex.*

APISCI, inuenire. Siſen. hiſtor. lib. 4. *Itaque poſtero legatos Sygniam redeuntes apiſcitur.* Lucil. lib. 26. Sat. *Vt ego efficiam, quod ego te in primis cupere apiſci intelligo.* Non. Fannius apud Priſcian. lib. 8. *Hæc apiſcuntur.* Plaut. Epidico: *Tace ſis modò, ſine me hominem apiſci.* Idem Rudente: *Qui hæc litem apiſci poſtulat periurio.* Lucr. lib. 1.

Nec ratione animi quam quiſquam poſſit apiſci. Et lib. 6.

Quippe etenim nullo ceſſabant tempore apiſci,
Ex aliis alios auidi contagia morbi.

APLVDAM milij & panici, & ſiſamæ purgumenta nominamus, dictam ab ludendo, quod propter tenuitatem ſpiritu diſiiciantur. Næu. *Non hercle hodie eſt apluda nequior quàm tu.* Feſt. Gell. lib. 11. cap. 7. *Veluti Romæ nobis præſentibus vetus celebratúſque homo in cauſsis, ſed repentina & quaſi tumultuariâ doctrinâ præditus, cùm apud præfectum vrbis verba faceret, & dicere vellet, inopi quendam miſeróque viuere victu, & furfureum panem eſitare, viniámque eructum & fœtidum potare: Hic*, inquit, *eques Romanus apludam edit, & floces bibit.* Legerat autem ille apludam veteres ruſticos frumenti furfurem dixiſſe, idque à Plauto in comœdia (ſi ea Plauti eſt) quæ Aſtraba inſcribitur, poſitum eſſe. Gloſſ. Balbi: *Apluda, ſorbitiuncula ex paleis facta, circa quam pueri ſolebant applaudere.*

APLVSTRA, vel APLVSTRIA, nauium ornamenta, ſeu ſigna in ſummitate mali; ſic dicta, quòd ad ipſam nauigationem parùm ſint neceſſaria. Gloſſ. *Aplustra, περὶ τὰ πλοῖα, οἷς ἔνυι&.* Apollonius ἄφλαστα vocat. Lucan. lib. 3.

——— *cuius dum pugnat ab altâ*
Puppe Tagus, Graiúmque audax aplu-
ſtra retentat. Idem eod. lib.

——— *remum contorſit in hoſtem*
Alter, at hi totum validis apluſtra lacertis,
Auulsáſque rotant excuſſo remige ſedes. Lucr. lib. 2.
Per terrarum omneſ oras fluitantia apluſtra
Vt videantur, & indicium mortalibus edant. *Infidi maris.*
Sidon. Apoll. lib. 8. epiſt. 12. *Hic tuas laudes modificato celeuſmato, ſimul in tranſtra remiges, gubernatores inter apluſtria canent.* Lucr. lib. 4.
At maris ignaris in portis clauda videntur
Nauigia, apluſtris fractis obnitier vndis. Cic. Arato:
Nauibus aſſumptis fluitantia quærere apluſtra Cæſar in Arato:
Fulgent Argoæ ſtellis apluſtria puppis. Priſc. lib. 9.

APOLACTISSO, calcibus repello, inuado. Plaut. Epidico: *Auxilium mihi & ſuppetiæ ſunt domi, apolactiſſo inimicos omnes.* Lucr. lib. 5.
At catulos blandè cum lingua lamberе tentant,
Aut vbi eos lactant pedibus.

APOLLINARES ludi in laudem Apollinis, quem variis nominibus vocatum ferunt: quippe apud Athamanas *Titan*, apud Ægyptios *Oſiris*, à Perſis (vbi in antro colitur) *mitra* nuncupatur: à Lydiis *Limios*, ab Aliis *Eleus*, in Taurominoi *Archygetes*, à Syracuſanis *Themites*, à Græcis *Thyreos* (quod ei ante fores ſacrum fieret) apud Panychi incolas *Libyſſinus*, à Scytis *OEthoſcyros*, à Lesbiis *Myricæus*, quod myrices, h. e. virgas teneret, apud Spartanas *Carnius* dictus eſt, ab Athenienſibus *Patroos*, & *Alexikakos*, à Mileſiis & Deliis *Vbius*, & *Pæonicus*, in Arcadia *Epicurus*, apud Elæos *Obſophagus*, ab aliis *Liceus*, *Agyeus* (quod ei in via publica ſacrificabatur) *Phœbus*, *Phaneus*, *Iſmenus* & *Orius* dicebatur.

APOR, pro apud, antiquis. Feſt.

APPARATIVS. Plin. epiſt. lib. 1. *Potes apparatiùs cænare apud multos, nuſquam hilarius.*

APPETISSO, pro appeto, ſicut *expetiſſo*. Accius Armorum iudicio: *Cur vetera tam ex alto appetiſſis diſſidia Agamemnon?*

APPETONES, appetitores. Laber. Virgine: *Alienum appetonibus viæ perditæ diuerticula ſequi.* Non.

APPISCATVS, adeptus, ab apiſcor. Lucil. *Magnam inde appiſcatus infamiam.* Priſc.

APPLICIOR, applicatior. Apul. lib. 10. de aſino: *Accedens toties niſu rabido, & ſpinam prehendens meam, appliciore nexu inhærebat.*

APRICARE, in aprico eſſe, inde *apricatio*. Varro Myſteriis: *Licet videre multos quotidie hyeme in ſole apricari.* Cic. de ſenect. *Vbi enim poteſt illa ætas, aut caleſcere apricatione melius, aut igni?* Gloſſæ: *Apricus*, τόπ@ ἡλι@.

APTVS EST, pro adeptus eſt. Pacuu. Hermiona: *Quod ego crebro in acie obiectans vitam bellando aptus ſum.* Accius Menalippo: *Obuia mens idque aduorſum aptus alterum in promtu occupat.* Lucil. lib. 29. *Vt ſi id, quod concupiſſet, non aptus.* Plaut. Captiueis: *Sine ſacris hæreditatem ſum aptus effertiſſumam.* Varro Epigram. ſuſcripto imag. Dem. Phal. *Hic Demetrius æneas tot aptus eſt, quot luces habet annus abſolutus.*

APTVS, aptatus, colligatus, connexus. Accius Demetro: *Hino colo Manalium*

Manalium geminis aptum cornibus. Lucil. Satyr. lib. 10.

Tonſillas quoque prænalidis in funibus aptas. Idem lib. 16.

Ibat fortè aries, inquit, iam quod genu', quantis
Teſtibu'! vix vno ſilo hæcce hærere putares,
Pellicula extremâ ex aptum pendere onus ingens. Non.

Ennius lib. 10. annalium:

Sicuti ſi quando vinclo venatica æno
Apta ſolet cani'. Feſt. Idem primo:

Qui cælum verſat ſtellis fulgentibus aptum. Et in tertio:

Cælum proſpexit ſtellis fulgentibus aptum. Macrob. lib. 6. c. 1.

Apul. de Mundo: *Ad hoc inſtar mundi ſalutem tuetur Deus apta & reuincta ſui numinis poteſtate.*

Virg. Æneid. lib. 4.

——— *vbi maximus Atlas*
Axem humero torquet, ſtellis ardentibus aptum. Lucr. lib. 5.

Ex ineunte æuo coniunctam atque vniter aptam. Idem lib. eod.

——— *at nos nil lædit veſte carere*
Purpureâ, atque auro ſignisque ingentibus apta.

A Q

AQVA, priore producta, aut diſiuncta vltimâ. Lucr. lib. 6.

Fit quoque vbi in magnas aquæ vaſtáſque lacunas
Gleba vetuſtate è terrâ prouoluitur ingens. Idem ibid.

Quæ calidum faciunt aquæ tactum atque ſaporem.

AQVARIOLI, mulierum impudicarum ſordidi aſſeclæ, & amantum internuncij. Gloſſis βαλλάδες. Septimius Florens: *Primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum ſicarij, venenarij, magi.* Iuuenal.

——— *veniet conductus aquarius.*

Apul. Apolog. *Hiſce auditis exacerbatus aquariolus iſte vxoris ſuæ, ita ira extumuit, ita arſit furore.* Dicti ab aquâ, cuius cùm Veneri operantur, miniſterio vulgo vtebantur. Lamprid. de Commodo: *Gladiatoribus conuixit, aquam geſſit, vt lenonum miniſter.* Ouid.

Dedecus hoc ſumtâ diſſimulauit aquâ. Martial.

Qua tibi parte opus eſt, Lesbia, ſumis aquam. In Priapeiis: *(aquas. Quas aliter ſumas, hoſpes, habebis* Cic. pro Cœlio: *Ideóne aquam adduxi, vt eâ tu inceſtè vterere?*

AQVILEX, aquam colligens. Varro Quinquatribus: *In hoc præſtat Herofilus Diogeni, quòd ille è ventre aquam mittit? an hoc te iactas? at hoc pacto vtilior te Tuſcus aquilex.* Non. Plin. *Subeſſe aquas credunt, & hoc ſignum habent aquileges.* Gloſſ. *Aquilices, οἱ τὰ ὑδραγώγια ἐργαζόμενοι, οἱ ἀρχετάριοι, ὑδροσκοποι.*

AQVILVS color, Gloſſ. φαιὸς: ſubniger, fuſcus; ita dictus, quòd cùm antiqui duos omnino naturales colores noſſent, album & nigrum, interueniret autem is quoque, qui ita neutri ſimilis eſt, vt ab vtroque proprietatem trahat, eum ad aquâ potiſſimum denominârunt, cuius incertus eſt color. Sueton. Oct. Auguſto cap. 79. *Capillum leuiter inflexum & ſubflauum, ſupercilia coniuncta, mediocres aures, naſum & à ſummo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidúmque, ſtatum breuem.* Plaut. Rudente: *Eia corpus cuiuſmodi? ſubulturium, illud quidem ſubaquilum volui dicere.* Idem Pœnulo: *Statura*

haut magna, corpore aquilo eſt. Varro Coſmotoryna: *Atque Ægæus fluctu quã lauit aquilo,*
Sæuus vbi poſuit Neptuni filius vrbẽ.
Aquilus fluctus, id eſt, μέλαν ὕδωρ.

AQVIPENSER, ſicut *pequunia*, pro acipenſer: piſcis eſt, ὀνίσκος Dorioni apud Athenæum dictus, γαλαξίας Galeno lib. 3. aliment. Stucionem vulgus appellat: ex cuius ouis nigris conditis eſt illud edulium quod Venetiis laudatiſſimum, *Caniaro* vocatur. Ex illius carne ſalita fit etiam (ſicut & ex Thunno) quod ibi *Morona* dicitur. Martial.

Ad Palatinas aquipenſera mittito menſas. Plaut. Bacharià:

Quis eſt mortalis tanta fortuna affectus vnquam,
Quàm ego nunc ſum, cuius hæc ventri portatur pompa.
Vel nunc qui mihi in mari aquipenſer latuit antehac,
Cuius ego latebras in latebras reddam meis dentibus.

Macr. Sat. lib. 1. cap. 16.

AQVIVERGIA, aquarum diuergia & diuerticula. Innocent. caſ. litt. *Sub ſe cannicias & res paluſtres habet, & foras aquiuergia.* Idem: *Habet ſub ſe iuncina, & foras aquiuergia.*

AR

AR veteribus, pro ad: vt *arduitor*, pro adduitur, hoc eſt, additor: *arlabitur*, pro adlabitur. Priſcian. lib. 1. In XII. Tab. QVEI. CORONAM. PARIT. IPSE. PECVNIA. EIVS. VIRTVTIS. ERGO. ARDVITOR. Plin. lib. 21. c. 3. Lucil. Satyra, lib. 9.

At non multum abit hoc cacoſynthe-ton, atque caninà
Si lingua dico, nihil ar me.

Velius Longus de Orthographia. Lucr. lib. 4.

Siue etiam potius non cernitur, ac perit eius
Plaga, nec ad noſtras acies arlabitur ictus.

Sic *arferiam aquam* dicebant, & *arferium vinum*, pro, quæ inferis adferebantur, ac libabantur, vino atque aquâ.

ARA, priùs anſa vocata, quòd ſacrificantes eam tenebant. (vnde Virg. Æneid. lib. 4. *Talibus orabat dictis aràſque tenebat.*) pòſt aſa, tandem ara dicebatur; ſicut ex aſenâ arenam, ex arboſe arborem fecerunt. Varro. Macrob. lib. 3. c. 2.

ARATER, aratrum. Hygenus de lim. conſtit. *Eodem exemplo aſſignare agrum ſecundùm legem Diui Auguſti eatenus debebimus, quâ falx & arater ierit.* Idem: *Agrum ſecundùm datam legem, aut, ſi placebit, ſecundùm D. Auguſti aſsignare debemus, quà falx & arater ierit.* Idem: *Sed quacunque in parte inſcribis, ſiue vltrà, ſiue citrà, ſiue dextra, ſiue ſiniſtra menſura territorij iuſque fieri debet ſecundùm legem D. Auguſti, qua falx & arater ierit.*

ARBILLA, arbina, ſebum, ſeu pinguedo corporis abſque carne. Feſt. Heſych. ἀρβίνη, πίαρ σικελοί.

ARBITRABVNT. Plaut. Sticho: *Probiores credo arbitrabunt, ſi probis narraueris.* Sic Cœlius annalibus: *Ex ſcriptis eorum qui veri arbitrantur*, paſſiuè dixit.

ARBITRATVS, paſſiuè, pro arbitrùm ſententiis iudicatus. Gell. lib. 1. cap. 13. *Anceps quæſtio, &*

in

in vtramque partem à prudentibus viris arbitrata est.

ARCANVM, ab arce, in quâ tuta, vel arcâ, in quâ clausa omnia. Virg. Æneid. 1.

Longius & voluens fatorum arcana mouebo. Idem Æneid. 4.

——— solum nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.

ARCEDO, pro accedo. Turpil. Boëthuntibus: *Qui verba mea venatur pectis? arcedat, & sermonem hinc subleget.* Sic *aruenire, arcessere.* Plaut. Captiueis: *Eamus intrò, vt arcessatur faber, vt istas compedes tibi adimam.* Idem Casinâ: *Miror huc iam non arcessit vxorem meam, quæ iamdudum si arcessatur expectat domi.* Eodem modo *arferre* dicebant: vnde *arferia aqua*, quæ adferebatur ad sepulcra, vt mortuis libaretur.

ARCERA vocabatur plostrum tectum vndique & munitum, quasi arca quædam magna, vestimentis instrata, quâ ægri aut senes portari cubantes solebant. Varro γεροντοδιδασκάλῳ: *Vehebatur cum vxore vehiculo semel aut bis anno cum arcecera.* Non. Gell. lib. 20. cap. 1. *Quòd si homo in ius vocatur, morbo, aut ætate æger, ad ingrediendum inualidus, ei arcera non sternitur, sed ipse aufertur ea, iumento imponitur.* In XII. Tab. SEI. IN. IOVS. VOCAT. SEI. MORBVS. ÆVITAS. VE. VITIOM. ESCIT. QVEI. IN. IOVS. VOCABIT. IVMENTVM. DATO. SEI. NOLET. ARCERAM. NE. STERNITO. Gell. loco citato. Hinc *arcella* vitis dicitur formâ arceræ paruæ dispositа. Columella lib. 3. cap. 23. *Illinc arcellæ, rursus hinc spioniæ basilicæve conueniunt.*

ARCVATILIS, & ARCVATVS, curuatus. Sidon. lib. 2. ep. 3. *Huc elutis è calore venientibus triplex medij parietis aditus per arcuata internalla reseratur.* Ibid. *A crypto porticu in hiemale triclinium venitur, quod arcuatili camino sæpè ignis animatus pulla caligine infecit.*

ARCVBII, qui excubabant in arce. Fest.

ARCVLA, auis, quæ in sacrificiis aliquid vetabat: seruata enim auis *admittere, addicere, secundare, arcere, remorari* dicebatur: vnde *admissiuæ, addictiuæ, secundæ, arculæ, remores.*

ARCVLATA, circuli qui ex farina in sacrificiis fiebant. Fest.

ARCVLVS, circulus, quem capiti imponebant ad sustinenda commodiùs vasa, quæ ad sacra publica portabantur: virgines enim Athenienſium nubiles, circulis quibusdam suppositis Dianæ sacra capite gerebant (vnde & ipsæ Canephoræ vocatæ) hoc ipso significaturæ, se virginitatis pertæsas exactari cupere. Est item Deus, cui tutela arcarum credita.

ARCHITECTON, onis, pro architectus. Varro Manio: *Harum ædium summa atria confortabant architectones.* Non. Plaut. Mostellaria: *Nam sibi laudasse hasce ait architectonem, nescio quem, esse ædificatas has sanè benè.* Idem Amphitruone: *Meus pater Deum regnator architecton omnibus.* Idem Pœnulo: *Me quoque dolis iam superat architectonem.*

ARCIFINIVS ager quid sit, indicat Varro apud Frotinum de re

agr. *Ager arciſinius ab arcendis hoſtibus eſt appellatus.* Idem: *Ager arciſinius nulla menſura continetur.* Dicitur & *arciſinalis*, & occupatorius. Siculus Fl. *Hi ergo agri occupatorij dicũtur: arcendo n. vicinos hãc appellationem traxit quiſque. A nonnullis appellantur ſoluti, ſoluti autem non ſunt, quorum fines deprehendi poſſunt, & ſiniuntur, quos quidam arciſinales vocant.*

ARCVM TENDERE, in obſcœno ſignificatu. Apul. lib. 2. de aſino: *Arcum meum & ipſe vigore tetendi, & oppidò formido ne neruus rigoris nimietate rumpatur.* Ouid.

Nemo meo melius neruum tendebat Vlyſſe,
Siue illi laterum, ſeu fuit artis opus.

Et lib. Amor.

Penelope vires inuenũ tẽdebat in arcu,
Qui latus argueret corneus arcus erat. Horat.

Cuius in indomito conſtantior inguine neruus.

ARCVMA, genus modici plauſtri, quod *Chiromaxium* Petronius appellat: *Hinc inuolutus*, inquiens, *gauſapâ coccineâ lectica impoſitus eſt, præcedentibus phaleratis curſoribus quatuor, & chiromaxio, in quo deliciæ eius ferebantur.*

ARCVS, arci, pro arcus. Varro de vita pop. Rom. lib. 4. *Eóque pecuniam magnam conſumſiſſet, quòd arci, quos ſummopere fecerat, feſſi pondere diu facti, celeriter corruiſſent.* Non.

ARCVS, in fœm. genere. Enn. lib. 15. annalium:

Arcus vbi aſpicitur mortalibũ quæ perhibetur. Priſc. lib. 6.

ARDVIOR, pro magis arduus. Cato: *Quod iter longius arduiúſque erat è curiâ.* Idem ad populum: *De triumpho aſperrimo atque arduiſſimo aditu.* Sic *innoxior.* Cato de Ptolomæo minore, ſeu de Thermi quæſtione: *Quantóque ſuam vitam ſuperiorem atque ampliorem atque antiquiorem animum inducent eſſe, quam innoxiorem.* Priſc. lib. 3.

ARDVM, aridum. Lucil. lib. 27. *Ardum, miſerrimum atque infelix lignum vocant ſambucum.*

ATENARIVS, θηριόμαχος: beſtiarius, qui in arena & amphitheatro cum beſtiis depugnat. Iul. Capit. in Antonino: *Tam ſancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus lanиſta, nullus ſcenicus, nullus arenarius.* Symmachus: *Cui largitas candidati ſola non ſufficit, ſi lautioribus arenariis deferatur.*

ARES, aries. Varro lib. 4. de L. L. *Aries dictus quòd eum dicebant ares veteres, noſtri aruiga.*

ARETINVS, teſteus. Iſid. lib. 20. cap. 2. Antidamus: *Fabrè compoſitum animal hominem quis ferat ſic ex re pecuatum? quis aduerruncaſſit tam aretinas hominum mentes?*

ARGEOS vocabant è ſcirpeis virgultis effigies hominum triginta, quas veſtales è ponte ſublicio quotannis mittebant in Tibrim. Varro lib. 6. analog. Item locũ illuſtrium Argiuorũ ſepulturæ dicatum. Feſt. In lege Flaminica: QVOM. EAT. AD. ARGEOS. NEQVE. CAPOT. COMITO. NEQVE. CAPILLOM. DEPECTITO. Gell. lib. 20. cap. 1. Varro lib. 4. de L. L. Cùm Argeorum ſacraria in ſeptem & viginti partes vrbis ſint diſpoſita. Liu. lib. 1. ab vrbe. *Multa alia ſacrificia, locaque ſacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicauit.*

ARGVS,

ARGVS, Argiuus. Plaut. Amphitr. *Amphitruo natus Argus ex Argo patre.*

ARGVTARI, procaciter obloqui. Nouius Exodio: *Quando ad ludos venit, alij cum tacent, totum diem argutatur quasi cicada.* Ennius: *Quem incertum tu isti credere, atque exercere linguam, argutarier vt possis.* Non. *Argutari*, subsilire; verbum propriè fullonicum. Titin. Fullonibus: *Terra hæc est noua, quasi vbi tu solitus argutari pedibus, cretam dum eluis, vestimentaque lauas.* Hinc *argutatio.* Catull.

——— *tremulique quassa lecti*
Argutatio, inambulatioque.

Quo intelligitur crepitantis lecti quasi garrulitas, de qua Ouid. Amorum lib. 3.

Spondaque lasciuâ nobilitate crepat.

Cratino apud Ephæstionem, ἰκελων ψόφησις, dicitur.

ARITVDO, ariditas. Varro Prometheo lib. 1.

Humanæ quandã stirpis gẽtẽ cõcoquit,
Frigus calori, atque humori aritudinẽ
Miscens.

Idem lib. 1. de R. R. cap. 12. *Quòd & bestiolæ, si qua prope nascuntur, & inferuntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt.* Plaut. Rudente: *O scirpe, scirpe, laudo fortunas tuas, Qui semper seruas gloriam aritudinis.*

ARMARIVM nonnunquam auctores locum quo nummi reconduntur vocant. Cic. pro Cœlio: *Tùne aurum ex armario tuo promere ausa es?* Idem pro Cluentio: *Cùm esset in ædibus armarium, in quo sciret esse nummorum aliquantulum & auri, noctu duos conseruos dormientes occidit.* Plaut. Captiueis: *Cellas refregit intus omnes, reclusitque armarium.* Ibid. *Quin ex occluso atque obsignato armario decutio argenti tantum, quantum mihi lubet.* Galli adhuc dicunt *armoire.*

ARMENTALIS, ab armẽto. Symmach. lib. 6. ep. 17. *Nam Stabias ire desiderant, vt reliquias longæ ægritudinis armentali lacte depellant.* Sidon. lib. 2. ep. 3. *Cui concentui adiungas licebit fistulæ septi foris armentalem camœnam.*

ARMENTAS, pro armenta. Ennius:

—— *ad armentas ipsius eadem.*

Pacuuius:

Tu curuifrontes pascere armentas soles. Non.

ARMILLVM, vas vinarium in sacris; quod armo portatur. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Etiam nunc pocula quæ vocant capulas, & capides, quod est poculi genus, item armillum, quod est vrceoli genus vinarij.* Lucil. lib. Satyr. 28. *Hinc à me ilicet anus rursum ad armillum.* Apul. lib. 6. Metam. *Interea cupido nimio amore peresus, & digna facie matris suæ repentinam sobrietatem pertinescens ad armillum redit.* Idem lib. 9. *Tandem altius commota atque exasperata ad armillum redit, & ad familiares fœminarum artes accenditur.* Prouerbium est, & significat ad ingenium redire.

ARNA, ὄις μήτηρ, καὶ βάρβαρα. Gloss.

ARPINATIS, Arpinas. Cato Censorius lib. 2. Originum: *Si quis mortuus est Arpinatis, eius hæredem sacra non sequuntur.* Sic idem lib. 1. Orig. *Lucus Capenatis* dixit, pro Capenas. Et Titin. Psaltria: *Ferinatis populus Græca studet*, pro Ferinas. Prisc. lib. 4.

ARQVATVS morbus, regius. Lucil. lib. 1. *Nos esse arquatos, surga-*

mus,

mus, eamus, agamus. Varro Eumenidibus: *Nã vt arquatis & veternosis, quæ lutea non sunt, æquè lutea videntur, sic insanis & furiosis sani videntur esse insani.* Non. Plin. lib. 2. cap. 24. *Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam curetur mulso.*

ARQVILES, arcu præliantes, sagittarij. Fest.

ARQVVS, arcus; vt *oquulus, pequunia,* pro oculus, pecunia. Lucr. lib. 6.

Tum color in nigris existit nubibus arqui.

Hinc *arquati,* quibus oculi & visa virent in arqui similitudinem. Lucr. lib. 4.

Lucrida præterea fiũt quæcũque tuẽtur Arquati, quia luroris de corpore eorũ Semina multa fluunt. Colum. lib. 7. *Bilis æstiuo tempore non minima pernicies, potione depellitur humanæ veteris vrinæ, quæ ipsa quoque remedio est pecori arquato.*

ARSE VERSE, auerte ignem, Linguâ Tuscâ. Afran. *Inscribat aliquis in ostio,* ARSE VERSE. Fest.

ARSINEVM, ornamentum capitis muliebris. Glossis διάδημα. Cato orig. lib. 7. *Mulieres opertas auro, purpuráque, arsinio: rete, diadema, coronas aureas, ruscea fascias, galbeas, lineas pelles, redimicula.* Fest.

ARTEMON quid sit apud multos ambigitur. Alciatus velum putat esse addititium, quod nimirum dirigendæ nauis caussâ maiori adsuitur velo: ἀρτάειν enim Græci adfuere dicunt. Alij velum maximum in naui credunt, quod hodiéque Itali eo appellant nomine. Partem verò nauis non esse, sed additamentum duntaxat, ex auctoritate Labeonis, in primis magni & docti viri, notauit Iabolenus. Gubernaculum nauis artemonem fuisse, falsò alij opinati sunt; quippe gubernaculum non esse nauis partem dicere, improbissimæ est insipientiæ. Sed artemon (vt docet Vitruu. lib. 10. & Alex. Neap. lib. 1. c. 25.) trochleæ genus tractorium est, quod ἕλκυστα Græci vocant, quo fune ductorio per orbiculos traiecto, & acto in gyrum, vt nostri moris est, facili ductu importantur onera, vel exportantur: vulgóque, quantum coniecturâ assequimur, organum dicitur. Is autem artemon nauis pars non erat, cùm non nauigationi, sed oneri inferendo machina commodè constructa fuerit.

ARTENA, vide *Arutena.*

ARTERIVM, pro arteria. Lucr. lib. 4.

Præterradit enim vox fauces sæpè, facítque [mor.
Asperiora foris gradiens arteria cla-

Sic *Concordium* antiqui, pro concordia dicebant.

ARTITVS, validis artubus, robustus. Plaut. Asinaria: *Vbi sæpè caussam dixeris pendens aduorsus octo artitos audaces viros, valentes virgatores.*

ARTIVIT, pro artauit. Nouius Dotatâ: *Artiuit linguam in palatum, cœpit labia fugere.* Idem Het. *Conatus artiuit matri inter fœmina fortiter.* Non.

ARTVA plur. neutr. pro artus. Plaut. Menæchmis: *Ita mihi imperas, vt ego huius membra, atque ossa, atque artua comminuam*

isto

iſto ſcipione, quam ipſus tenet.

ARTVATVS, laceratus, & quaſi per artus cõſciſſus. Maternus lib. 5. *Vt ſic artuatis viſcerum partibus membra omnia crudelis artificij præſidio proferantur.* à verbo *artuo*, hinc etiam *deartuo.*

ARVA, ARVÆ, pro aruum. Pacuu. Medo: *Poſtquam calamitas plures annos aruas caluitur.* Næuius Lycurgo lib. 2. *Quaque incedit omnes aruas caluitur.* Non.

ARVIGA, aries. Varro de L. L. lib. 4. *Aries, quod eum dicebant ares veteres, noſtri aruiga.* Hinc *aruignus.* hæ ſunt, quarum in ſacrificiis, exta in ollâ, non in veru coquuntur, quas & Actius ſcribit, & in Pontificiis libris videmus in hoſtiis eam aruigam, quæ cornua habet.

ARVINA, pinguedo cuti adhærens. Virg. lib. 5. Æneidos:

Pars leues clypeos & ſpicula lucida tergent
Aruinâ pingui, ſubigúntque in cute ſecuros.

Gloſſ. *Aruina*, ἀρβίνη. Heſych. λίπος ἄνευ σαρκὸς. Apul. lib. 10. *Corium aruinâ ſucculentâ mollieram.* Sidon. lib. 6. ep. 6. *Interioris hominis maciem ſæpenumero myſticus adeps, & ſpiritalis aruina diſtendit.*

ARVLATOR, vide *Cocio.*

ARVTENA, ſiue ARTENA, vas ab hauriendo ita dictum. Lucil. lib. 1. *Arutenas & aquales.* Chariſ. lib. 1. *Erat autem vas fictile, quo in ſacrificiis vtebantur ſacerdotes Potiani.* Feſt. Gloſſarium: *Artena*, εἶδος πόσεως ὀστράκου ᾧ οἱ ἀρυτάινες ἐν ταῖς θυσίαις χρῶνται.

AS

AS, terminatio Genitiui antiquorum, præcipuè apud poëtas. Enn. annalium lib. 7.

Omnibus endo locis ingens apparet imago
Triſtitias. Idem eodem lib.
——dux ipſe vias. Lucr. lib. 4.
Relliquias tamen eſſe vias in mente patentes. pro viæ.

ASINALIS, aſininus. Apul. lib. 4. Metamorph. *Tandem denique aſinali pudore ductus, ægerrimè tamen digrediens, riuulo proximo ſitim lenio.*

ASINARIVS, pro agaſone. Suet. Cæſ. Auguſto c. 96. *Apud Actium deſcendenti in aciem aſellus cum aſinario occurrit, Eutychus homini, beſtiæ Nicon erat nomen.* Cato cap. 10. de R. R. *Operarios quinque, bubulcos tres, ſubulcum vnum, aſinarium vnum.*

ASPERITER, aſperè. Næuius Pullis: *Vbi tu nequaquam cubares aſperiter.*

ASPRATILIS, genus lapidis finalis. Auctor fin. regund. *Aſpratilis vocatur qui velut ſigninum coagulatus lapis naturalis fuerit.* Idem: *Terminus ſi aſpratilis fuerit, & mixta piperatia loca habuerit, ſine dubio in triſinio conſtat.* Innocẽtius de agrim. *De latere huius monticelli alueus, & qui finem facit inter caſa & caſales, & in ipſis locis aſpratiles ponuntur.* Idem: *Et ſupra viam terminus eſt petra aſpratilis.*

ASPRATVS, aſper. Sidon. lib. 4. ep. 8. *Si quid incus metrica produxerit, non minùs forti & aſpratâ limâ poliri.*

ASPRITVDO, & ASPREDO, aſperitas. Scribon. *Collyrium pſorium ad caliginem & aſpritudinem oculorum, ſiccámque perturbationem ſine tumore, quam* ἐκροφθαλμίαν *appellant.* Celſus lib. 6. cap 6. *Atque alia quoque vtilia ſunt, quæ ad tenuandam aſpritudinem ſiunt, de qua protinus dicam.* Idem lib. 5. cap. 27. *Interdum ſimile his, quæ vocant Græci* κονδυλώματα, *aſpredine quadam & magnitudine ſua.* Apul. lib. 1. de aſino: *Simul iugi quod inſurgimus aſpritudinem fabularum lepida iucunditas leuigabit.*

ASSA, cantus tibiarum Feſti deprauatori Paulo Diacono dicitur, at minus rectè: omninò enim aliud aſſa vox, & cantus tibiarum, vt doctè docent Aſcon. Pædianus, & Non. Marcellus cap. 1. §. 280.

ASSA VOX, id eſt, ſola & mera, tum linguâ tantummodo, aut voce humanâ, non admiſtis tibiis, tum tibiis ſolùm ſine voce. Varro de vita pop. Rom. lib. 2. *In conuiuiis pueri modeſti vt cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, & aſsâ voce, & cum tibicine.* Idem Cato, ſiue de liberis educandis: *Melos alterum in cantibus eſt bipartitum, vnum quod eſt in aſsâ voce, alterum quod vocant organicum.* Non. Aſcon. Pædianus in diuinatione Ciceronis: *Cani remigibus κέλευσμα per ſymphoniacos ſolebat, & aſſam vocem,* id eſt, ore prolatam: *& interdum, vt in Argonauti, per citharam.*

ASSÆ nutrices dicuntur, quòd aſſint iis, quos nutriunt (vt Nonius auguratur) ſeu potiùs ab Græca voce ἄτ⌈α, quam Theſſalonicam monet Homeri Scholiaſtes. Eius Eu-ſtathius meminit: ἐϛὶ τὸ μὲν τέττα, inquiens, φίλε· τὸ δ' ἄττα πρόϛ τὸ δ' ἄππα πατρός.

Iuuenal. Satyra 14.

Hoc monſtrant pueris vetulæ reptantibus aſſæ.

Sunt qui non nutricẽ, ſed adſiſtricẽ mulierem, quæ adſidet fœtæ (Græci ἀναγέτριαν, obſtetricẽ Latini vocãt) putant eſſe. Varro τὲ πατρὸς τὸ παιδίον, ἀπὸ παιδοποιίας: *Aſſa nonnullas, quod ea parere non poterat, mulieres foras betere iuſſit.*

ASSIDVISSIMVS, Tranquillus in Auguſto: *Et mox vaſa aurea aſſiduiſſimi vſus conflauarit omnia.*

ASSIR, ſanguis: vnde *aſſiratum,* potus ſanguine temperatus. de quo Virg. lib. 3. Georgic.

Et lac concretum cum ſanguine potat equino.

ASSVLATIM. Næuius Pullis: *Hic iure inops; eſcam pullo da:* ille ſimul aſſulatim viſcere ſumit cibum. Non. Plaut. Menæchmis: *Niſi dedolabo aſſulatim viſcera.* Idem Captiueis: *Aperite, priuſquam pulſando aſſulatim foribus exitium dabo.*

ASSVM, ſolum & merum: vnde *aſſare* veteres poëtæ dicebantur, cùm in ſolum hominem poëmata condebant, quæ & *aſſamenta* dicta: vt eſt maxima pàrs ſyluarum Statij, & Saliorum carmina fuerunt olim. Erant autem *aſſamenta* Ianualia, Iunonia, Mineruia, priua carmina & poëmata in illos Deos conſcripta ſingulos.

ASTVS, aſtutia, prouidentia. Terent. Eunucho: *Quòd ſi aſtu rem tractauit, dij voſtram fidem, quantam & quàm veram laudem capiet Parmeno!* Silius lib. 16. *Non ars, aut aſtus belli, vel dextera deerat.*

Plaut.

Plaut. Persâ: *Præmonstra doctè, præcipe astu filiæ quæ fabuletur.*

ASTVS item Ciuitas ab ἄστυ. Terent. Eunucho: *Hem quid amat? an ille scit iam quid meretrix siet? an in astu venit?*

AT

AT, pro ad, antiquis. Cicero lib. 2. epist. ad Saluſtium: *At quem intelligebat eius belli periculum spectare.* Lucr. lib. 5.

At sedare sitim fluuij fortésque vocabant: id est, ad sedandum. Sic contrà *ad*, pro at. Saluſt. orat. Cottæ Cos. *Ad contrà in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere.* Catull. *Ad Acme leuiter caput reflectens.*

ATQVE, pro festinè, intrepidè. Ennius annal.

Atque atque adscendit muros Troiana iuuentus. Non. Virg. Georg. 1.

——— *si brachia forte remisit,*
Atque illum in præcepto pleno rapit alueus amni. id est, celeriter & subitò. Plaut. Bacchid. *Dum circumspecto, atque ego tum lembum conspicor.* Idem Mercatore: *Postquam illic quod volui transegi, atque ego conspicor nauim ex Rhodo:* id est, statim.

ATTÆ, qui propter vitium crurum aut pedum plantis incedunt è terra vix sublatis: vnde Quintius poëta Atta cognominatus est. Horat. 2. lib. epist.

Rectè nécne crocum floréque perambulet Attæ
Fabula, si dubitem, clament, periisse pudorem
Cuncti pene patres.

Gloſſis, Atta dicitur qui primùm incipit ambulare pedibus.

ATTAM senem honoris causſa appellamus, eum aui nomine dignantes: vt & Græci ἄτ[illegible]α πάτερ vsurpant.

ATRI dies, nefasti, infelices; quibus populus Rom. insignem aliquam cladem accepit: vt dies, qui sunt postridie Calendas, aut Nonas, & postridie Idus: quo die exercitus populi Rom. ad Alliam aduersùs Gallos pugnans, occidione occisus, & post diem tertium eius diei præter Capitolium vrbs capta. Dies quoque ante IV. Cal. Non. & Idus, atri habebantur, quòd A. D. quartum Cal. Sextiles clades ad Cannas accepta credatur. Gell. lib. 5. cap. 17. Afran. Fratriis: *Septembris heri Kalendæ hodie atri dies.*

ATRITAS, nigredo. Plaut. Pœnulo: *Itaque replebo atritate, atrior multo vt siet, quàm Ægyptij.*

ATTIGO, pro attingo. Turpil. Leucadiâ: *Ne me attigas, atque aufer manum; eia quàm ferocula est!* Accius Erigonis: *Age, age, amolire, amitte, caue vestem attigas.* Non. Lucr. lib. 3.

Nec desideriũ nostri nos attigit vllũ. Plautus Bacchidib. *Eho senex minimi pretij, ne attigas puerum istâ causſâ, quando fecit strenuè.* Idem Truculento: *Ne attigas me.* Idem Persâ: *Caue sis me attigas, ne tibi hoc scipione malum magnum dem.*

ATTINÆ, lapides sese mutuò attingentes, in specie maceriarum congesti. Sicul. Flacc. de mensſ. agr. *Alij congeries lapidum pro terminis obseruant, & scorpiones appellant, aut in speciẽ maceriarum congerunt lapides, & attinas appellant.* Ibid. *Si verò pali lignei pro terminis dispositi*

ſint, aut congeries lapidum aceruatim congeſtæ, quas ſcorpiones appellant, aut in effigie maceriarum quæ vocantur attinæ. Palladius: *Si lapidoſus ager fuerit, per macerias ſaxorum attinas collectas purgari poterit, & inde muniri.*

ATTINGEM, pro attingam; ab *attingeo*: vt *claudeo, viueo.* Sic & *claudebo, viuebo, attingebo*, dicebant.

ATTVLO, pro aufero. Vide *Tulo.*

AV

AVARITER, pro auarè. Cato de prædâ militum diuidendâ: *Fraudulenter atque auariter.* Quadrigarius annal. lib. 21. *Crudeliter illi, nos miſericorditer: auariter illi, nos largiùs.* Plaut. Curcul. *Hoc vide vt ingurgitet impura ſe in merum auariter.*

AVARITIES, auaritia. Lucr. lib. 3.

Denique auarities & honorum cæca cupido,
Quæ miſeros homines cogunt tranſcendere fineis Iuris.

AVCTIO, venditio bonorum publicorum; quod quaſi vendentem augeat. Plaut. Curcul.

Auctionem faciam paraſiticam.

Idem Menæchmis:

Auctio fiet Menæchmi manè ſanè ſeptimi,
Venibunt ſerui, ſupellex, fundi, ædes, omnia.

AVCTORATI dicebantur, qui ſuam ad gladium operam mercede locabant, séque interpoſito ſolemni iuramento in ſeruitutis vinculum vendebant, & flammis vri, virgis cædi, ferro necari, cautiones faciebant. Gloſſarium: *Auctoratus*, αὐθαίρετος εἰς δοῦλον ἑαυτὸν βάλλων ἢ μονόμαχος. Hinc verbum *auctorare*, pari notione. Quint. *Quidam vt patrem ſepeliret, auctorauit ſe.* Aſin. Pollio ad Ciceronem: *Fadium quendam, quia cùm depreſſus in ludum bis gratis depugnaſſet, auctorari nolebat, viuum combuſſit.*

Horat. lib. 2. Satyr. 7.

Quid refert vri, virgis ferróq; necari,
Auctoratus eas? Plin. lib. 14. *Tunica in tantum ſublimes, vt vindemiator auctoratus rogum & tumulum excipiat.* Velleius Paterculus: *Romaniſque certam victoriam, partibus ſuis excidium, ſibi turpiſſimam mortem peſſimo auctorauit facinore.* Gloſſarium: *Auctoratus*, ὁ πρὸς οἶδυρον πραθείς, ὁ ἐπὶ μονόμαχος. *Auctoro*, μισθοφορῶ πρὸς οἶδηρον.

AVCTORAMENTVM, pretium gladiatoris, & merces auctorati. Cic. de offic. lib. 1. *Merces ipſa in mercenariis auctoramentum eſt ſeruitutis.* Seneca: *Nullum ſine auctoramento malum eſt.* Idem: *Hominem venalis animæ crebris incitabat auctoramentis.* Velleius Paterc. poſter. volum. *In ea iugulati ciuis publicè conſtitueretur auctoramentum.* Idem: *Auctoramentóque funebri ad conſeruatoris quondam Reipub. tamique conſulis irritandum necem.* Sueton. Tib. Cæſ. cap. 7. *Munus gladiatorium in memoriam patris ſui, & alterum in aui Druſi dedit, diuerſis temporibus ac locis; primum in foro, ſecundum in amphitheatro. Ludiariis quoque quibuſdam reuocatis auctoramento centum millium.* Gloſſ. *auctoramentum*, μισθὸς εἰς δοῦλον.

AVCTVS, pro augmento. Lucr. lib. 2.

——— *rurſum iam ſemina quædam*

Eſſe

Esse infinito debebunt corporis auctu. Idem lib. 6.

——*cadere si quem*
Ancipiti videas ferro procul arboris auctum,
Ante fit vt cernas ictum, quàm plaga per auras
Det sonitum. Idem lib. 5.
Et magis in somnis mirando corporis auctu. Lib. 6.
Inde vbi non potuit nubes capere impetis auctum,
Exprimitur vis, atque ideo velat impete miro.

AVCVPAVI, pro aucupatus sum. Plaut. Truculento: *Lepidè Herclè aucupaui atque ex mea sententia.* Titinius Veliterna: *Id ego aucupaui, plenas aures adfero.* Ennius Medea: *Fructus verborum aureis aucupant.* Accius Medeâ: *Ego me extollo in abietem, altè ex tuto prospectans aucupo.* Idem Astyanacte: *Nam in consilio id reges Argiuùm aucupant.* Pacuu. Chryse: *Deinde hominis partes prospectum aucupo.* Plaut. Asinariâ: *Paulisper mane, ex insidiis aucupemus clanculum quam rem gerat.* Idem Cistellariâ: *Hanc seruolus tollit atque exponit, & ex insidiis aucupat.* Idem Menæchmis: *Ex insidiis aucupa.*

AVDACITER, & audacter dicimus: quorum hoc quidem (vt ait Caper) Latinum, illud verò melius. Cic. pro Roscio: *Multa scelerate, multa audaciter, multa improbè fecisti.* Senec. lib. quare bonis viris mala accidant: *Audaciter veteranus cruorem suum spectat.* Apul. lib. 3. de asino: *Et cùm me viderent in ferro, audaciter resistunt.*

AVDIBO, audiam. Ennius Telamone: *More antiquo audibo, neque aureis tibi contrà vtendas dabo.* Idem Pancratias: *Quò me ducis? vbi molarum strepitum exaudibis maxumum.* Cæcil. Nauclero: *Nam ab ea audibis, præterea si dicis, filia redeat Pergamo.* Idem Chrysio: *Quanquam ego mercede huc conductus tuâ aduenio, ne tibi me esse ob eam rem obnoxium reare, audibis malè, si malè dices mihi.* Non. Gell. lib. 7. c. 17.

AVDIENTIAM FAC MIHI, id est, fac audiar, vel audiam. Cic. Catone Maiore: *Facitque sapè ipsa sibi audientiam diserti senis comta & mitis oratio.* Plaut. Pœnulo: *Exsurge praco, fac populo audientiam.* Apul. lib. 3. Metam. *Sed si paulisper audientiam publicam mihi tribuerit humanitas, facilè vos edocebo.* Sidon. lib. 4. epist. 6. *Breue quidem est tempus audientiæ, sed diuturnum iniuriæ.*

AVDIRE, & AVSCVLTARE differunt, quòd qui auditis parent, auscultare dicantur: à quo dictum Poëtæ, *Audio, haut auscultо.* Varro lib. 5. de L. L. Cæcilius Embono: *Audire, ignoti quod inperant, soleo, non auscultare.*

Pacuu. Chryse:

His, qui auium cantum intelligunt,
Magisque ex alieno iecore sapiunt quam suo,
Magis audiendum quàm auscultandum censeo.

Virgilius tamen *audire* dixit, pro auscultare, obedire. Æneid. 2.

—— *qui non sponsæ præcepta furentis*
Audierat.

Cato in oratione, quæ inscripta est, Si se Cæcilius tribunum plebis appellasset: *Nunquam tacet, quem morbus tenet loquendi, tanquam veternosum bibendi, aut dormiendi:*

quòd si non conueniant, tum conuocari iubet, ita est cupidus orationis, vt conducat, qui auscultet: itaque auditis, non auscultatis tanquam pharmacopolam: nam eius verba audiuntur, verùm nemo se ei committit. Gell. lib. 1. cap. 15.

AVENTER, auidè. Sidon. lib. 2. ep. 2. *Raptim subaueceris anhelantibus angustiis ciuitatis, & contubernio nostro auenter insertus fallis clementissimo recessu inclementiam caniculares.*

AVERRVNCVS, seu AVRVNCVS, Græcis θεὸς ἀποτρόπαιος, Deus qui rebus gerendis præest, mala propellens: dictus ab *auerruncо*, vel *aurunco*, quod est, auerto. Lucil. lib. 26. *Dij malauerint meliora, atque amentiam auerruncassint meam.* Pacuu. Medo: *Possum ego istam capite cladem auerruncassere.* Non. Cato c. 141. *Calamitates intemperiásque prohibessis auerruncésque.*

AVERSATVS, pass. pro auersus. Sext. Aurel. Victor in Philippo: *Adeo seueri ac tristis animi, vt iam tum à quinquenni ætate nullo prorsus cuiusquam commento ad ridendum solui potuerit, patrémque ludis secularibus petulantius cachinnantem, quamquam adhuc tener, vultu natauerit auersato.*

AVGIFICO, augeo. Ennius Andromacha: *Quid sit seditio, tabésne, an numeros augificat suos.*

AVGVRA, pro auguria. Accius Telepho: *Pro certo arbitrabor sortis oracula aditus augura.* Dixerunt & *auger, augerie, augerem*, pro augur, auguris, &c. testibus Papyrio, Phoca, Prisciano.

AVGVRO, pro auguror. Accius OEnomao: *Atque ea coniecturâ auguro.* Idem Amphitruone: *Si satis rectè, aut verâ ratione augurem.* Ennius Menalippo: *Hoc tibi ego dico, & coniecturâ auguro.* Cic. de Repub. lib. 4. *Cui quidem vtinam verè fideliter abundè antè augurauerim.* Pacuu. Chryse: *Propemodum animus coniecturâ de eius errore augurat.* Non. Virg. Æneid. 7.

—— *Si quid veri mens augurat opto.*

AVGVSTINVS, & AVGVSTIANVS, adiect. ab Augusto. Suet. Claudio Cæs. *Auiæ Liuiæ diuinos honores & circensi pompa currum elephantorum Augustino similem decernenda curauit.* Idem in Nerone: *Augustianos militésque se triumphi eius clamitantibus.*

AVITIVM, auium genus. Apul. Florid. *Tam pulcra auis quæ ex omni auitio longè præcellit.*

AVLA, olla. Plaut. Amphitruone: *Optimo iure infringatur aula cineris in caput.* Varro γεροντοδιδασκάλῳ: *Sed simul manibus trahere lanam, nec non simul oculis obseruare aulam pultis ne aduratur.* Plaut. Aululariâ: *Ego me deorsum duco de arbore, effodio aulam auri plenam.* Idem Curculione: *Nam quid id refert mea an aulâ quasâ cum cinere effossus siet.*

AVLÆA, vela diuersicolori picturâ, quibus in parietibus obtendendis splendidiori apparatu vtebantur: Græci περισπώματα, & περιπετάσματα dicunt, *Tapisserie.* Cic. oratione pro Cælio: *Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.* Propert. *Nobilis aulæis porticus Attalicis.* Virg. Georg. 3. (*tanni. Purpurea intexti tollunt aulæa Bri-*) Varro de vita pop. Rom. *Quod ex hereditate Attalica aulæa, chlamydes, pullæ aureæ.*

AVLIAR-

AVLAR, vel OLLAR, operculum ollæ, seu aulæ : vt puteal putei tegmen. ponitur pro quouis velamine. Varro lib. 3. de R. R. c. 15. *In hoc dolium addunt glandem, aut nuces iuglandes, aut castaneam : quibus in tenebris, cùm aular impositum est fiunt pingues.*

AVLICOQVA, quæ in ollis coquebantur. Fest.

AVMARIVM dicitur latrina publica. Petron. Arbiter: *In aumarium memetipsum conieci.* Fulgent.

AVRIGO, & AVRIGOR, moderor, rego. Varro Modio : *Se vnum esse pulmentarium, quo natura aurigatur, non necessitudo.* Suet. Caligula cap. 18. *Nec vllis nisi ex senatorio ordine aurigantibus.* Idem Nerone: *Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sæpius voluit.*

AVRIPLICES, vide *Ipsulices.*

AVRITVS, magnis auribus. Pompeius. Seru. Acron. Virg. Æneid. 3. *Auritósque sequi lepores.*
Item aures attentas habens. Plaut. Trucul. *Pluris est oculatus testis vnus, quàm auriti decem : qui audiunt, audita dicunt; qui vident, planè sciunt.*
Horat. lib. 1. carminum:

Doctus auritas fidibus canoris
Ducere quercus.

AVROSVS, aureus. Lampr. Heliogabalo; *Scobe auri porticum strauit & argenti, dolens quòd non posset & electri : idque frequenter quacumque iter fecit pedibus ad equum, vel carpentum, vt sit hodie de auroſa arenâ.*

AVRVNCVS, Deus qui mala auertit; *auruncare* enim, seu *auerruncare*, est auertere : vnde & *aurum* dicitur, quòd mentes hominum à virtute auruncet : & *Aurunci* veteres Italiæ populi, quòd suis sedibus auulsi πλάνητες fuerint.

AVSCVLARI, pro osculari, idque ab *ausculo*, quod pro osculo, seu ore paruo ponebant antiqui. Sicut *saurex* pro sorex, *caudex* pro codex, à quo *caudicariæ* naues : *raudus* pro rodus, in XII. Tab. RAVDVSCVLO LIBRAM FERITO. Contrà verò *Osculanam* pugnam, pro Ausculana dicebant, vt *plodo* pro plaudo, *clodus* pro claudus : *dehoritо*, dehaurito. Cato de R. R. *copo*, & *copona*, pro caupo, caupona. Fest. Carisius : *Oricularius clyster*, in libris medicorum, pro auricularius.

AVSI, pro ausus sum. Cato Censorius in orat. pro L. Antonio : *Ex illo die non ausi recusare.* Catull. in Epithalamio Iuliæ & Manlij:

——quis huic Deo comparari ausit ?

AVSPICALITER, auspicatò, loco auspicato. Hygenus de lim. agr. *Posita auspicaliter groma, ipso fortè conditore præsente.*

AVSPICAVI, pro, atus sum. Plaut. Sticho : *Eam ego auspicaui in re capitali meâ.* Idem Persa : *Lucro faciundo ego auspicaui.* Idem Rudente : *Non ego isti rei auspicaui cum furcifero vt fabuler.* Cæcil. Plotio : *Vt magistratus cùm publicè auspicarit.* Atta Lucubratione : *Cùm primò luci hodie vt exornata sit, atque vt auspicetis, cras est communis dies.* Næuius belli Punici lib. 3. *Verùm prætor aduenit, auspicat auspicium prosperum.* Marcell.

AVTVMARE, dicere, putare. Pacuu. Peribœâ : *Flexa, non falsa autumare dictio in Delphis solet.* Idem Hermiona : *Quid benefaciam ei, patris cuius opera esse vltra autumat.* Lucil. lib. 28. *Socraticum quid*

ante

ante tyranno mississe Aristippum autumant. Plaut. Amphitruone : *Nisi hoc ita factum est, proinde vti factum esse autumo, Non causſam dico, verùm qui insimules probri?* Pacuu. Dulorestę : *Aut hìc est, aut hìc adfore actutum autumo.* Gell. lib. 15. cap. 3.

AVTVMNITAS, autumnus. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσίων : *Retinet viatorem meridie prætereuntem fontem, quod autumnitas in anni tetrachordo, mensem prætererat.* Idem Quinquatribus : *Cape hanc caducam Liberi mollem dapem, De fronde Bromij autumnitatis vuidam: Quã limfa meliùs è lacunâ fontium Allata nido potili permiscęat.* Cato de R. R. cap. 155. *Primâ autumnitate, cùm pluuia est, tum maximè ab aquâ periculum est.* Idem cap. 5. *Circum oleas autumnitate ablaqueato.* Symm. lib. 3. epist. 3. *Nos hìc in otio rusticamur, & multimodis autumnitate defruimur.*

AVTVMNVM, in neutro genere, pro autumnus. Varro Ephemeride nauali : *Etesiæ diutius & vberiùs flauerant, & autumnum ventosum fuerat.* Non. Cypr. epist. ad Demetrianum : *Nec adeò arboreis fœtibus autumna fœcunda sunt.*

AVTVMNAL idem dixit Varro. testis Sosipater lib. 1.

AVTVMNVS, adiect. pro autumnalis. Gell. lib. 19. cap. 7. *Atque ita molli quodam tempestatis autumnæ die, ego & Iulius Celsinus, cùm ad eum cænassemus.*

AVXILIATVS, vt *suppetiatus*, pro auxilium. Lucr. lib. 5.

Alituum porrò genus alis omne videmus (auxiliatum.
Fidere, & à pennis tremulum petere

AVXILIEM, pro auxilier. C. Gracch. aduersùs Furium: *Quibus ego primus eum auxiliẽ.* Diom. lib. 1. Sic *auxiliatus*, passiuè (βοηθηθεὶς.) Lucil. *A me auxiliatus si est.* Prisc. lib. 2. & 8. Et *Aggredior.* Cic. ad Nepotem : *Hoc restiterat etiam, vt à te fictis aggrederer donis.* Et Cælius : *Ex scriptis eorum qui veri arbitrantur.* Plaut. Epid. *Continuò arbitretur vxor tuo gnato.*

EXAMENTA, carmina Saliaria, à Saliis, sacerdotibus Herculis, in omnes homines composita, ab axando, h. e. nominando : vel quòd carmina illa in axibus, seu tabulis, vt Græci suas leges ἐν ἄξοσι, describebantur. Glossarium *Axamenta*, στίχοι ἐπὶ θυσιῶν ἡρακλέους.

AXIM, pro egerim. Pacuu. Peribœâ: *Vt quæ egi, ago, vel axim, verruncent benè.* Plaut. Aululariâ : *Vtinam me Diui adaxint ad suspendium.* In formula deuotionis. VTEI. EGO. AXIM. PRAI. ME. FORMIDINEM. METOM. QVE. OMNEM. COELESTIOM. INFEROM. QVE. OMNIOM. DIRAS. SIC. VTEI. VERBEIS. NONCOPASO. ITA. PRO. REPOPLICA. POPOLI. ROMANI. QVIRITIOM. VITAM. SALVTEM. QVE. MEAM. LEGIONES. AVXSILIA. QVE. HOSTIOM. MEOM. DIVEIS. MANEBOVS. TELLOVRI. QVE. DEVOVEO. Liu. lib. 8.

AXITIOSI, factiosi. Plaut. Astrabâ : *Axitiosæ annonam caram è vili concinnant viris.* Varro lib. 6. de L. L.

B

B, & V, literas sæpè inter se commutarunt veteres, dicentes, *Atabus, probincia, vibus, serbus,* pro, Atauus, prouincia, viuus, seruus. In antiquis marmoribus Romæ in hortis Fabianini Montij: D. M. C. AMBIBIVS. HYMNVS. FEC. PETRONIÆ. Ibidem ad cloacam D. Luciæ: BATINIA. PRISCILLA. NYMPHIS. SACRVM. Ibidem ad D. Agnetis extra mœnia: SEBERA. RVFINIANO. VENEMERENTI. FECIT. Et ad D. Angeli in foro piscario: D. M. ÆLIA. AQVILINA. SE. VIBA. SIBI. FECIT. In domo Carpensi: DOMITIA. ITALIA. SE. VIBA. FECIT. SIBI. ET. HYACINTHO. CONIVGI. SVO. Ad D. Cæciliæ trans Tiberim: T. FIELLENVS. IANVARIVS. S E. VIBO. FECIT. SIBEI. QVI. VIXIT. ANNIS. LXXXVIII. Neapoli: D. M. S. VLPIÆ. BERONICES. Caietæ: D. M. T. FLA. T. F. TALLIONI. MIL. VRB. COHOR. XI. VRB. STIB. XI. Q. B. AN. XXX. Salerni: ACERRIO. FIRMEO, &c. QVI. VIX. ANN. XXX. DIGNISSIMO. FILIO. CONSECRABERVNT. Romæ ex testam. M. Megonij M. F. Cor. Leon. VOLO. AVTEM. EX. VSVRIS. SEMISSIBVS. HS. NX. COMPARARI. AVGVSTALIVM. LOCI. N. AD. INSTRVMENTVM. TRICLINIORVM DVVM. QVOD. EIS. ME. VIBO. TRADIDI. Ex libello Velij Fidi Romæ in regione S. Eustachij apud familiam Alberinam: COGNITI. MIHI. EX. LONGO TEMPORE. IVBENTVTIS. Ex elogio L. Cæsonij Lucilli Veronæ: CVRATOR. AQVARVM, & APP. & CIMINIÆ. CVRATOR. ALBEI. TIBERIS. ET. CLOACARVM. In nummis antiquis Valentiani hæ litteræ conspiciuntur. C. O. N. O. B. quæ explicantur à Manutio: Cudit Officina Nostra Omni Bonitate. Sed potius exprimendæ sunt: Ciuitates Omnes Nostræ Obediunto Benerationi: cuius interpretationis auctor Cedrenus in Theodosio: ὅτι, inquiens, *τὰ ἐν τοῖς νικαρίοις τῷ νομίσματι ὑποκείμενα Ῥωμαϊκὰ γράμματα δηλοῦσι ταῦτα: τὸ Κ, κιβιτάτις. τὸ Ο, ὄμνις. τὸ Ν, νόστρω. τὸ Ο, ὀβεδιέντο. τὸ Β, βενερατίοις. τετέχι, αἱ πόλεις πᾶσαι τῇ ἡμετέρᾳ θεοδαρχείτωσαν προσκυνήσει.* Sic contrà *Placauile, Venemerenti, Vrbinas, Danuuius, Iaulena,* in antiquis marmoribus scriptum inuenimus.

BA

BACELVM Octauium Augustum pro stulto dixisse tradit Suetonius in ipsius vitâ cap. 87. *Ponit & assiduo pro stulto bacelum, pro pullo pulleiaceum, pro cerito vaceroſum, & vapidè sese habere pro malè.* Mutuatum autem est à Græcis, qui βάκελον, fatuum & risu dignum vocant.

BACCHARI, magno clamore insanire, vehementiùs commoueri. Santra Nunciis Bacchis: *Ita obsoletum sono ab omni parte bacchatur nemus.* Cic. Philip. 2. *Quàm multos*

dies in ea villâ turpissimâ es debacchatus? Terent. Adelphis: *Si satis iam debacchatus es leno, audi si vis nunc iam. Egóne bacchatus sum in te, an tu in me?* Locus ab Orgia celebrantibus frequentatus, baechâtus dicitur. Virg. Georg. 4.

——— *o vbi campi*
Sperchiúsque & virginibus bacchata Lacanis
Taygeta?

BACCHANAL exercere, instar bacchantium furiosè agere. Plaut. Amphitr. *Bacchanal te exercuisse oportet, quando me tuum seruum censes.*

BACCHATIM, bacchantium more. Apul. *Quin igitur soror hunc primum bacchatim discerpimus?*

BACILLVM, baculus. Cic. de finibus lib. 2. *Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum, aliud ita natum.* Idem de suppliciis: *Denique proximus lictori Sextius, de quo sæpè iam dixi, conuerso bacillo, oculos misero vehementissimè tundere cœpit.* Afran. Homine: *Bacillum deliratum corneolum posset.* Lucil. Sat. lib. 15.

——— *porrò hùic quoque malùm bacillum*
Quam malus nauis in corbita maximus vlla est. Non.

BACRION, genus vasis longioris manubrij: alij trullam appellant. Fest. Vocatur & *Bacar, Bacarion, Becurio, & Becarium.* Meminere eius Apuleius, Tertullianus & alij. Gloss. *Bacarium εἶδος ἀγγείου. Bacarion* etiam glossis σκεῦος ἀλκοῦν.

BADIVS, genus coloris, quem puniceum vocamus. Varro ὄνος λύρας: *Equi colore dispares ita nati, hic badius, ille giluus, ille murrinus.* Palladius: *Colores equorum hi præcipui, badius, aureus, albineus.*

BAIVLI, operarij. Cic. de Orat. lib. 3. *Remigem aliquem, aut baiulum nobis oratorem descripseris.*

BALATRONES, & BLATEAS antiqui appellarunt bullas ex itinere factas: aut quod de calceamentorum soliis eraditur. Fest. Pro vaniloquis, nugacibus & nihili hominibus posuit Varro lib. 2. de R. R. cap. 5. *Videbo iam eos balatrones, & huc adferam meum corium & flagra.* Dicti autem sunt à balatu, vt ait Porphyrius. Horat. lib. 1. Sat. 1. *Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ,*
Mendici, mimæ, balatrones.

BALBVTIRE, cum linguæ hæsitatione trepidare. Cic. Acad. lib. 4. *Planè vt suprà dictus Stoicus perpauca balbutiens.* Idem Tusc. quæst. lib. 5. *Me quidem auctore etiam Peripatetici, veteresque Academici balbutire aliquando desinant.* Glossæ: *Balbus* ψελλός; *balbutit*, θραυλίζει.

BALINEÆ, seu BALNEÆ, bina erant ædificia coniuncta, alterũ vbi viri, alterum vbi mulieres publicè lauabantur. Varro lib. 8. de L. L. Plaut. Asinaria: *Ille in balneas iturus est, vnde huc veniet postea.* Cic. pro Roscio: *Occisus est ad balneas palatinas rediens à cœna Sextus Roscius.* Plaut. Mostellaria: *Gynæceum volt ædificare hic in suis, & balneas, & ambulacrum, & porticum.*

BALINEVM, balneum. Plin. sec. lib. 1. ep. 3. *Quid agit balineum illud, quod plurimus sol implet & circumit?*

BARATHRVM, præceps locus, vnde emergi nefas. Plaut. Bacchidib. *O barathrum, vbi tu es, vt ego te vsurpem lubens.* Idem Curcul. *Age effunde hoc citò in barathrum, properè prolue cloacam.* Lucr. lib. 6.

Ne pedibus raptim tellus subtracta feratur
In barathrum.

BARATHRVS, homo insatiabilis, à barathro loco profundissimo. Lucr. lib. 3.

Aufer adhinc lacrymas, barathre, ac compesce querelas.

BARBA, quadrupedum etiam. Seru. Plaut. Pseudolo: *Heus tu qui cum hirquinâ adstas barbâ, respondequod rogo.* Horat. lib. 1. Sermon.

Vtque lupi barbam variæ cum dente colubræ. Virg. Georg.

Nec minus interea barbas incanaque menta Cymphy tondent hirci.

BARBITIVM, barba: sicut lanicium, lana. Apul. lib. 5. *Esse iuuenem quendam & speciosum, commendum, lanoso barbitio genas adumbrantem.* Et lib. 11. *Nec qui pallio baculóque, & baxeis, & hirquino barbitio Philosophum fingeret.*

BARDVS, Gallicè cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, à gente Bardorum. Lucan.

Plurima securi fudistis carmina bardi.

Hesych. Βαρδαῖοι, ὡδοὶ παρὰ γαλάταις.

BARDVS, ingenio obtusus. Glossis βραδὺς ἄφρων. Cæcilius Hypobol. *Nimis audacem, nimisque bardum.* Plaut. Persâ: *Nimis tandem me quidem pro bardâ & pro rusticâ rem habitam esse abste.* Idem Epidico: *Cum bardũ me faciebam.* Homer. Iliad. ψ. Βάρδιστοι μὲν γὰρ οἱ ἦσαν καλλίτριχες ἵπποι.

BARRIRE, barrorum est, seu Elephantum, per onomatopœiam dictum; quia vox eorum sonum huius nominis imitatur. Enn. lib. 6. annal.

Barritu pecudum titubantes arma requirunt. Macr. lib. 6. cap. 1.

Hinc *Barrinus*. Sidon. lib. 3. ep. 13.

Gerit & aures, immanitate barrinas, quarum fistulam biforem pellis vlcerosa circumuenit. Glossarium: *Barrit, τρίζει, ἐλέφας βοᾷ.*

BASILICÈ, regiè, planissimè. Plaut. Epidico: *Dij immortales, vt ego intery basilicè!* Idem Persâ: *Basilicè agito Eleutheria.* Ibidem: *Euge, euge exornatus basilicè.* Ibidem: *Basilicè te intulisti, & facetè.*

BASILICVS STATVS, id est, regius. Plaut. Pseudolo: *Statum vide hominis Calipho quasi basilicum.* Idem Captiueis: *Basilicas editiones atque imperiosas habet.* Et in Pœnulo: *Basilicè exornatus incedit & fabrè ad fallaciam.* Et Persâ: *Viues mecum, basilico accipiere victu.*

BASTERNA, vt ait Isidorus, vehiculum est itineris, quasi vasterna: ea mollibus stramentis composita à duobus animalibus portatur. Lamprid. Heliogab. *Dedit basternas & rhedas.* Ammianus lib. 14. *Basterinæ per latera ciuitatis cuncta discurrunt.* Seruius Honoratus: *Pilenta sunt vehicula, sicut nunc basternas videmus.* hinc *Basternarius.* Symmach. lib. 6. epist. 15. *Cui basternarios mox prabere dignemini, vt festinatio eius iumentorum adminiculis adiuuetur.*

BATIOLA, poculi genus. Plaut. Colace: *Batiolam auream, octo pondo habebat, accipere volebat.* Non. Idem Sticho: *Quibus diuitiæ sunt domi, scaphio, cantharis, batiolis bibunt.* Glossæ: *Batiola, ποτήριον.*

BATILLVM, vasculum in quo carbones incensi portabantur, quibus ferrum ad inurendas notas reis candebat. Horat. lib. 1. Sat. 5.

——*insani ridentes præmia scribæ,*
Prætextam & latum clauum, prunaque batillum.

Antonium ridet, qui ignem sibi præferri curauerat, quod diuinum religiosúmque habebatur. Imperatoribus enim Romanis, eorúmque vxoribus, ac interdum sororibus ignis præferebatur. Herodianus de sorore Commodi Imperatoris, καὶ αὐτῇ, inquit, τὸ πῦρ προεπόμπευε.

BATVO, ferulis velitor, aut verbero. Sueton. Cæsare Caligula cap. 32. *Mirmillonem è ludo rudibus secum batuentem & sponte prostratum confodit ferreâ sicâ, ac more victorum eum pulmâ discurrit.* Et cap. 54. *Thrax & auriga, idem cantor atque saltator, batuebat pugnatoriis armis.* Næuius Philemporo: *Sculponeis batuenda sunt huic latera probè.* Fulgent. Plaut. Casinâ: *Qui, quæso, potius, quàm sculponeas, quibus batuatur tibi os senex nequissimè.* Glossarium: *Batuat*, καταπονήσει: *Batuit*, τύπτησεν. Hinc qui se singulari congressu ferulis exercebant, *batuatores*; locus *batualia* appellatus. Cicer. epistolâ ad Pœtum inter καυσήματα posuit. *Cùm Syracusiensem mas fœminam iniens βατεύειν dicatur.* Theocritus: ὅκκ' ἰσοφορεῖς τὰς μυκάδας εἶα βατεύντας.

BAVBARI, latrare. Glossar. *Baubant*, ὑλακτοῦσι. Lucr. lib. 5.

Et cùm deserti baubantur in ædibus, & cùm
Plorantes fugiunt submisso corpore plagas.

BAXEÆ, calcei. Apul. lib. 2. de asino: *Iuuenem quempiam linteis amiculis intectum, pedesque palmeis baxeis indutum, & adusque derasò capite produxit in medium.* Idem lib. 11. *Nec qui pallio baculóque & baxeis Philosophum fingeret.* Et in Florid. *Vestem de texternâ emere, baxeas istas de suternâ præstinare.* Plaut. Menæchm. *Quis iste est periculus, quo extergentur baxeæ?*

BE

BELLICREPA, saltationis veteris genus à Romulo institutum, quo cum armis saltabant. Fest.

BELLI, aduerb. in bello. Plaut. Amphitr. *Id modò si mercedis datur mihi, vt meus victor vir belli clueat.*

BELLIOR, melior. Varro Testamento, καὶ διαθηκῶν! *Venio nunc ad alterum genus testamenti, in quo Græci belliores, quàm Romani nostri.* Non.

BELLOSVM, bellicosum. Cælius: *Tantum bellum suscitare conari aduersarios contra bellosum genus.*

BELLVALIS, belluinus. Macrob. Saturn. lib. 5. cap. 11. *Educationem quoque nutricationis tanquam bellualem & asperam criminatur.*

BELLVTVS, bestiæ similis. Fest.

BENEDICÈ, blandè. Plaut. Asinaria: *Aliam atque olim cum illiciebas me ad te blandè & benedicè.*

BENÈ, pro valdè positum. Horat. lib. 3. Carm.

Sed ruit hoc ingens, si bene pœnitet.

Lucr. lib. 5.

Donicum cum contra pleno benè lumine fulsit. Enn. lib. 1.

Accipe, dáque fidem, fœdúsque feri benè firmum. Idem lib. 7.

Cùm tonuit lævum benè tempestate serenâ. Et eodem lib.

——— *qui cùm benè sæpè libenter*
Mensam sermonésque suos rerúm suarũ
Comiter impertit.

Cic. lib. 5. epistol. ad Lucceium: *Qui semel verecundiæ fines transiuit, eum benè & nauiter oportet esse impudentem.* Oppius lib. 5. *Cùm benè magnam*

magnam partem muri consumsissent.

BENIVOLENTVS, pro beneuolus. Plaut. Truculento: *Si ædstor hic homo sinapi victitet, non censeam tam esse tristem posse: at pol hero beniuolentus vt is est suo.*

BENIGNITER, pro benignè. Titin. Geminis: *Nimium te patrocinari censeo benigniter.* Non.

BENNA lingua Gallicâ genus vehiculi appellatur: vnde vocantur *Combennones* in eadem benna sedentes. Fest. Cato de R. R. cap. 13. *Bennæ emantur, oleæ caduca saliantur.* Glossarium: *Combennit, συμβασάζει. Bennarius, σκωφάρχης.* Hinc Belgis, eiusdem contubernij & consortij homines, *van eender benne,* vocantur.

BETERE, ire. Pacuu. Medo: *Bibite, si rectè pergit iter, iam si ire conor, prohibet me betere.* Idem Nyptris: *Vos betite defensum patriam, in pugnam.* Varro περὶ παιδοποιΐας: *Assa non multo pòst, quòd parere ea non poterat mulier, eam betere fòras iussit.* Non. Plaut. Rudente: *Non it, non it, quia tanto opere suades, ne betat.*

B I

BIBITOR, potor. Sidon. lib. 1. ep. 8. *Ais gaudere te, quòd aliquando necessarius tuus videam solem, quem vtique rarò bibitor Araricus inspexerim.*

BIBOSVS P. Nigidio anidus bibendi dicitur, pro bibace, & Laberio in mimo lib. 1. qui Salinator inscriptus est: *Non mammosa, non annosa, non biposa, non protax.* Gell. lib. 3. cap. 12.

BICOLOREVS, bicolor. Læuius: *Trochisci, iynges, taniæ Alterplices, bicoloreæ Radiculæ, herbæ, furculi.*

BIDENTAL, locus fulmine tactus: vel templum, in quo bidentibus hostiis sacrificabatur, *Cornutus.* Fronto. Fest. Glossar. *Bidental, τόπος κεραυνοπλήξ.* Persius Sat. 2. *Triste iaces lucis, euitandúmque bidental.* Horat.

Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Mouerit incestus. Sidon. carm. 9.

Nec quæ fulmine Thuscus expiato Septum numina quæris ad bidental. Apul. de Deo Socratis: *Cuncta ariolum præsagia, tonitruum piacula, fulguritorum bidentalia, carmina Sibyllarum.*

BIDENTES, quasi biennes, quas Homerus vocat μετάστα. Pompon. Verre: *Mars tibi voueo facturum, si vnquam rediero, bidenti verre.* Laber. Paupert. *Visus hac nocte bidentes propter viam facere.* Non. Gell. lib. 10. cap. 4.

BIFERVM, quod quoque anno bis fructum fert. Varro de R. R. lib. 1. cap. 7. *Propter eandem caussam multa sunt bifera, vt vites apud mare Smyrnæ: malus bifera, vt in agro Consentino.* Colum. lib. 5. c. 10. *Fabulantur poëtæ Alcinoi Phæacum regis pomaria fuisse bifera.* Virg. lib. 4. Georg.

——— *biferique rosaria Pæsti.*

BIGENERA, animalia ex diuerso genere, vt mulus, & leopardus. Varro lib. 2. de R. R. cap. 8. *Asselli & hinni bigeneri atque insitiui, non suopte generi ab radicibus: ex equâ enim & asino fit mulus, contrà ex equo & asinâ hinnus.*

BIGONII, gemini dicuntur, quia bi-

ni vno partu geniti. Fest. Vel quasi bigeni: eodem modo quo *prignus*, pro prigenus, vel priuignus dicimus.

BILBIS, vel BILBIL, Afris dicebatur semen humanum humi profusum. Fest. Cuiusmodi fuit Volcani ἀκρασία, dum colluctatur cum Minerua renitente. Tractum à Syriaco *Bibul*, quod est confusio, fœditas. Hesychius αὐλομάτητα, σπέρμα ἀνδρός vocat, id quod sponte suâ solet remitti, cùm mens est pathicæ memor puellæ.

BILBIT amphora, Næuius dixit; quo significatur sonitus in vase factus. Fest. Hinc *Bilbinus*, εἰδὸς ἀγγείου. & *Bilbitus*, ὄπισμὸς φωνῆς: item *bilbit*, βομβίζει, Glossario.

BINOCTIVM, δινύκτιον. Cornel. Tacitus lib. 3. *Quotiens valetudo aduersa Flaminem incessisset, vt Pont. Max. arbitrio plusquam binoctium abesset.*

BINOMINIS, cui geminum nomen: vt, *Cognominis* apud Plautum in Bacchid. Ouid. lib. 14. Metam.

Inde sub Ascanî ditione binominis alba
Rèsque Latina fuit.

BIPENNE, ex vtraque parte acutum, ἀμφήκης, & ἀμφιτόμου. Varro Parmenone: *Ferens ferream humero bipennem securim.* Idem ibidem:

At nos caduci naufragi, vt ciconiæ,
Quarum bipennis fulminis plumas vapor
Perussit, altè mœsti in terrâ cecidimus.

Non. Virg. 2. Æneid.

Ipse inter primos, correptâ dura bipẽni
Limina perrumpit.

Huc accedunt alia adiectiua, *Tripennis, quadripennis.*

BISETA, porca est, cuius cetuice setæ variè extant, cùm iam esse incipit maior ætate sex mensium. Fest.

BITERE, ire. Plaut. Mercatore: *At tu excusato te feciisse sedulo, ad portam ne bitas, dico iam tibi.* Idem Truculento: *Moriêre ociùs, si viam imbiteris. Quidnam imbiterim?* Et Curcul. *Quis me in terra aquè fortunatus erit, si illa ad me bitet Palinure?* Pœnulo: *At ne inter vias præterbitamus metuo.* Captiueis: *Namque adepol si adbites propiùs, os denasabit tibi mordicus.* Eâdem: *At vnum hoc quæso, si huc rebitet Philocrates.* Ibidem: *Si non rebitas, vt viginti minas dem pro te.* Ibidem: *Et meâ operâ, si huc rebito, faciam vt faciat facilius.* Et: *Qui per virtutem perbitat, non interit.*

BIVIRÆ, viduæ. Varro lege Menia: *Ad biuiram venio, cùm vellem ostendere quid vellem, Metamelos inconstantiæ filius me reprehendit.* Non. Martial. epigr. 72.

Hinc biuiræ Cybeles, illinc sacraria vestæ.

Sic *Vniuira* in antiquo monumento Romæ: RENATVS VOLVSIÆ IVSTÆ MATRI CARISSVMÆ OMNIVM FOEMINARVM SANCTIORI VNIVIRÆ.

B L

BLANDITIA, blandimentum, blanditiæ. Cic. de Repub. lib. 4. *In ciui excelso atque homine nobili blanditiam, ostentationem, ambitionem meam esse leuitatis.* Plaut. Bacchidib. *Viscum merus vestra est blanditia.* Idem Sticho: *Prô dî immortales, quot ego voluptates fero, quot risiones,*

siones, quot iocos, quot suauia, saltationes, blanditias, prothymias!

BLANDITER, blandè. Titin. Geminâ: *Iucunda primùm blanditer comparamus negotia.* Plaut. asinariâ: *Bene salutando consuescunt, compellando blanditer.* Idem Pseudolo: *Magis cogito sauiter blanditérne alloquar.*

BLANDITIM, blandè. Lucr. lib. 2.

Ipsaq; deducit dux vitæ dia voluptas,
Vt res per Veneris blanditim sæcla propagent.

BLATERARE, stultè loqui, à βλάξ. Plaut. Aulul. *Vbi tu es, quæ deblaterasti iam vicinis omnibus, meæ me filiæ daturum dotem.*

BLATERARE, confingere mendacia. Afran. Incendio: *Illud memento, ne quid in primis blateres.* Idem Auguræ: *Quid est istuc te blaterare, atque obloqui?* Cæcilius Hymnide: *Sine blaterare, nihil agit in amore inermis.* Non.

BLATIS, blateras, confingis mendacia, inconditè loquieris. Plaut. Amphitruone: *Qui malum quisquam intelligere potest, ita nugas blatis.* Gloss. *Blatto,* φλυαρῶ.

BLENNI, stulti. Plaut. Bacchidib. *Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, bucones.*

BLITEVS, inutilis, à blito, herbâ nullius in medicina vsus. Laber. Tusco: *Bipedem, bliteam, belluam.* Plaut. Trucul. *Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suam.*

BO

BOA, serpens aquatilis, ὕδρον. Tumor quoque crurum ex labore viæ collectus boa dicitur. Lucil. Satyris:

Inguen ne existat, papulæ, tama, ne boa noxat. Fest.

Plin. lib. 8. cap. 14. *Faciunt his fidem in Italia appellatæ boæ, in tantam magnitudinem exeuntes, vt viuo Claudio principe occisæ in Vaticano solidus in aluo spectatus sit infans.* Idem lib. 16. cap. 11. *Ebuli folia contrita, & è veteri vino imposita boam sanant.* Glossis etiam, *Boa,* βοὰ.

BOARE, clamare, βοᾶν. Plaut. Amphitr. *Tela frangunt, boat cælum fremitu virûm.* Virg. 2. Georg.

——— *reboant syluæque & magnus Olympus.*

Glossar. *Bobantes,* βοῶντες. Apul. lib. 9. de asino: *Et recipit tunc etiam fidem Deûm boantem dominum.*

BOATIM, boum more. Nigidius commento Grammat. Sunt etiam hæc assimulanter dicta, *canatim, boatim, suatim,* quæ ab animalibus sumuntur. Sic, *passeratim, anseratim, vitulatim,* &c. dixerunt.

BOIÆ, genus vinculorum. Plaut. Asinariâ: *Aduorsum stimulos, laminas, crucésque, compedésque, Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas boias.* Idem Captiueis: *At nunc Siculus non est, Boius est, boiam terit.*

BONE, pro benè. Lucr. lib. 2.

Sed nihil dulcius est bonè quàm munita tenere
Edita doctrinæ sapientum templa serena. Idem lib. 4.
Quæ bonè cùm videas rationem reddere possis
Tute tibi. Idem lib. 6.
Quapropter bonè vbi hæc confirmata atque locata
Omnia constiterint, nobis præposta parata. Charis. lib. 1.

BONVSCVLA, bona parua. Sidon.

don.lib. 9. ep.6. *Et retractare, quantum de bonusculis auitis paternisque sumptuositas domestica charybdis abliguisset.*

BOTONES, & BOTONTINI, sunt tumores aggesta terra excitati. Auctor finium regund. *Botones finales inuenies.* Faustus & Valerius de agrimens. *Monticellos plantauimus de terra quas botontinos appellauimus.* Vitalis de limit. *Hi non sunt semper à ferro taxati, & circa botontinos conseruantur.* Innocent. de cas. litter. *Alius fontanas sub se habens, super se montem, in triuio tres botontinos.* Auctor de agrim. *Si sint botontini terræ, ex superis prohibeo te sacramentum dare.*

BOVARE dicuntur boues, cùm vocem emittunt. Ennius annal.

——— *clamore bouantes.*

Varro lib. 6. de L. L.

BOVES LVCÆ, Elephantes. Ennius Andromachâ: *Atque prius pariet locusta bouem lucam.*

Lucil. lib. 6. Satyr.

Quem neque Lucanis oriundi montib' Fauri
Ducere pro telo validis ceruicibu' possent. Lucr. lib. 5.
Inde boues lucas turrito corpore, tetros Anguimanos.

Glossarium antiquum: ἐλεφάντας, *Vos Luca, Barrus.*

BOVINARI, calumniari. Fest. vnde *Bouinatores*, malitiosi tergiuersatores. Lucil. lib. 11.

Hic strigosi' bouinatorque, ore improbu' duro.

Gell. lib. 11. cap. 7. *Rogo*, inquit, *prætor subueni, succurre, quónam vsque nos bouinator hic moratur?*

BOVNT, boum clamorem edunt. Varro Parmenone: *Exeunt citi, strepunt, bount.* Pacuu. Medeâ: *Clamore & sonitu colles resonantes bount.* Non.

B R

BRANCA, vngula. Togatus lib. de limit. agrorum: *Terminus, siue petra naturalis, si brancam lupi habuerit, arborem peregrinam significat.* Idem: *Terminus, siue petra naturalis, si brancam ursi habuerit, lucum significat.*

BREVIATVS, decurtatus, angustus. Sidon. lib. 2. ep. 3. *In quorum aream, siue suggestum subiectâ porticu sensim breuiatis angustisque gradibus descenditur.*

BRONCI, & BROCHI dicuntur, qui sunt producto ore, & dentibus eminentibus. Lucil.lib.3.

Bronci', nouus lanius, dente aduerso eminulo hic est,
Rhinoceros velut.

Varro de R.R. lib. 2. cap. 9. *Mento suppresso, & ex eo enatis duobus dentibus, dextra & sinistra, paulo eminulis superioribus, directis potius, quàm brochis: acutos quos habeant, labro tectos.* Hinc

BROCHITAS. Plin.lib. 11.cap.37. *Senectus in equis & cæteris veterinis intelligitur dentium brochitate, superciliorum canitie.*

BRVTVM antiqui grauem dixere. Fest. Vnde in Hetruscorum libris, *bruta fulmina* scriptum, & Horatio *bruta tellus.* Obtusum præterea significat, & hebetem. Pacuu. Hermionâ: *Et obnoxium esse, aut brutum, aut elinguem putes.*

BV

BVAS, potio paruulorum. Lucil. lib. 8. *Cùm vinolentas diceret, vini buas deſignauit.* Varro Cato, vel de liberis educandis: *Cùm cibum ac potionem buas ac papas dicunt, & matrem mammam, patrem atam.* Idem. Hinc *imbutus*, quod rei alicuius ſuccum bibit. A papâ Plauto *papare*, quod eſt edere.

BVBINARE, menſtruo mulierũ ſanguine polluere. Lucil. Satyris: *Hæc te imbubinat, & contra te imbulbitat ille.* Feſt.

BVBILEM, pro bubile, ſeu bouile. Plaut. Persâ: *Enimuero metuo vt poſſim in bubilem reiicere, ne vageatur.*

BVBLINVM, genus vini Feſto. Theocrytus Eidyllio 14. Byblini vini mentionem facit. Et Heſiod. Εἰν πιεῖν παίντε σκιὴν καὶ βύβλινον οἶνον.

BVBSEQVA, bubulcus, qui boues ſequitur. Apul. Apolog. *Vir vltra Virgilianos opiliones, & bubſequas ruſticanus.* Idem lib. 8. de aſino: *Equiſones opilionéſque & bubſequæ.* Idem Deo Socr. *Nec quiſquam eos è calitũ numero velut paſtor vel equiſo, vel bubſequa, ſeu balantium, vel hinnientium, vel mugientium greges interuiſat.* Et in Florid. *Prorſus igitur ante Hyagnim nihil aliud plerique callebant, quàm Virgilianus opilio, ſeu bubſequa.* Sidon. lib. 1. ep. 6. *Et nunc ſi relinquare inter bubſequas ruſticanos, ſubulcóſque runcantes.*

BVBVLCITARE, boues curare. Varro Manio: *Vicinus meus quod apud Plocium rhetorem bulbulcitaret, alteri in dolore non defuit.* Plaut. Moſtellaria: *Decet me amare, te bubulcitarier, me victitare polcrè, te miſeris modis.* Apul. Florid. lib. 1. *Eſt apud illos gens, quæ nihil amplius quàm bubulcitare nouere, ideóque cognomen illis bubulcis inditum.*

BVCCO, garrulus, ſtultus. Plaut. Bacchidib. *Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Buccones* Gloſſis paraſiti. Apul. Apolog. *Si cum hac vnâ Ruffini fallaciâ contendantur, macci prorſus & buccones videbuntur.*

BVCCVLENTVS, buccis turgidis. Plaut. Mercatore: *Canum, varum, ventrioſum, bucculentum, breuiculum, ſubnigris oculis, oblongis malis, panſam aliquantulum.*

BVCÆDA, vel BVCIDA, qui cæditur loris è boum corio factis. Plaut. Moſtell. *Illi bucædæ erunt multo potius, quàm ego ſim reſtio.*

BVCERIÆ, boum greges. Lucr. lib. 2.

Lanigeræ pecudes & equorum duellica proles
Buceriæque greges.

BVCERVM PECVS, de bubus dicitur: βύκτρον, quaſi bubula habens cornua. Gloſſæ: *Bucerum,* γέννημα βοός. Gell. lib. 11. cap. 1. *Timæus in hiſtoriis, quas oratione Græcâ de rebus populi Romani compoſuit, & M. Varro in antiquitatibus rerum humanarum, terram Italicam de Græco vocabulo appellatam ſcripſerunt: quoniam boues Græcâ veteri lingua ἰταλοὶ vocitati ſunt, quorum in Italia magna copia fuit, buceráque in ea terra gigni, paſcique ſolita ſint compluria.* Lucr. lib. 6.

Deſertos opis experiis, incuria maſtãs,
Lanigeras tanquam pecudes & buceraſæcla. Idem lib. 5.

Et genus omne quod eſt veterino ſemine partum,

Lanigeraque simul pecudes & bucera sæcla.

BVCETA, vel BVCITA, pascua sunt, in quæ boues pastum aguntur. Sidon. epist. 2. lib. 2. *Inter greges tintinnabulatos per depasta buceta reboantes.* Varro lib. 4. de L. L. *Quod ea pecus in bucita tum antiquum oppidum exigebat.*

BVLBITARE, puerili stercore inquinare. Lucil. Satyris:

Hæc te imbubinat, & contra te inbulbitat ille.

Dictum à *bulbito*, quod est fimus: βόλβιτον. Plin. lib. 28. cap. 17. *Fimi ceruini, maximè subulonis, sed & bubuli* (de armentis loquor) *quidam bulbiton vocant, canis maximè efficax.*

BVLGÆ, sacculi scortei. Lucil. Satyrarum lib. 6.

Qui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus,
Bulgam, & quidquid habet nummorum secum habet ipse.
Cum bulgâ cœnat, dormit, lauat, omnis in vnâ
Spes hominis bulga est. Idem lib. 26. *Ita vt quisque nostrûm è bulgâ est matris in lucem editus.* Varro octogesimo, περὶ νομισμάτων: *Cùm alterum addamus in vesicam, alterum in bulgam.* Non.

BVLIMIAM, seu βούλιμον, Græci magnam famem dixere. Varro lib. 2. cap. 5. de R. R. *Noui*, inquit ille, *maiestatem boum, & ab his dici pleraque magna, vt βούτυκον, βόπαιδα, quem Latini Catulastrum, βούλιμον, βοώπιν, vnam quoque bumammam.* Inde & Magni Alexandri equus βουκέφαλος appellatus, quòd capite grandi esset & spissо.

BVRA, pro buris, pars aratri posterior. Varro de R. R. lib. 1. cap. 19. *Terram duram nisi magnis viribus boues proscindere non possunt, & sæpè fracta burâ relinquunt vomerem in aruo.*

BVRRANICA, potio è lacte & sapa mixtis. Fest. Dicta à *buro*, hoc est, rufo colore. Eius vsus in Paganalibus, de qua Ouid. lib. 4. Fastorum:

Dum licet appositâ velut in cratere camellâ,
Lac nitidum potes puparéamque sapam.

BVSTEVS, penè mortuus, nauci. Plaut. Truculento: *Quid ergo nunc huic odio es, confossus, busteus.*

BVSTIRAPVS, bustorum spoliator. Plaut. Pseudolo: *Impudice, sceleste, verbero, bustirape, furcifer, sociofraude, parricida, sacrilege, periure, legirupa, pernicies adolescentum.*

BVTVBATÆ, nugæ, apud Næuium, compositum nomen ex primis puerorum vocibus, *bu, tu, ba, ta*: *bu, buam*, quod potum designat; vnde *vinibuæ* mulieres: *tu*, cibum; vnde *tuburcinari*: *ba*, papam; vnde *papare* apud Plautum: *ta*, tatam, hoc est, patrem; vnde *tatauus*, seu *atauus*. Latini aliàs dicunt gerræ, nauci, lirelire, apina; quod vltimum detortum ab ἀφύναι, ignobili Siciliæ oppido.

C A

CACHINNARE exitium, irridere: verbo absoluto tanquam agente, sumpto, quod satis est familiare. Apul. Metam. lib. 3. *Insuper exitium meum cachinnat.* Sic idem lib. 6. *Mirantur ac trepidant diuinæ*

diuinâ præſagia. Et lib. 2. *Amenti ſimilis accelero veſtigium.* Item Florid. lib. 3. *Quidam tarditatem poëtæ murmurari.* Plaut. Bacchid. *Etiam me meæ latrant canes?* Idē Menæch. *Intra portā pedem penetraui.* Et Aulul. *Declinaui paulum me extra viam.* Item Bacchid. *Sceleſtiorem hoc nullum illuxere alterum.* Apul. Metam. lib. 3. *Fortunas meas eiulabam.* Et Apolog. 1. *Hunc ille timorem muſſitabat.* Cic. lib. 16. ep. 3. Attic. *In me ſtomachum erumpant.* Terent. Eunuch. *Iámne erumpere hoc mihi licet gaudium?* Gell. lib. 2. c. 29. *Atque ita caſſita nidum migrauit.* Virg. Æneid. lib. 1.

Ambroſiæque comæ diuinum vertice odorem
Spirauere. Idem lib. 8.

Ergo iter inceptum celerat. Et lib. 12.

Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem. Lucr. lib. 6.

Et per quæ poſſunt vitam conſiſtere tutam. Et lib. eod.

An tum brachia conſueſcunt. Liuius lib. 1. *Omne ius belli Achiuos abſtinuiſſe.* Cic. lib. 7. epiſt. 12. fam. *Iouem lapidem iurare.* Gell. lib. 11. cap. 6. *Cur illæ non iurauerunt Herculem.* Virg. Bucol.

Et imitata ſuos requierunt flumina curſus. Propert. lib. 2. eleg. 34.

Quamuis ille ſuam laſſus requieſcat auenam. Et eleg. 22.

Iuppiter Alcmenæ geminos requieuerat Arctos.

CACHINNAT, ſonum edit, non ſolùm de riſu. Accius Phæniſſis:

Simul & circum magna ſonantibus
Excita ſaxis ſæua ſonando,
Cum crepitu clangente cachinnāt.

Sic *ridere* de inanimis dictum: vt Græcis γελᾶν. Lucr. lib. 1.

——tibi rident æquora ponti.

Et lib. 4.

Vnguenta & pulcra in pedibus Sicyonia rident. Virg. Bucol.

Omnia nunc rident. Horat. lib. 4. Oda 4.

——& pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris
Qui primus alma riſit adorea.

CACVLA, ſeruus militis. Plaut. Trinummo: *Video caculam militarem me futurum.* Idem Pſeudolo: *Venientem caculam interuortit ſymbolo.* Hinc *Caculatus*, ſeruitium militare.

CADAMITAS, pro calamitas. Vide *Dacryma.*

CADVCEVS, pacis ſignum: à Græco κηρύκειον: quod Syracuſani & Tarentini dixerunt καρύκιον. Virgula Mercurii fuiſſe fertur, in ſpeciem duorum draconum, maris & fœminæ, voluminis ſui parte mediâ nodo Herculeo alligatorum, ínque modum circuli oſcula ſibi iungentium, figurata ab Ægyptiis: de qua Virg. lib. 4. Æneid.

Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit.

Varro de vita pop. Romani lib. 2. *Verbenarius ferebat verbenam, id erat caduceus.* Apul. lib. 10. de aſino: *Quem caduceum & virgula Mercurium indicabant.*

CADVCEATORES, pacis legati, per quos, vt à Fecialibus indicebantur, ſic per hoc finiebantur bella. Liu. lib. 6. belli Punici: *Aſdrubal, ne in arcto res eſſet, caduceatorem miſit.*

CADVCITER, præcipitanter. Varro Et ratione:

Et frigidos nimbos aqua ista caduciter ruentes
Pertimuerint aquatiles querquedulæ natantes. Non.

CADVRCVM, funis quo lecti tendebantur, antiquis dictus: qui & *instita*. Glossæ Isidori: *Institæ*, grabati resticulæ. Interpretatur etiam membrum mulieris obscœnum: vt eædem glossæ. Sulpicia poetria in Iambis:

Ne me cadurcis destitutam fasciis
Nudam Calæno concubantē proferat.

Vetus comment. Iuuenal. ad Sat. 6.

CÆCIGENI, qui cæci nati sunt. Lucr. lib. 2.

Nam cùm cæcigeni Solis qui lumina nunquam
Aspexere, tamen cognoscunt corpora tactu
Ex ineunte ævo nullo contincta colore.

Glossarium: *Cæcigena*, τυφλογενής.

CÆCVLTANT, cæcutiunt. Plaut. *Nùmnam mihi oculi cæcultant? éstne hic noster Hermio?* Varro γεροντοδιδασκάλῳ: *Vtrùm mihi oculi cæcultant, an ego video seruos in armis contra dominos.* Non. Fest.

CÆCVM VALLVM dixere pro occulto, insidioso, latente, & in quo præacuti pali terræ infixi frondibus occuluntur. Sic *cæca vox* dicitur quæ mox ac emissa fuit, conticescit, & suffocata longiùs non progreditur, sicut in fictilibus. Isid. lib. 2. cap. 19. Lucr. lib. 1.

Sūt igitur venti nimirū corpora cæca.

Item lib. 3. *Causæ cæcæ*, id est, incertæ, incognitæ.

CÆL, Ennius pro cælum dixit, Dores secutus, qui extremas vocum partes abscindebant:

——— *diuûm domus altisonum cæl.*

Auson. Monosyllab.

Vnde Rudinus ait diuûm domus altisonum cæl,
Et cuius de more quod adstruit, endo suam do.

CÆLVS, pro cælum. Ennius lib. 1. Annal.

—— *Saturnus quē calu' genuuit.* Ibid.
Fortes Romani siti', quanquam cælu' profundus.

Varro rerum diuinarum: *Vt Deum significas non partem mundi, sic pater cælus, mater magna his est tellus.* Non.

CÆMENTA, lapides rudes & impoliti. Gloss. χάλικες. Varro Bimargo: *Non te pudet Mani cùm domi tuæ vides commilitonum tuorum cohortes, seruis tuis ministrare cæmenta?* Sisenna histor. lib. 3. *Quod humilem, cæmentis instructum oppidi murum sciebat.* Columella lib. 9. *Sub porticibus quadratæ harę cæmentis, vel etiam laterculis exstruuntur.* Glossæ: *Cæmenta*, χαλικώματα.

CÆMENTÆ, pro cæmenta. Ennius Thyeste: *Labat, labantur saxa, cæmentæ cadunt.*

CÆNATVS, vt pransus, qui cænam confecit. Varro de vita pop. Rom. lib. 3. *Vt eius conuiuium, qui triumpharet in Capitolio, videtur esse proprium, vt ipse potiùs domum deduceretur cænatus è conuiuio.* Cic. pro Deiotaro: *Quid igitur caussæ excogitari potest, cur te lautum noluerit, cænatum voluerit occidere?*

CÆRVLEATVS, cæruleo infectus colore. Velleius Paterc. hist. 2. *Cùm in omnia & in omnibus venalis, cùm cæruleatus & nudus genibus innixus glaucum salutasset.*

CÆSITIVM, linteolum purum & candidum, dictum, quòd vel cædendo ad candorem peruenirent; vel

vel quòd oras haberet circumcisas. Plaut. Epidico: *Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsitium.*

CÆNAS Sabini cænas vocabant; erántque iisdem cænæ, quæ nobis prandia: cœna verò quod nobis, illis vesperna dicebatur.

CÆSO, ex matris vtero exsectus. Hos auspicatiùs gigni exemplo Scipionis & Iulij Cæsaris tradit Plin. lib. 7. cap. 9. *Auspicatiùs*, inquiens, *enectâ parente gignuntur, sicut Scipio Africanus prior natus, primúsque Cæsarum à cæso matris vtero dictus, quâ de causâ Cæsones appellantur.*

CÆSVRATIM, per cæsuras. Sidon. lib. 4. epist. 3. *Quódque pretiosius, tota illa dictio sic cæsuratim succincta.*

CALAMISTRVM, vel CALAMISTER, καλαμὶς, fistula breuis, quâ calfactâ in cinere cirri continentur, crispantúrque capilli. Cic. de Cæsare in Bruto: *Ineptis fortasis gratum fecerit, quo volunt illa calamistris inurere.* Suet. Iul. Cæs. cap. 56. Cic. de oratore: *Remouebitur omnis insignis ornatus, quasi margaritarum, nec calamistri quidem adhibebuntur.* Plaut. Curculione: *Ita me volsella, pecten, speculum, calamistrum meum benè amassent.* Hinc

CALAMISTRATVS, qui hoc modo anulatam comam gerit. Glossarium: *Calamistrat, θαραγκιστοὶ, ἢ εἰς τὸ ὅλον σωστίθησιν τῷ κόμην.* Cic. oratione post reditum in senatum: *Cur in lustris & helluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tam diu cessauit?* Idem pro Sextio: *Alter vnguentis affluens, calamistratâ comâ.* Plaut. Asinariâ: *Quisnam istuc accredet tibi, cinade calamistrate?*

CALANTICA, tegmen muliebre, quod capiti innectitur. Cic. in Clodium: *Cùm vincirentur pedes fasciis, cùm calanticam capiti accommodares.* Glossis, *Calantica, εἶδος ζώνης.*

CALAS dicebāt maiores nostri fustes quos portabant serui, sequentes ad prælium dominos: vnde *Calones* vocabantur. Gloss. δοῦλοι δημόσιοι. Nam consuetudo erat militis Romani, vt ipse sibi arma portaret, & vallum, quod *Calam* dicebant. Lucil. Satyris: *Scinde puer calam vt caleas.* Seru. lib. 7. Æneidos. Apul. Apolog. *Ei igitur Mario Curio duos solos in castris calones fuisse.* Sidon. lib. 6. epist. 1. *Vltimos calones tuos non despicis.*

CALASSIS, Græcis χάλασις, laxamentum tunicæ, nodo retentum. Fest.

CALATORES, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, serui publici, quod sæpè vocentur. Gloss. *Calator, κλήτωρ: calatores, δοῦλοι δημόσιοι.* Plaut. Rudente: *Estne hic Trachalio, quem conspicor, calator Pleusidippi?* Hinc *Nomenclatores*, quasi nomium calatores, καλήτορες Græcè. Homer. εἰς δ' ἄγαγον κήρυκα καλήτορα τοῖο γέροντος. Antiqua inscriptio Romæ: Q. CÆCILIO. FEROCI. KALATORI. SACERDOTI. TITIALIVM. FLAVIALIVM. STVDIOSO. ELOQVENTIÆ.

CALBEI, armillæ triumphales, quibus ob virtutem milites donabantur. Sueton. *Galbeas* appellat: glossæ *Calbas*. Cato Originum lib. 7. *Mulieres opertæ auro purpuráque, arsineo rete, diademe, coronas aureas, rusceas fascias, calbeos, lineas pelles, redimicula.*

CALCATÆ, fasces stramentorum ac virgultorum. Hirtius de bello Hispanensi: *Secúmque extulerunt calcatas ad fossas complendas, & harpagones. Calcatus* pro trito & vsitato dixit Seneca controuers. lib. 10. in 3. *Latro vsus est in hac controuersia illâ calcatâ quæstione.*

CALCES, qui & per diminutionem vocantur *Calculi.*

Lucil. 14. Satyrarum:

Naumachiam licet hæc inquam alueolúmque putare, & (viues.
Calces, delectes te, hilo non rectiu'

Prisc. lib. 6. Plaut. Pœnulo: *Quin prius disperibit faxo, quàm vnum calcem ciuerit.*

CALCITRONES, qui infestant calcibus. Varro Sesquiulysse: *Itaque tum equum mordacem, calcitronem, horridum, miles ac vir non vitabat.* Non. Plaut. Asinariâ: *Ita hæc morata ianua est, extemplò ianitorem clamat, procul si quem videt ad se venire calcitronem.* Gell. lib. 4. c. 2. *Equus mordax, aut calcitro vitiosus non morbosus est.*

CALDOR, pro calor. Varro lib. 1. de R. R. cap. 41. *Quo tempore quæque transferas, hæc in primis videnda, quòd, quæ priùs verno tempore inserebantur, nunc etiam solstitiali, vt ficus: quòd densa materia non est, & ideo sequitur caldorem.* Et cap. 55. *Olea lecta si nimium diu fuit in aceruis, caldore fraciscit, & oleum fœtidum fit.* Et lib. 3. cap. 9. *Euitandum caldorem & frigus, quod vtrumque his aduersum.*

CALDVS, pro calidus. Varro ἀπὸ κεφαυνῦ: *Cùm dixisset Vitulus, ecce caldis pedibus quidam nauicularius semiustulatus irrupit se in curiam.* Idem lib. 1. de R. R. cap. 13. *Cùm fructus in eâ vinarius quærit, vt dolia æra frigidiorem, ita olearia caldiorem habeat.* Et lib. 2. c. 2. *Comitiis ædilitiis cũ sole caldo ego & Q. Accius senator tributis suffragium tulissemus.* Cneius Martius Mimiambis: *Sinúque amicam recipere frigidam caldo, columbatímque labra conferens labris.* Gell. lib. 20. cap. 8.

CALENDÆ, à calando. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Itaque calabantur*, id est, *vocabantur, & ab eo Calendæ appellatæ, quod est tractum à Græcis, qui καλεῖν vocare dixerunt.* Non. Macrob. lib. 1. Saturnal. *Et hunc diẽ, qui ex diebus, qui calarẽtur, primus esset, placuit Calendas vocari.*

CALENA, poculi genus. Varro. Est modus matulæ, ἀπὸ μέθης: *Dolia atque apothecas tricliniares, melites, calenas, obbas, & cumanos calices.* Non.

CALETVR, pro calidum est. Plaut. Truculento: *Nam nunc lenonum & scortorum plus est ferè, quàm olim muscarum, cùm caletur maximè.*

CALIGARIS clauus, seu CALIGARIVS, quo caligæ adstringuntur. Plin. lib. 22. *Caligaris clauus & ferri aut chalybis aliqua rubigo.* Idem lib. 10. *Pisces vergiliarum ortu existunt squamis conspicui crebris, & præacutis clauorum caligariorum effigie. Caligarius* etiam dicitur caligarum artifex. Lampridius in Alex. Seuero: *Corpora omnium constituit vinariorum, lupaniorum, caligariorum, & omninò omnium artium.* Iul. Firmicus Matheseos lib. 3. *Coriorum confectores, aut caligarij.*

CALIM dicebãt veteres, pro clam. Fest.

CALLEO, callidè scio. Afran. Abducta: *Nescio, nam omnem rem melius callent, quàm volo.* Accius Ægystho:

Ægyſtho: *Melius, quàm viri, callent mulieres.* Pacuu. Atalantâ: *Omnes qui tanquam nos ſub regno ſeruiunt, callent domi cum imperio metuere.* Accius Æneadis, ſeu Decio: *Quod periti ſumus in vita atque vſu callemus magis.* Idem Neoptolemo: *Sat in aſtu & fallendo callet.* Serenus Opuſculis: *Callet ſenium arte viuendi.* Siſenna hiſtor. lib. 4. *Lucilium Memmium, ſocerum Gaij Scribonij tribunum plebis, quem Marcellini cõſiliarium fuiſſe callebant.* CALLEO etiam dicitur callo obducor. Cæcil. Aſoto: *Iam tu callebis, ille feſſus deſidet.* Plaut. Pœnulo: *Quid opus verbis? Callum aprugnum callere æquè non ſinam.* Idem Perſa: *Plus calleo, quàm aprugnum callum callet.* Cic. de nat. Deor. lib. 4. *Quorum tanquam manus opere, ſic animus vſu concalluit.*

CALLIS fœminiuè. Liuius lib. 12. *Niſi pecorum modo fert, angusto ſaltu, per deuias calles.*

CALLISCERVNT, occalluerunt. Cato de bello Carthaginenſi: *Aures nobis calliſcerunt ad iniurias.*

CALORATVS, calidus, feruidus. Apul. lib. 6. de aſino: *Cuius primæ iuuentutis caloratos impetus freno quodam coercendos exiſtimaui.*

CALPAR, dolium, à καλπη: vt ab aulâ, aular. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Quod ante, quàm nomen dolij prolatum eſſet, cùm id genus vaſorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum eſt.*

CALPAR, vinum nouum, quod ex dolio demebatur ſacrificij cauſsâ, antequam guſtaretur. Ioui enim priùs ſua vina his verbis libabant: MACTE. HOCE. VINO. INFERIO. ESTO. Gloſſarium: *Calpar, θυσίαι ἀπαρχῶν οἴνου.* Item, *Calpar, οἶνος ὁ ἐν θυσίᾳ.*

CALVÆ, nuces auellanæ toſtæ. Cato de R. R. cap. 9. *Laurum Delphicam, & Cypricam, & ſiluaticam, nuces caluas, auellanas, Præneſtinas, & Græcas.* Gloſſarium: *Caluæ, φουντικὰ πεφρυγμένα.*

CALVITVR, fruſtratur, decipit. Gloſſis ἐξαπατᾷ. Accius Euryſace: *Sed memet caluor, vos iſtum ocyus abſtrahite.* Pacuuius Medo: *Sentio pater, te vocis calui ſimilitudine.* Et: *Sed quid conſpicio, num me lactans caluitur æuitas?* Idem Duloreſte: *Me caluitur ſuſpicio: hoc eſt, illud quod fore occulte Aiax prædixit.* Saluſt. lib. 3. hiſtor. *Contrà ille calui ratus.* Non. Plaut. Caſinâ: *Nemo vbi ſola domi ſum, ſopor manus caluitur.* Terent. Eunucho: *Nunc vt meam benignitatem ſenſiſti in te caluier?* Lucil. Satyr. lib. 17.

Si non it, capito, inquit, eum, & ſi caluitur, ergo
Endo manum iacito.

Lex XII. Tabul. SEI. CALVITVR. PEDEM. VE. STRVIT. MANVM. ENDO. IACITO. IN. IOVS. DVCITO. Hinc *Cauillatio* dicta: & *Calumniatores*, quòd per fraudem & fruſtrationem alios caluantur litibus.

CALVMNIA, pro calliditate. Cic. de Repub. lib. 2. *Vt Carneadi reſpondeatis, qui ſæpè optimas cauſſas ingenij calumniâ ludificari ſolet.* Non.

CALX, maſculinè. Varro Margopoli περὶ ἀρχῆς.

Nemini fortuna currum à carcere intimo leue
Miſſum in offenſum per æquor candidum ad calcem ſubit.

Plaut.

Plaut. Pœnulo: *Quin disperibit prius faxo, quam vnum calcem ciuerit.*

CAMBIO, ἀμείβομαι, cuius præteritum *campsi*, quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω, ἔκαμψα esse videtur; vnde & *campso, campsas*, solebant vetustissimi dicere. Ennius annalium lib. 10. *Cùm Leucaten campsant.* Prisc. lib. 11. Retinent id verbum hodiéque Itali ac Hispani, qui *cambiare*, & *cambiar* dicunt id, quod nos permutare. Hinc *Campsor*, κολλυβιστὴς, qui ex pecuniarum permutatione lucrum facit. Glossarium: *Cambiat*, διαλλάσσῃ. Apul. Apologiâ: *Ego adeò seruos an habeas ad agrum colendum, an ipse mutuarias operas cum vicinis tuis cambias, neque scio, neque laboro.* Siculus Flac. de condit. agr. *Emendo vendendóque, aut cambiando mutandóque similia finitionum genera inueniri possunt.*

CAMERVM, obtortum, ἀπὸ τοῦ καμπτεσθαι. Virg. Georg. lib. 3.

Tum nullus longo lateri modus, omnia magna, (*bus aures.*
Pes etiam & cameris hirta sub cornI-

CAMILLA, administra in re occultiori. Ennius:

Cœlitum camilla exspectata aduenis.

Varro lib. 6. de L. L. Macrob. lib. 4. Saturnal. Glossarium: *Camilla*, ἱέρεια.

CAMILLVM, vel CAMELAM vas dicebant eximiæ artis, in quo mundus & iocalia vxoris erant, quod quoniam nuptialia munera soceri generis mittere lege prohibebantur, opertum in nuptiis ferebant. Ouid. Fastorum lib. 4.

Dum licet apposita velut in cratere camela
Lac niueum potes, purpureâ sapam.

CAMILLVS, propriè puer ingenuus, quem Græci παῖδα ἀμφιθαλῆ vocabant, ac patrimum matrimúmque & puberem interpretantur. Carmen vetus: *Hyberno polucre, verno luto, grandia farra, camille metes.* Varro lib. 6. de L. L. *Igitur dicitur in nuptiis camillus, qui cumerum fert, in quo quid sit in ministerio, plerique extrinsecus nescium.* De Camillo videatur Plutarchus in Numa, Apollonius, Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 8. & Dionysius lib. 2. qui ait: *Quem Romani Camillum vocabunt, a Tyrrhenis Cadolum dictum.* Pomp. Lætus de sacerd. Rom. *Sed rerum omnium sacrarum administri Camilli dicebantur.*

De hoc Ouid.

Stat puer & manibus lata canistra tenet.

Hinc Mercurius, quod Deorum minister est, Hetrusca lingua *Camillus* dicitur.

CAMPANEÆ, locus campestris, campus. Innocent. *Si in montaneoso loco fuerit, fines grandes habet: si in campaneis, mediocres.* Idem: *Si in campaneis fuerit, fines rotundus habet.* Glossæ *Campania*, πεδιάς.

CAMPANS genus, pro Campanum. Plaut. Trinummo: *Credo ego istuc Stasime ita esse, sed Campans genus multo Syrorum anteit patientiâ.*

CAMPICELLVS, campi exiguus modus. Innoc. *Super ipsum montem quadrifinalis arca constituta est circa viam; sub se autem campicellum habet.*

CAMPOLVS, vt docet Varro, dicitur colliculus viteus, intortus vt cincinnus; quem hodiéque Itali *Campolum* vocitant. Hinc *campolatim*, quod est implicatè & connexim. Apul. lib. 11. de asino aureo:

reo: *Partim nodosis, & in modum rotæ tortuosis, campolatimque condensis apicibus à curiositate profanorum lectione munita.*

CAMPTAVLES, qui inflexâ canit tibiâ. Vopisc. in Catino: *Exhibuit centum salpistas vno crepitu concinentes, & centum camptaulas.*

CAMPTER, κάμπτηρ, seu κάμπη Siculis, & præcipuè Syracusanis, Circus, aut Hippodromus vocabatur, à flexu equorum & quadrigarum illic certantium (κάμπω enim flecto) vnde omnia plana *Campi*, κάμποι, vocari cœperunt. Pacuu. *Extremum intra campterem ipsum iam prægreditur Parthenopæum.* Non.

CAMPVS, κάμπος, equus marinus, seu cetus potiùs: vocatur aliàs Hippocampus, ἱππόκαμπος, ἀπὸ τοῦ κάμπτειν, à reflexu caudarum: vnde Epicharmus vocem καμπίκητος finxit. Vide *Hippocampus.*

CANABVLA, & CANABVLÆ, quæ & nouercæ; sunt loca iniqua & aspera, & lapidum congerie rudia. Frontin. de limit. agror. *Eorum delimitatio est per rationem arcarum, riparum, canabularum, vel nouercarum, quod tegulis constituitur: termini verò Tiburtini, vel Augustei, canabulæ, vel nouercæ, maceriæ, putei.* Mago lib. de aquæduct. *Variatio fluminum, riuorum cursus, canabula, vel nouercæ.*

CANALICOLÆ, homines forenses, pauperes; qui circa canalem fori consistunt, ἀγοραῖοι Græcè. Galli hominem nauci, & fecem plebis vocant *Canaille.* Plaut. Curcul. *In foro infimo boni homines atque dites ambulant, in medio propter canalem, ibi ostentatores meri.* Gell. lib. 4. cap. 20. *Qui inrabat cauillator quidam & canalicola, & nimis ridicularius fuit.*

CANAPTVRA, vide *Lucubrum.*

CANCERIS, pro cancri; vt è Cæsellio Mulciber, mulciberis & mulcibri, annotauit Prisc. lib. 6. Lucr. lib. 5.

Nec ratio Solis simplex, nec certa patescit,
Quo pacto æstiuis à partibus agocerotis
Brumales adeat flexus, atque inde reuortens
Canceris vt metas vortat se ad solstitialeis.

CANCRI, cancelli, Gal. *Treilles:* vnde Belg. *Trallien.* Apul. lib. 6. de asino: *Sed benè quòd meas manus incidisti; & inter orci cancros iam ipsos adhæsisti, datura scilicet actutum contumaciæ tantæ pœnas.*

CANDACVM, pro suaui & mansueto Næuius in Agidone dixit. Varro lib. 6. de L. L.

CANDELABRVS, pro candelabrum. Cæcilius Moletrice: *Memini ibi candelabrum ligneum ardentem.* Non.

CANDETVM, genus mensuræ agrorum. Auctor fin. regund. *Candetum appellant in areis vrbanis, spatium centum pedum, quasi centeatum: in agrestibus autem C L. quadratorum, iustum candetum vocant.*

CANDICAT, candet. Apul. Florid. *Quid quod & lyra eius auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat.* Idem lib. 5. Metamorph. *Per humeros volatilis Dei pinnæ roscidæ micanti flore candicant.*

CANENTÆ, capitis ornamenta. Fest.

CANES, pro canis in vtroque genere. Lucil. Satyris:

Nequam & magnus homo, laniorum

immenſu' canes vi.

Idem lib. 1. (*nin' dicit.*

Irritata canes quod, homo quam, pla-

Non. Donat. Chariſ. lib. 1.

Ennius lib. 4. annal.

Tantidem quaſi fœta canes ſine dentibu' latrat.

Plaut. Moſtellaria: *Germana illuuies, ruſticus hircus, hara ſuis, canes capra commiſſa.* Idem eâdem: *Vbi canes eſt? TR. abi directa, abi iſtinc. S I. nihil periculi eſt, tam placida eſt, quàm eſt aqua.* Idem Trinummo: *Lupus obſeruauit dum dormitaret canes.*

CANICÆ, furfures de farre, à cibo canum dictæ. Feſt. Lucil. lib. 27. Satyr. *Quanti vellet, quanti canicas à pulte, & Magonis manu.* Non. Inde *Canicaceus* panis, furfureus. Pacuu. *Qui apud te quaſi ſeruus eſt canicaceum panem.*

CANITVDO, pro canities. Varro Aborig. περὶ ἀνθρώπων φύσεως: *Sed neque vetulus canterius quàm nouellus melior, nec canitudini comes virtus.* Plaut. Trinummo: *Stultus es aduersùs ætatem & capitis canitudinem.*

CANNENSEM, præpoſterè & ioculariter appellauit Titinius curſorem, ab eorum fugâ, qui ex clade ad Cannas euaſerant: hi enim nec dies nec noctes curſum & fugam abruperunt. Gell. Feſt.

CANNITIÆ, loca cannis oppleta. Innoc. de agr. *Si in monte fuerit in quo campus eſt, fines rotundos habet & cultos per medium finem, aquam ſignificat: ſub ſe cannicias & res paluſtres habet, & foris aquinergia.* Palladio etiam *cameræ cannicia* lib. 1. cap. 13.

CANOR, cantus. ἦχος ἀνθρώπου. Gloſſ. Eutychus lib. 1. Grammaticor. *A ſudo ſudor, amo amor, clamo clamor, ſono ſonor, erro error, marceo marcor, candeo candor, algeo algor, oleo olor, cano canor,* &c. Lucr. lib. 4.

Suauidicis potius quàm multis verſibus edam,

Paruus vt eſt cygni melior canor, ille gruum quam

Clamor, in ætherei diſperſus nubibus auſtri.

Virg. lib. 4. Georg.

Martius ille æris rauci canor increpat, & vox (barum.

Auditur, fractos ſonitus imitata tu-

Apul. dogm. Plat. *Et poſtea olorem illum pennis cælum petiſſe, canore muſico auditus hominum deorúmque mulcentem.* Symm. lib. 8. epiſt. 23. *Nullus in nauibus canor, nulla in conuiuiis helluatio.*

CANTA, pro cantata, & CANTE, pro cantate dixerunt; vt *guberna* pro gubernacula, *do* pro domo, *po* pro populo, &c. in Saliorum carmine: *Diuùm exta cante, diuùm Deo ſupplice cante.* Varro lib. 6. Analog.

CANTAMEN, incantatio. Apul. Apolog. *Sin verò more vulgari eum iſti propriè magum æſtimant, qui communione loquendi cum diis immortalibus ad omnia quæ velit incredibilia quadam vi cantaminum polleat.*

CANTILENOSVS, cantans. Sidon. lib. 4. epiſt. 1. *Si quid heroicus arduum, comicus lepidum, lyricus cantilenoſum, orator maturum.* Et lib. 3. epiſt. 14. *Quod meas nugas, ſeu confectas opere proſario, ſeu poëtarum ſtilo cantilenoſas, plus voluminum lectione digere repoſitorum.*

CANVM, vetus, antiquum. Varro Eumenidibus: *Et ecce de improuiſo accedit*

accedit ad nos cana veritas, Atticæ Philosophiæ alumna. Virg. lib. 1. Æneid.
Cana fides & Vesta.

CAPERARE, in rugas contrahere; à caprarum frontibus. Varro Eumenidibus: *Quin mihi caperatam tuam frontem Strobile omittis?* Non. Plaut. Epidico: *Quid illud est, quòd illi caperat frons scueritudine?* Apul. lib. 9. de asino: *Qui insuauis & odiosi tui mariti caperatum supercilium ignauiter perhorrescit.* Idem Florid. *Proinde in vestra manu situm est vela nostra sinuare & mittere, ne pendula & flaccida, neve restricta & caperata sint.*

CAPESSVI, & CAPESSIVI, à capesso. Tacitus lib. 12. *Laudatus quòd & pugnam manu capessiit, & corpore aduerso vulnera accepit.* Idem lib. 15. *Principium tanti facinoris capessiuere.* Et lib. 5. *Aut pessimis innutritum meliora capessiturum.*

CAPIDVLVM, vestimentum quo caput tegitur. Fest.

CAPILLAMENTVM, Glossis τρίχωμα, dicitur prolixior, longior, similisque propè fœmineæ coma. Sueton. Caligula cap. 11. *Et ganeas & adulteria, capillamento celatus & veste longâ, noctibus ambiret.* Apul. lib. 2. de asino aureo: *Tanta est capillamenti dignitas, vt quamuis auro, veste, gemmis, omnique cætero mundo ornata mulier incedat, tamen nisi capillum distinxerit, ornata non possit videri.* Petronius additiam esse in viris comam ostendit, vt corymbion in fœminis. Sic de raso: *Euocatúmque, ait, me non minus decoro exornauit capillamento. Capillamenta* setarum scribit Plinius innasci quibusdam hominum. Idem author est tubera nullis fibris nixa, aut saltem capillamentis gigni. Et lib. vlt. inter vitia gemmarum numerat *capillamentum*, quod rimæ simile sit.

CAPILLATA, vel CAPILLARIS, in vrbe arbor appellabatur antiquissima, quam supra trecentos septuaginta annos durasse compertum est, quo Virginum Vestalium comam deferri, ac adolescentium capillos suspendi mos erat. Plin. lib. 16. cap. 44. *Antiquior illa est, sed incerta eius ætas, quæ capillata dicitur, quoniam Vestalium Virginum capillus ad eam defertur.*

CAPILLITIVM, coma. Apul. lib. 2. Metam. *Rubor temperatus, flauum & inaffectatum capillitium, oculi cæsij quidem, sed vigiles, & in aspectus micantes prorsus aquilinos.*

CAPILLVM, pro capillus. Plaut. Mostell. *Vide, capillum satis compositum est commodè?*

CAPIS (vnde dim. *capidula*, & *capiduncula*) vasis genus Pontificiale. Lucil. Sat. lib. 9.
Hinc ancilia ab hoc apices capidásque repertas.
Prisc. lib. 6. Cic. Paradox. 1. *Quid Numa Pompilius, minúsne gratas Diis immortalibus capides ac fictiles vrnas fuisse, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur.* Idem lib. 3. de Nat. Deor. *Capidunculis his quas nobis Numa reliquit.* Varro lib. 4. & 8. de L. L.

CAPITAL, quod sacerdotulæ in capite habebant. Varro lib. 4. Analog. *Seu linteum quoddam quo in sacrificiis vtebantur.* Fest. Item scelus, quod capitis pœna luitur; aut capitis periculum. Lucil. lib. 26. Sat.

Facilè irridemur, ſcimus capital eſſe iraſcier. Plaut. Menæchmis: *Nunquam herculè effugiet, tametſi capital fecerit.* Idem Mercatore: *Eutyche capital feceris.*

CAPITALIS LVCVS, vbi ſi quid violatum erat, capite violatoris expiabatur. Feſt.

CAPITIA, faſciæ, ſeu ſtrophiæ erant, quibus Romanæ virgines pectus conſtringere, papillarúmque tumorem cohibere, atque humerorum caſtigare ſuperfluum, & quaſi luxuriantẽ, ἁβρυγῶντα, habitum ſolebant. Varro de vita pop. Rom. lib. 4. *Tunicas, neque capitia, neque zonas.* Idem eadem: *Neque id ab orbita matrumfamilias inſtitutum, quòd ea pectore ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant.* Faſcias, quibus æquabantur humeri, ac complanabantur. Ouid. *ameletides* vocauit:

Conueniunt humeris tenues ameletides altis.

CAPREOLI, cincinni intorti. Feſt.

CAPRONÆ, equorum iubæ, aut comæ ante frontem humanam, quas *antias* aliàs appellamus. Lucil. lib. 7. Satyr.

Aptari caput atque comas fluitare capronas (illis.
Altas, frontibus immiſſas, vt mos fuit

Non. Apul. Floridorum lib. 1. de Apolline: *Iam primum crines eius præmulſis antiis, promiſſis capronis anteuentuli & propenduli.* Gallicæ fœminę peplum, quo capillos & antias tegunt, *Chapperon* appellant.

CAPRVNCVLVM, vas fictile. Feſt.

CAPSIT, cœperit. Plaut. Pſeudolo: *Ne in re ſecundâ nunc mihi obuortat cornua, ſi occaſionem capſit qui ſiet melior.*

CAPSO, pro cœpero. Plaut. Bacchidib. *Si id capſo, geritote amicis corbibus, cui animus ſperat.* Idem Rudente: *Niſi quid concharum capſimus, incœnati ſumus profectò.*

CAPVLARIS, ſenex Acheruticus, capulo proximus. Plaut. Milite: *Quid ais tu? ita ego tibi videor oppidò capularis?* Cæcil. Melæne: *Tune amare audes edentule & capularis ſenex?* Lucil. Satyris:

——— *pergit capulare cadauer.*

Fulgent.

CAPVLVM, quidquid aliquam rem capit: vnde & ſepulcrum *capulum* dicitur, quòd corpora capiat. Plaut. Aſinariâ: *Perij miſera, vt oſculatur carnufex, capuli decus.* Varro Coſmotoryne, ἀεὶ ψθορᾶς κόσμε: *Propter cunam capulum poſitum, nutrix tradit pollinctori.* Nouius Pappo præterito: *Dum iſtos inuitabis ſuffragatores, pater prius in capulo, quam in curuli ſella ſuſpendit nates.* Lucil. Satyr. lib. 2.

Quem cùm vidiſſent Hortenſiũ Poſthumiúſque
Cæteri item in capulo hunc non eſſe, aliúmque cubare. Non.

CAPVLVM, manubrium gladij. Virg. 2. Æneid.

——— *lateríque coruſcum*
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem.

CARACALLA, genus veſtis talaris. Spartianus in Caracallâ: Caracallæ nomen accepit à veſtimento quod populo dederat, demiſſo vſque ad talos, quod antè non fuerat. Vnde hodiéque *Antoniana* dicuntur *Caracallæ*, huiuſmodi in vſu maximè Romanæ plebis frequentatæ. Aurelius Victor in vita Antonini:

nini : *Cùm è Galliâ veſtem plurimam deuexiſset, talaréſque caracallas feciſset, coëgiſſétque plebem ad ſe ſalutandum, talibus indutam introiſſe, de nomine huiuſce veſtis* Caracalla *cognominatus eſt.* Gloſſarium : καρακάλλιον, *cuculla.* Heſychius, καρακάλιον εἶδος ἱματίου περσῶν πολεμικόν.

CARCERES, dicti vbi coërcentur equi, ne inde exeant, antequam ab magiſtratu ſignum aurigantium factionibus miſſum. ad ſimilitudinem carceris vbi coërcentur & cuſtodiuntur malefici. Vox Græca ἀπὸ τῦ καρχάρω. Virg. 5. Æneid.

Non tam præcipites biiugo certamine campum
Corripiuntque ruúntque effuſi carcere currus.

Ouid. 10. Metamorph.

Signa tubæ dederant cùm carcere pronus vterque
Emicat. Ennius annali primo :

— *veluti conſul cùm mittere ſignum*
Volt, omnes auidi exſpectant ad carceris oras
Quàm mox emittat pictis ex faucibu' currus.

Cic. lib. 1. de Diuinatione. Varro lib. 2. de R. R. cap. 7. *Ego quoque aduenienis aperiam carceres, & equos emittere incipiam.*

Ouid. lib. 5. Triſt. eleg. 12.

Tempore qui longo ſteterit, malè curret, & inter [*equus.*
Carceribus miſsos vltimus ibit

Gloſſæ : *Carceres*, ἀφέσεις, ἱππαφέσεις.

CARCHESIA, poculorum genera. Virg. Æneid. 1.

Hic duo ritè mero libens carcheſia Baccho.

Idem 4. Georg.

Tum mater : cape Mæoniy carcheſia Bacchi.

CARCHESIA, ſumma pars mali, ſeu foramina, quæ in ſummo mali funes recipiunt. Lucil. lib. 3.

Tertius hic mali ſuperat carcheſia ſũma. Apul. lib. 11. *Iam malus inſurgit, pinus rotunda, ſplendore ſublimis, inſigni carcheſio conſpicua.* Idem Florid. *Mobili clauo, firmis rudentibus, procero malo, inſigni carcheſio, ſplendentibus velis.* Catull.

Lucida quæ ſplendent ſummi carcheſia mali.

CARDO REGIA, fœmininè. Graius Peliadibus : *Sonat impulſa regia cardo.* Idem Atalanta. *O grata cardo, regium egreſsum indicans.* Priſc. lib. 6.

CARERE lanam, purgare. Plaut. Menæchmis : *Dari vna opera penſum poſtules, ſedere inter ancillas iubeas, lanam carere.* vnde Gallicè *carder la laine*, interpoſito d.

CARIES, putrilago, vel vetuſtas. Afran. Priuigno : *Nemo illâ viuit carie cariſtor.* Turpil. Leucadia : *Ciperi, viden' vt oſculatur cariem? num illum illæc pudet?* Lucil. lib. 7.

Ne auriculam obſidat caries, ne vermiculique. Hinc

CARICEVS, carie, putrilagine, vel vetuſtate obſitus. Non.

CARINARE, probra obiectare. χαριτολιζεσθαι Gloſſis. Ennius 1. annal.

Nec decet hac me carinantibus edere cartis. Idem :

Contra carinantes verba, atque obſcœna locutus. Seru.

CARISSAM dixerunt antiqui vafrum, litigioſum, fallacem : fortè à Caribus priùs Leleges nominatis, qui ſuâ ditione parum con-

tenti magnam maritimæ oræ & mediterraneæ partem occuparunt, eam prioribus incolis adimentes. Glossarium : *Carissa*, μαυλιστὴς, πορνοβοσκὸς.

CARMINARE, purgare, vt careat spurcitie. Plin. lib. 11. cap. 38. *Quinisque lana potat horis, rursusque mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem.*

CARMINARE, carmen canere. Sidon. Apoll. lib. 1. epist. 9. *Votiuum quippiam, vel tumultuariis fidibus carminantem.* Idem lib. 9. ep. 15. *Quotiésque verba graia carminauerit.* Et lib. 9. epist. 13. *Date carminata socco, date dicta sub cothurno.* Hinc *carminabundus.* Idem lib. 8. epist. 12. *In fescennina vernans verbis æstuans votis, in bucolica vigilax, parcus, carminabundus.*

CARMINATIO, purgatio, *carmen*, instrumentum quo lana raditur, vt mundetur. Lucr. lib. 4. — *quasi carmine lana trahatur.* Plin. lib. 11. cap. 23. *Hanc ab iis quoque gigni, subigíque vnguium carminatione, mox trahi inter ramos.* Glossarium : *Carminat*, ξαίνει.

CARNARIA, vbi caro venit. Varro lib. 1. de R. R. cap. 54. *Alia quæ in piscinam in amphoram picatam descendat, alia quæ in aram, vt in carnarium descendat.* Idem lib. 2. cap. 4. *Non audierit patres nostros dicere ignauum & sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario, quàm ex domestico fundo?* Plaut. Curculione : *Aín' tu omnia hæc? in carnario fortasse dicis.* Idem Captiueis : *Aduenienis modò, deturbauit totum cum carne carnarium.*

CARNIFICINVM CRIBRVM, pro homine vt cribrum perforato. Plaut. Mostellariâ. *O carnificinum cribrum, quod credo fore, ita te forabunt patibulatum per vias stimulis si huc reueniat senex.*

CARNIS in casu recto, vt *mentis*, & innumera alia vsurparunt veteres. Liuius lib. 26. ab V. C. *Latinæque instauratæ, quod Laurentibus carnis quæ dari debet, data non fuerat.* Prisc. lib. 6. Sic *Nouembris*, pro Nouember, dixit Cato de sacrificio commisso : *Mense Octobri fecimus, Nouembris reliquus erat.* Idem ibid.

CARRAGO, carrorum impedimentorúmque copia. Iulius Capitol. in Galieno : *Scythæ facta carragine per montem Gessacem fugere sunt conati.*

CASANTI CAPITE, in terram deiecto. Plaut. Asinariâ : *Atque hercule ipsum adeò contuor, casanti capite incedit.* Idem Bacch. *Subducunt lembũ capitibus casantibus.* Apul. lib. 2. de asino : *Tunc illa capite casanti, abi, inquit, fatue.* Et lib. 8. *At ille diu capite casanti, vos autem, inquit, de cibo, vel poculo, vel omnino vllâ refectione nunc cogitatis?* Idem lib. 3. *Deiecto itaque ac casanti capite, ac demussata temporali contumeliâ.*

CASABVNDVS, in casum propensus. Næuius Cosmotriâ : *Risi egonet casabundum ire ebrium, diabathra in pedibus habebat, atque amictus erat epicroco.* Varro lib. 6. de L. L. Macr. lib. 5. Saturnal. cap. 21. *Herculem verò fictores veteres non sine causâ cum poculo fecerunt, & nonnunquam casabundum & ebrium, non solùm quòd is heros bibax fuisse perhibetur*, &c.

CASA

CASARIA, quæ custodit casam. Fest. Sic *focaria*, quæ focum colit. Glossarium: *Casurius*, καλυβιοῦ.

CASCVM, antiquum. Accius Priamo: *Veteres, ô Camœnæ, cascas res volo profari.* Ennius 1. annali:

Est locus Hesperiam quem mortales perhibebant
Quamprimum casci populi tenuêre Latini.

Cic. Tusc. quæst. lib. 1. *Itaque vnum illud erat insitum priscis illis, quos cascos appellat Ennius, esse in morte sensum, neque excessu vitæ sic deleri hominem, vt funditus interiret.* Manilius: *Casçum duxisse casçam non mirabile est; Quoniam Charon eas sanciebat nuptias.* Papinius ὑπογράμματ.

Ridiculum est, cùm te casçum tua dicit amica,
Fili Potoni sesquisenex puerum.

Dic tu pusã illã, sic fiet, Mutua muli,
Nã verè pusus tu, tua amica senex.

Varro lib. 6. de L.L. Priscian.

CASEVM, pro caseus. Plaut. Medico: *Parasito cum virgis caseum radi potest.* Nouius Macco: *Pecunia quid? bonum breue est, respondi, Sardis veniens caseum.* Non. Varro lib. 5. cap. 1. de R.R. *Ad cibum enim lacte & caseum adhibitum, ad corpus vestitum & pelles attulerunt.*

CASMENÆ pro Camœnæ, interposito s, ἀρχαϊκῶς. Accius in carmine Priami: *Veteres casmenas, casças res volo profari, & Priamum.* Ennius lib. 1. annal.

Musa, quæ pedibus magnum pulsatis Olympum,
Musa quas memorant casmœnas esse.

CASMENA olim carmina dicta, à casmen, enis, quod nunc carmen, inis; sæpe enim e, apud veteres i, loco fuit, teste Quintil. lib. 1. cap. 4.

CASNAR, senex Oscorum lingua. Varro sexagesimo: *Vix effatus erat, cùm more maiorum vltrò Casnares arripiunt, de Ponte in Tiberim deturbant.* Non.

CASO, nubo, inclino. Plaut. Bacchidib. *Bacchabatur hama, casabant cadi.*

CASSILA, pro cassida; commutato d, in l. Eadem ratione *præsilium, impelimentum, gallina Melica*; pro præsidium, impedimentum, gallina Medica dicebant. Sic *sela*, seu *sella*, quod pòst *seda* à sedendo.

CASSVM, inane, carens. Cic. lib. 2. de diuinat. ex antiquo poëta:

Tardigradam, herbigenam, domiportam, sanguine cassam.

Plaut. Aulularia: *Virginem habeo domi grandem, dote cassam, atque inlocabilem.* Cic. Tusc. quæst. lib. 1. *Omne quod honestum, nos & laudabile dicimus, id illi cassum quiddam, & inanis vocis sono decoratum esse dicunt.* Lucr. lib. 3.

Tantalus vt fama est cassâ formidine torpens.

Idem eodem:

——nec autem
Cassum animâ corpus durare & sensibus vti.

CASTA MOLA. Genus sacrificij Vestalium. Fest.

CASTERIA, locus, vbi hyeme instrumenta nautica quiescunt. Plaut. Asinaria: *Quin pol si reposiui remum sola ego in casteriâ; vbi quiesco, omnis familiæ causça consistit tibi.*

CASTITVDO, pro castitas. Accius Phœnissis: *Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem.* Non.

CASTRA, æ, pro castra, orum. Accius

Accius Æneade, seu Decio: *DIs summa tibi perduellium esto, quorum aut quibus se à partibus gliscunt: castra hæc vostra est, optimè escis meritus à nobis.* Glossarium: *Castra*, παρεμβολή.

CASTVS, us, & CASTIMONIVM, Glossis, pro castitate, ἁγνεία. Varro rerum diuinar. lib. 1. *Et religiones & castus possunt, vt ex periculo nos eripiant nostro.* Ibidem: *Nostro ritu sunt facienda ciuilius, quàm Græco castu.* Næuius bello Punico: *Res diuas edicit, prædicit castus.* Festus: *Minuitur populo luctus, cùm in castu Cereris constitit.*

CASTVLA, palliolum breue fœminarum, quo nudæ infra papillas præcingebantur. Varro lib. 1. de vita pop. Rom. *Castulam mulier sumpserat pro succulâ.*

CATACLISTA, vestis vndique clausa, quali hodiéque nostri sacerdotes induuntur. Apul. lib. 11. *Eas amœnus lectissimæ iuuentutis, veste niuea & catacliſtâ, sequebatur chorus, carmen venustum iterantes.*

CATAMITVM, Latini pro Ganymede dixere. Glossarium: *Catamitus*, Γανυμήδης. Plaut. Menæchmis: *Nunquid tu vidisti tabulam pictam in pariete, vbi aquila Catamitum raperet, aut Venus Adoneum?* Arnob. lib. 4. *Catamitus rapitur deliciarum futurus, & poculorum custos.* Apul. lib. 11. *Et simiam pileo textili, crocotisque phrygiis catamiti pastoris specie aureum gestantem poculum.* Ponitur pro puero meritorio. Cic. 2. Philip. *Ergo vt te Catamitum nec inopinato præter spem, mulier adspiceret, ideirco vrbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti.* Prudent. lib. 1. in Symmach.

Compressu immundo miserum adfligens Catamitum. Auson.

Aut Iouis Elysij tu Catamitus eris.

CATAPHRACTI, κατάφρακτοι, vndique armati. Saluſt. lib. 4. histor. *Qui prægrediebantur equites cataphracti, ferreâ omni specie.* Sisenna histor. lib. 4. *Custodiæ in muro statuuntur cataphractorum.* Non. *Cataphractarij* iidem vocantur. Lamprid. de Alex. *Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus.*

CATAPIRATES, linea cùm plumbeâ massa, quâ maris altitudo exploratur: Græci βολίδα dicunt. Lucil. Satyris:

Hanc catapiraten puer eodem deferet vnctum,
Plumbi pauxillum rudis, linique mataxam.

Fest. Isid. lib. 19. cap. 4. Plaut. Aululariâ: *Vt toleret ne pessum eat, tanquam catapirates maris.*

CATAPYGOS apud Athenienses medius digitus, quasi cinædus & scortum adnominatur, quòd infamiam incuteret, & conuitium faceret. Dicebatur etiam *Verpus*: nam Iudæis vsque eò euiluit, vt interanea, exulcerata & putrescentia viscera illo reconderent & fouerent; vnde factum, vt cùm reliquos auro gemmisque insignirent, hunc prisci Romani nudum & honore destitutum relinquerent. Fuit autem prisci moris, vt, si quem insigni contumeliâ, vel deformi conuitio adficere vellent, id obiectu medij digiti protenti, contractis reliquis, denotarent; quod & à Græcis vsurpatum, qui id σκιμαλίσαι dixere. σκιμαλίζειν enim prætentare est digito, an gallinæ

oua

oua conceperint, ſicut ἀβελίζειν, vbi ſe quem floccifacere oſtendũt. Martial. epigr.

Rideto multum qui te Sextile cinædum
Dixerit, & digitum porrigito medium. Iuuenal.

——— *cùm fortunæ ipſe minaci*
Mandaret laqueum, mediúmque oſtenderet vnguem.

CATAPVLTA, iaculum celere, vel ſagitta. Plaut. Captiueis: *Nam meus baliſta pugnus, cubitus catapulta eſt mihi.* Titin. Setina: *Quem procul adſpexit, immittere voluit, reuortit, quoniam catapulta volat.* Næuius Pacio: *Vt ſole horreſcit cera, caſtra catapulta impulit.* Siſenna lib. 3. hiſtor. *Præterea catapultas XVI. quatuor baliſtas: XX. plauſtra, coritis ac minoribus ſagittis onuſta.* Lucil. lib. 5. Satyr.

Cuſtodem claſſis, catapulta, haſtile, ſariſſa.

Varro lib. 3. de vita pop. Rom. *Nam poſtea C. Lutatio conſule ad Ægadas inſulas, cùm ipſe catapulta ictus eſſet.* Non. Plaut. Curculione: *Atque itidem te neruo torquebo, vt catapultæ ſolent.*

CATAX, coxo, vel claudus. Lucil. lib. 2.

——— *hoſtibũ' contra*
Peſtem perniciémque catax quam & Manliũ nobis.

CATELLA, & CATELLVM, parua catena. Plaut. Curcul. *Delicatum te hodie faciam eũ catello vt accubes: ferreo ego dico.* Liuius lib. 9. bell. Macedon. *Quintius alter prætor ſuos equites catellis & fibulis ornauit.*

CATILLARE, per alienas domos gyrare, vt catuli. Plaut. *Meam vxorem mittam catillatum.* Idem Caſinâ: *Operam vxoris polliceor foris, quaſi catillatum.* Propert. *Catillata geris vadimonia publicum proſtibulum.* Fulgent. Plantiades.

CATILLATIO, ſpoliatio prouinciarum, probri loco generoſis obiecta. Feſt.

CATILLONES, guloſi, quòd catillos liguriunt: Gloſſis λιχνος. vnde qui inter duos pontes capiebantur, *lupi Tiberini*, quòd circa ripas ſtercora catillarent, hoc eſt, abſumerent, *catillones* vocari ſolebant. Luc. Satyr. lib. 4.

Fingere præterea adferri quòd quiſque volebat,
Illum ſumina ducebant, atque altilium grex:
Hunc pontes Tiberinos duo inter captũ catillo,

Macr. Saturn. lib. 3. cap. 16.

CATINVS, Siculis κάτινον, teſte Varrone lib. 4. Analog. genus patellæ. Varro lib. 1. de vita pop. Rom. *Dicuntur enim patellæ, ſalini, acetabula, catini, paterę.* Idem de R. R. lib. 1. *Id enim cùm promptum eſt, in ſole ponere oportet aquæ catinas, quòd eò conueniunt, vt ipſi ſe necent.*

CATOMIVM vinculum ſignificat, & catenam. Laber. Staminariis: *Tollet bonâ fide Orcus vos nudos in catomium.* Gell. lib. 16. cap. 7.

CATVLLIRE, σκυζᾶν Ariſtoteli, libidinari, prurire. Laber. Lacu Auerno: *Scinde vnam ex oleto impatienti catullientem lupam.* Non. Varro lib. 2. cap. 9. de R. R. *Principium admittendi (canes) faciunt veris principio: tunc enim dicuntur catullire*, id eſt, oſtendere velle ſe maritari. Plin. lib. 16. cap. 25. *Catullitionem vocant, geſtiente natu-*

rà ſemina accipere.

CATVLVS, genus vinculi, quod & canis dicebatur. Lucil. Satyris:

Cum manicis, catulo, collarique vt fugitiuum
Deportem. Feſt.

Plaut. Caſina: *Deos quæſo vt tu quidem hodie canem, aut furcam feras.*

CATVS, pro ſapienti, vel pro acuto. Ennius Annalib.

Iam cata ſigna ferè ſonitum dare voce parabant. Idem lib. 10.

Tunc cœpit memorare ſimul cata dicta. Varro lib. 6. de L. L. Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 2. *Sed homo catus nuſquam terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum.* Horat. lib. 1. carminum, odâ 10. de Mercurio:

Qui feros mores hominum recentum
Voce formaſti catus, & decoræ
More paleſtræ.

CAVDEA, ciſtella, ex iunco, ſimilis caudis equinis. Plaut. Rudente: *Ciſtellam oportet iſthic ineſſe caudeam in iſto vidulo, ibi ego dicam, quidquid ibi inerit nominatim.*

CAVDEX, arboris truncus: item contextus tabularum; vnde naues *Caudicariæ* appellantur. Plaut. Pſeudolo: *Te cum ſecuri caudicali præficio prouinciæ.* Gell. lib. 5. cap. 3. 15. *De proximo iure in Abderam oppidum, cuius populares fuit, caudices ligni plurimos funiculo breui circumdatos portabat.* Virg. lib. 2. Georg.

Quin & caudicibus ſectis (mirabile dictu)
Tunditur è ſicco radix oleagina ligno.

CAVDICARIÆ, & CAVDICÆ, naues è tabulis craſſioribus. Saluſt. lib. 4. hiſtor. *Ad id naues caudicariæ occultè per hyemem fabricatæ aderant.* Gell. lib. 10. cap. 25. *Gauli, corbitæ, caudicæ, longæ, hippagines, cercuri, celoces.*

CAVIARES, hoſtiarum erant partes caudâ tenus, quæ in ſacrificio pro collegio Pontificum quinto quoque anno ponebatur. Feſt. Dictæ à caueari, quod eſt pars ſecundùm caudam, quam in boue Palaſeam, in ſue offam penitam nominarunt.

CAVITIO, cautio. Feſt. Sic *cauita*, pro cauta, & *fauitor*, pro fautor. Plaut. Amphitr. *Sat fauitorum habet, qui rectè facit.* Idem Milite: *Opportunè mihi cauita eſt hæc epiſtola.* Ita & Plaut. Truculento: *Quia te adduciturum huc dixeras*, pro adducturum.

CAVLAS vocarunt foramina, ſeu poros, ac meatus. Lucr. lib. 2.

Diſperſámque foras per caulas eiicit omnes. Idem lib. 3.

Diffugiunt partes per caulas corporis omnes. Idem lib. 4.

——— *per caulas omne palati*
Diditur, & raræ perplexa foramina linguæ. Et lib. 6.

Vndique quandoquidem per caulas ætheris omnes. Et eodem lib.

Diſpergunt animas per caulas corporis omnes.

CAVPO, qui & *copo*, non ſolùm vinum qui vendit dicitur, ſed rem quamlibet qui emit pluris reuendens, quem καπῆλον, & παλιγκαπῆλον Græci appellant. Sic caupo patagiarius, qui patagia vendit. Plaut. Aulularia: *Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius, caupones patagiarij, induſiarij, flammearij, violarij, carinarij.*

CAVPONA, caupo fœmina: vt à leo leæna. Lucil. Satyris: *Caupona hîc tamen vnà Syra.* Priſc. lib. 6.

Apul.

Apul. lib. 1. de aſino aureo: *Et vtpote vltimè affectus ad quandam cauponam Meroën anum, ſed admodum ſcitulam deuorto.*

CAVPONARI antiquitus non de vnâ tantùm re, vt nunc, ſed ad multa extendebatur: vt καπηλεύειν Græcum. Itaque Ennius lib. 7. Annal. apud Cic. lib. 1. Offic. ait: *Non cauponantes bellum, ſed belligerantes.* imitatus Æſchylum, qui καπηλεύειν μάχην ſcripſit. Vt autem à καθηκω, καθω; ab κάθηλω, κάθων: ſic à κάπηλω dicitur κάπων, vnde Latinè caupo, ſeu copo.

CAVSARI, cauſſam dicere, excuſare. Afran. Emancipato: *Vide vt facundè contra cauſſeris patrem.* Accius Medeâ: *Qui potis eſt repelli quiſquam, vbi nullus eſt cauſſandi locus?* Pacuu. Armorum iudicio: *Qui ſeſe ad finem eſſe ad cauſſandum volunt, de virtute is ego cernundi do poteſtatem omnibus.* Non. Virg. Bucol.

Cauſſando noſtros in longum ducis amores.

Tranquillus Nerone cap. 49. *Duos pugiones quos ſecum attulerat arripuit, tentatáque vtriuſque acie, rurſus condidit, cauſſatus nondum adeſſe fatalem horam.*

CAVSIA, tegumentum capitis ad arcendum æſtum. Plaut. Milite: *Cauſiam habeat ferrugineam, culcitam ob oculos laneam.*

CAVSIDICINA, cauſidicorum & aduocatorum munus. Symm. lib. 5. epiſt. 15. *Ad bonam viam morum cauſidicinam credidi profuturam.* Et epiſt. 73. *Modeſtiori cauſidicinæ dare nomen affectat.* Item lib. 9. ep. 29. *Qui magiſterio tuo cauſidicinæ inſinuo candidatos.* Ammian. Marcellinus lib. 30. *Ad vltimum id habet, cauſidicina cum cæteris metuendum, & graue.* Eadem ratione *Iuridicinam* Tertull. de pallio, & *indicinam* Apul. lib. 7. Metamorph. dixêre.

CAVSIFICOR, iure diſcepto, cauſam dico, προφασίζεμαι. Plaut. Aululariâ: *Ego quia hanc tangere auſus, haut cauſificor, quin eam ego habeam potiſſimum.* Apul. lib. 10. Metamorph. *At ego conſpiciens malum iſtum verberonem blaterantem, atque inconcinnè cauſificantem.*

CAVTIM, cautè. Accius Alpheſibœa: *Sed tibi cautim eſt adeundũ ad virum.* Idem Philoctete: *Contrà eſt eundum cautim, & captandum mihi.* Terent. Heautont. *Sed hæc ita vt ſunt, cautim & paullatim dabis.*

CAVTO opus eſt, pro cauendum eſt. Plaut. Captiueis: *Tamen viſo opu' eſt, cauto eſt opus, vt hoc ſobriè ſine arbitris, accuratè agatur, doctè & diligenter.*

C 2

CELEBRE, frequens, celer. Accius Ægyſtho: *Celebri gradu greſſum acceleraſſe decet.* Non.

CELEBRESCO, celebris fio. Accius Diomede: *Et qualis fuerit famâ celebreſcat tuâ.*

CELERATIM, celeriter. Siſenna hiſtor. lib. 6. *Quo magis celeratim poterat in inſidiis ſuos diſponit. Celatim* legit Gell. lib. 12. noctium Attic. cap. 5.

CELERANTER, celeriter. Accius Anten. *Sed quis hic eſt, qui matutinum curſum huc celeranter rapit?*

CELERE, pro celeriter. Næuius Pullis: *Nunc te obteſtor celerè facte*

subueni censori. Ennius Satyr. lib. 1. *Dum quidquid des celere.* Non. Plaut. Curcul. *Ita nunc subitò, properè & celerè obiectum est mihi negotium.*

CELERISSVMVS, celerrimus. Ennius lib. 1. annal.

Exit per terras post celerissumu' rumor. Idem:

——— *equitum celerissumus.*

Charis. lib. 1.

Cn. Matius Iliados 12.

——— *Celerissumus aduolat Hector.*

Prisc. lib. 7.

CELERITVDO, celeritas. Sisenna histor. lib. 4. *Nam clandestinâ celeritudine transigi apud notos cogitata debent, non explanari.* Non. Varro lib. 3. de R. R. cap. 12. *L. Ælius putabat dictum ab eo leporem à celeritudine, quòd leuipes esset: ego arbitror à Græco vocabulo antiquo, quòd eum Æoles Bœotij λίπορεν appellabant.*

CELIBARIS, hasta est gladiatoris quæ in capite mortui stetit, quâ in Græciâ olim noua nupta sisymbrio priùs coronata caput comere, frontémque & capillos discriminare solebat, quòd inde fortes se viros genituram ominaretur, aut quòd sponsi disciplinæ se subditam fateretur. De hac Ouid.

Nec tibi, quæ cupidæ matura videbere matri
Comat virgineas hasta recurua comas.

Vide Plutarch. in problematib.

CELOCES, nauiculæ, quas Græci κέλητας dicunt, id est, biremes vel triremes agiles, & ad ministerium classis aptas. Gell. lib. 10. cap. 25. Isid. lib. 19. cap. 1. Varro Hercules tuam fidem: *Procella frigida antè obruat celocem.* Idem Bimargo: *Nautæ remiuagam mouent celocem.* Turpil. Lemniis: *Remulis sensim celox ab oppido processerat.* Marcell. Ennius lib. 7. annal.

Labitur vncta carina per æquora salsa celocis.

Isid. lib. 19. cap. 1. Apul. lib. de repub. *Qui celocem regere nequit, onerariam petit.* Fulgent. Plaut. Asinariâ: *Vnde sumam? quem interuortam? quò hanc celocem conferam?* Idem Captiueis: *Vidi in publico celocem, ibidem illum adolescentulum.* Idem Pœnulo: *Herclè operam hanc celocem mihi ne corbitam date.*

CENSA, pro census. Cic. consulatu suo: *Quorum luxuries fortunæ censa peredit.* Non.

CENSEAM, pro succenseam. Varro Caprino prælio, περὶ μίθης: *Ne vobis censeam, si ad me referretis.*

CENSITIO, census impositio. Spartianus in Nigro: *Idem Palæstinis rogantibus vt eorum censitio leuaretur, idcirco quòd esset grauata, respondit: Vos terras vestras leuari censitione vultis; ego verò etiam aërem vestrum censere vellem.*

CENSVI AGRI, à censendo, qui emi & venire iure ciuili possunt. F. Pompeius.

CENTENARIÆ CÆNÆ, in quas, lege Licinia, nil mage centum assibus, præter terrâ nata, vite, arboreque, impendebatur. Fest. Tertull. lib. 6. Apologet. *Videte centenarias cænas à centenis sestertiis dicendas.* Lucil. Satyris:

Legem vitemus Licini.

Cic. epist. ad Fabium Gallum: *Dum volunt isti lauti terrâ nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas omnes*

ita

ita condiunt, vt nihil possit esse suauius. Vide Macrob. lib. 3. cap. 17. & Gell. lib. 2. cap. 24.

CENTONES, vela lanea tomento conferta: quæ cubantibus substernuntur. Cato de R. R. cap. 10. *Culcitras octo, instragula octo, pulvinos sexdecim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris sex.* Sunt & *Centones* vestimenta ex diuersorum animalium pilis, quæ ad excipiendum impetum sagittarum adhibentur; alio nomine *cilicia* vocata. Item ex veteramentis pluribus condensatum, & scrutis omnifariam contextis consutum velamen. Sisenna histor. lib. 4. *Puppes aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenduntur.* Iuuenal. Sat. 6.

Intrauit calidum veteri centone lupanar. Plaut. Epidico:

Quin tu alium quæras, cui centones farcias.

CENTVNCVLVS, cento. Apul. lib. 1. Metam. *Et cum dicto sutili centunculo faciem suam iam dudum punicantem præ pudore obtexit.* Idem lib. 7. *Sed plane centunculis dissaribus & malè consarcinatis semiamictum.* Et lib. 9. *Flebili centunculo semiamicta, nudis & intectis pedibus.*

CENTVRIARE, est agrum limitibus includere. Hygen. de lim. const. *Agrum limitibus includemus*, hoc est, *centuriabimus.* Idem: *Sed & hoc meminerimus, in legibus sæpè inueniri cùm ager est centuriatus, ex alieno territorio, paratúsque vt assignaretur inscriptum.* Idem: *Hi autem à quibus assignati sunt agri, deducebantur intra centuriationem.* Siculus Flac. de cond. agr. *Quamuis vna rei sit forma, alij dicunt perticam, alij centuriationem, alij metationem.*

CENTVRIATIM, copiosè. Pompon. Prostibulo: *Continùo ad te centuriatim current, qui partem petent.* Non.

CENTVRIONVS, antiquis centurio appellatus; sicut *curionus*, & *decurionus*, qui nunc curio, & decurio nuncupatur. Fest.

CEPE, neutrum. Lucil. Satyr. lib. 5.

Flebile cepæ simul, lacrymosaque ordine tallæ. Idem lib. 16.

Hoc aliud longè est, inquit qui cepe serebat.

Varro Bimargo: *Aui atque ataui nostri, cùm allium ac cepe illorum verba olerent.* Idem Manio: *Dulcem aquam bibat salubrem, & flebilo esitet cepe.* Fœmininum. Lucil. lib. 5. Sat.

Lippus edendo acri assiduo cepariu' cepâ.

Varro Eumenidibus: *In somnis venit, iubet me esse cepas, & vesci cuminum.* Idem Cato, vel de liberis educandis: *Vt cibo vtatur modico & idoneo, vt vitet acria, vt est sinapi, cepa, allium.* Idem de actionibus scenicis lib. 3. *Multifariam in patellis coquere cepam.* Næuius Apella: *Vt illum Dij terant, qui primus olitor cepam protulit.* Prisc. lib. 6.

CERASTIBOLA Opilius ait coxendices esse. Plaut. Cestione: *Cerastibola vt de lumbo obcenabis.* Varro lib. 6. Analog.

CERCOLIPS, genus simiæ. Festo κερκόλιψ, quòd caudam non habeat, vt αἰγίλιψ, qui caprâ caret. Catull.

Istâ cum lingua, si visus veniat tibi, possis
Culos, & trepidas lingere cercolipas.

De hac Martial. lib. 13. epigram.

Si mihi cauda foret, cercopithecus erã.

CERCOPAS antiqui appellarunt, quos nunc lucratores dicimus, quasi κέρκωπας, qui & πανοῦργοι.

CERCVRVS, nauis Asiana prægrandis. Lucil. Satyr. lib. 14.

Ad regem legatu' Rhodum, Ecbatanam ac Babylonem
Ibo, cercurum summum. Idem lib. 8.
Verum flumine vti atque ipso diuortio aquarum
Ilignis pedibus cercurum concinit aquis.

Plaut. Mercatore: *Ædificat nauem cercurum, ac merces emit.* Idem Sticho: *Conspicatus sum interim cercurum, quo ego me maiorem non vidisse censeo.*

CEREBROSI, ad insaniam faciles. Glossar. *Cerebrosus*, ἐξύχολος. Lucil. Satyr. lib. 15.

Te primum cum istis insanum hominem & cerebrosum.

Horat. lib. 1. serm. Sat. 5.

——— *donec cerebrosus prosilit vnus*
Ac mulæ nautæque caput lumbósque saligno Fuste dolat.

Columella lib. 2. *Eo tempore fatum pecoribus noxium, & præcipuè bobus, quos pabulo suo cerebrosos reddit.*

CEREO, antiquis creo: à quo Ceres, quod omnia creet; non, vt Varro & Cicero, à gerendo. Hinc & Cerus manus, pro creatore bono. In Saliari carmine: OMNIA DAPATILIA COMISSE IANI CVSIONES DVONVS CERVSES, DIVIVS IANVSQVE VENIT. Vt autem ab gnarus factum *gnarures*, sic à Ceres *Cerures*: quod prisci per s, *Ceruses* (vt *Cosollæ, ruse, fœdesum, eso, dolosi*; pro Corollæ, rure, fœderum, ero, dolori) enunciabant: de quo disputat Varro lib. 6. de L. L.

CERINVM, vestis cereo colore. Plaut. Epidico: *Cumatile, aut plumatile, cerinum ac melinum, gerræ maxumæ.*

CERITI, laruati, insani, Cereris ira vexati. Plaut. *Quasi adueniente morbo medicati viuere, tu certè aut laruatus, aut ceritus.* Idem Amphitr. *Quæso quin tu isthanc iubes pro Cerita circumferri?* Idem Pœnulo: *Neque nos populus pro ceritis insectabit lapidibus.* Serenus Samonicus cap. 7. *Ceritum sæpè horrendi medicantur odores.*

CERNERE, cedere. Accius Myrmidonibus: *Regnum tibi permitti malunt, cernam, tradam exercitum. Cernere* etiam pro audire. Accius Chrysippo: *Quid agam? vox illius certè est, idem omnes cernimus.* Non. *Cernere bellum*, dimicare. Lucr. lib. 5.

Tantum spirantes æquo certamine, bellum
Magnis de rebus inter se cernere certant.

Accius ἐπὶ ναυσὶ μάχη: *Primores procerum reuocarent nomina, nisi esset quis qui armis vellet cernere.* Ennius Medea exsule: *Ter sub armis malim vitam cernere, quàm semel modò parere.* Pacuu. Armorum iudicio: *Et ego potestatem cernundi do omnibus.* Plaut. Amphitr. *Pro patria Amphitruo dum cernit cum hostibus.* Idem Bacchidib. *Nunc Mnesiloche specimen specitur, nunc certamen cernitur.*

CERNVARE, erat labente vestigio in pronum ire, & sæpe etiam labi. Id genus lusus in Consualibus vsitatum, cùm per pelles vnctas currebant, & in caput se iactabant, quod

quod Græci dicũt ἀσκωλιάζειν. Gloſſis *cernulat*, κυβιστᾷ, quod eſt, manibus pedibúſque contractis in caput prouoluitur. Et: *Cernuus*, στανειστής. Varro de vita pop. Rom. *Etiam pelles babulas oleo perfuſas percurrebant, ibique cernuabant:* à quo vetus ille verſus in carminibus: *Ibi paſtores ludos faciunt cernui conſualibus.* Et Virg. 2. Georg. de Saliis:

——— *vnctos ſaliere per vtres.*

CERNVARE, ad ſolum deprimere. Senec. epiſt. lib. 1. in 8. *Qui hoc faciunt non euertit fortuna, ſed cernuat & allidit.* Hinc

CERNVVS, ad terram pronus. Virg. 10. Æneid.

——— *ciectóque incumbit cernuus armo.*

Lucil. Satyr. lib. 27. *Modò ſurſum, modò deorſum, quaſi collis cernui.* Apul. lib. 9. Metam. *Quoad ſuper menſam cernuus corruens portentoſi cruoris maculas noui ſanguinis fluuio proluit. Cernuus* etiam calceamenti genus eſt. Lucil. lib. 3. Satyr.

Cernuus extemplò plantas conueſtit honeſtas. Feſt.

CERRITVS, inſanus: detrito e, ex *Cereritus*, quaſi Cereris irâ vexatus: vnde Attici vocabant tales δημητριακούς: δήμητρα autem eadem quæ Erynnis erat. Callimachus: τὴν μὲν ὄγε σπερμὴν Ερυννύϊ τιλφωσσαίῃ, i. Cereri. Attius Bacchis: *Penteus praſtò cerritus nobis ſe ſtupens vltro oſtentum obtulit.* Horat. Satyra 3. lib. 2.

Cerritus fuit an cõmotæ crimine mentis.

Plaut. Menæchmis: *Num laruatus eſt ille, aut cerritus fac ſciam.* Idem Rudente: *Elleboroſus ſum, at ego cerritus: hunc non omittam tamen.* Cic. ad Atticum lib. 8. epiſt. 5. *Etſi ſolet eum, cùm aliquid furioſè fecit, pœnitere, nunquam tamen cerritior fuit, quàm in hoc negotio.*

CERRONES, leues, inepti, à cratibus dicti: quòd Siculi aduersùs Athenienſes cratibus pro ſcutis ſint vſi, quas Græci γέρρας appellant. Hinc *concerrones*, & *concerræ*. Plaut. Moſtellaria: *Nunc ego me illo per poſticum ad concerrones conferam.* Lucil. Satyris: *Tapullam legem rident concerre opimi.* Feſt.

CERTATIM, feſtinanter. Virg. 3. Æneid.

Certatim ſocij feriunt mare, & æquora verrunt. Idem 8. Æneid.

Tum lecti iuuenes certatim aræque ſacerdos.

CERTATVR, certat. Pacuu. Armorum iudicio: *An quis eſt, qui te eſſe dignum, qui cum certetur, putat?* Non.

CERTISSANT, certa fiunt. Pacuu. Chryſe: *Atque eccos vnde certiſſent.*

CERVARIA, ouis quæ pro ceruâ immolabatur Dianæ. de qua Ouid.

Quæ ſemel eſt triplici pro virgine cæſa Dianæ,
Nunc quoque pro molli virgine cerua cadit.

CERVCHVS, cornutus, κερῦχος. Ponuntur ceruchi pro omnibus naualibus, quæ in vtrumque veli latus diffunduntur, de quibus Poëta:

Cornua velatarum obuertimus antennarum.

Quidam *Ceruchos* accipiunt pro caueâ illâ quæ in faſtigio nauigij ſuſtollitur effigie corniculata. Val. Flaccus Argonaut. lib. 1.

Temperet vt tremulos Zethes fratérque ceruchos. Lucan. lib. 10.

Tranſtraque nautarum, ſummique arſere

fere ceruchi. Et lib. 8.
Surgit & instabat summis minor vrsa ceruchis.
Apul. lib. 11. de asino aureo: *Et puppis intorta cerucho bracteis aureis vestita fulgebat.* Hic tamen *Chenisco* legere quibusdam placet: vt *Chenisc*us loculus dicatur & vas, in puppe nauis; vel quòd puppis ipsa esset ad effigiem chenicis inflexa intortaque.

CERVI, stipites furcillati. Cæsar lib. 7. *Hinc loricam pinnásque adiecit grandibus ceruis, eminentibúsque ad commissuras pluteorum, atque aggeris, qui ascensum hostium tardarent.*

CESSE, pro cessisse. Turpil. Lindiâ: *Consilium occepi, literas misi ad senem Nostrum, processe nobis ex sententiâ Mercaturam.* Non. Lucr. lib. 1.
Nam quacunque prius de parti corpore cesse
Constitues, hoc rebus erit pars ianua lethi.

CESTICILLVS, circulus, quem aliquid laturi in caput ponunt, quò commodius onera portent. Pompeius. Arculum eundem nominabant.

CESTIS, pro cestibus. Varro, væ victis, περὶ φιλονεικίας: *Pugil is, spectatores, qui miserum putatis vinci, quæro à vobis, si aduersarius supercilia mi cestis discobinarit, num quis vestrûm sua mihi est daturus?*

CETRA, obstaculum, scutum. Varro, væ victis, περὶ φιλονεικίας: *Quis retundam facere cetram nequeat?* Liuius lib. 1. belli Punici: *Ipsi cetris superpositis incubantes flumen transnatauere.* Apul. lib. 10. *Et galeam longè promicantem, & scutum cetris his longiùs lucens.*

CETTE, dicite, vel date, à cædo. Ennius Medeâ: *Saluete optima corpora, cette manus vestras, meásque accipite.* Pacuu. Atalanta: *Is vestrorum vter sit, cui signum datum est, cette.* Accius Menalippo: *Æneam aliquis cette in conspectum, aut nos vbi est ducite ad eum.* Næuius Lycurgo: *Proin Dryante rege prognatum patrem Lycurgum cette.* Plaut. Mercatore: *Vxor tibi placida & pacata est, cette dextras iam nunc.*

CEVERE, verbum obscœnæ significationis. Iuuenal. Sat. 2.
——ego te ceuentem Sexte verebor,
Infamis Varillus ait. Martial.
Sed pedicaris, sed pulcrè Næuole ceues. *Ceuens* glossis κύφων.

CH

CHARTVS, pro charta. Lucil. lib. 27. Satyr. *Lessus vbi nunc Græci? vbi nunc Socratici charti? quid quæritis? perimus.* Non.

CHILONES, seu LABIONES, veteri Romanorum cognomento appellabantur, qui labiis erant eminentibus: ἀπὸ τῶν χειλῶν. Solebant enim antiquitus Romani à corporis accidentibus, aut ab membri vitio vel iacturâ denominari plerunque: quales fuerunt Cæci, Limi, Sili, Simi, Silones, Chilones, Nasones, Capitones, Flacci, Frontones, Suræ, Lappæ, Plauti, Planci, Pansæ, Valgi, Vari, Vagæ, Scauri, Seditigi, Falcones, Bronchi, Malici, Capellæ, Nasicæ, Mammulæ, Dentati, &c.

CHLAMIDA, chlamys. Apul. lib. 10. *Adest luculentus puer nudus, nisi quòd ephebica chlamida sinistrum tegebat humerum.* Idem lib. 11. *Et humeris*

meris depẽdebat pone tergum talorum tenus pretiosa chlamida. Idem Florid. *Chlamida velat vtrumque brachium aduſque articulos palmarum.*

CHORAGIVM, virginale funus interpretatur Fulgentius. Apul. Metamorph. lib. 4. *Choragio itaque perfecto, deiectiſque capitibus domuitionem parant.* Idem lib. 2. *Et cantatrices anus in ipſo momento choragij funeris perpeti celeritate alienam ſepulturam anteuortunt.* Et lib. 4. *Iam feralium nuptiarum miſerrimæ virgini choragium ſtruitur.*

CHORAGIVM, locus poſt ſcenam, vnde ad ludos neceſſaria promebantur; cuius præfectus *Choragus* dicebatur. Vitruu. lib. 5. *Choragiaque laxamentum habeant ad chorum parandum.* Plaut. Prologo Captiuorum: *Nam hoc pẽnè iniquum eſt comico choragio, cænari deſubito nos agere tragœdiam.* Idem Persâ: *Ornamẽta abs choriago ſumito.* Tranquill. Octauio Auguſto cap. 70. *Cùm primùm iſtorum conduxit menſa choragum.*

C I

CIAM VESTEM tenuiſſimam, pretioſioſſimámque celebrant antiqui omnes. Lucr. lib. 4.

Et bene parta patrum fiunt anademata, mitræ
Interdum in pallam Melidenſia ciaque vertunt.

CIBATVS, alimonia. Lucr. lib. 6.

Aut alios hominum pábtus, pecudúmque cibatus,
Aut etiam ſuſpenſa manet vis aëre in ipſo.

Plaut. Milite: *Coge in obſidium perduelles, noſtris præſidium para, Interclude inimicis commeatum, tibi muni viam, Qua cibatus commeatúſque ad te, & legiones tuas Tutò poſſit peruenire.*

CIBELLA, menſæ genus rotundæ. Feſt. Varro lib. 4. Analog. *Menſam eſcariam cibellam appellabant, ea erat quadrata, vt nunc etiam in caſtris eſt; à cibo dicta, poſtea rotunda facta.*

CIBICIDÆ, qui cibos cædunt, hoc eſt, vorant & lurcantur. Lucil. lib. 27. *Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alas.* Non. Gloſſar. *cibicidas* σκατοφάγους vocat: hoc eſt, merdam deuorantes.

CICCVS, mẽbrana tenuis, quæ eſt in malo Punico cellularum diſcrimen. Gloſſæ: *ciccum*, ῥοᾶς ὑμήν. Item γρύπκοκκος. Plaut. Rudente: *Eluas tu, an exungare, ciccum non interduim, tibi ego nunquam quidquam credam, niſi accepto pignore.* Idem Trinummo: *Faciat quod volet, denſum ciccum non interduo.* Varro lib. 6. de L. L.

CICONINVS, à ciconia. Sidon. lib. 2. epiſt. 14. *Vſque ad aduentum hirundineum, vel ciconinum Iani Numæque ninguidos menſes in ocio fuliginoſo, ſeu tunicata quiete tranſmittere.*

CICVMA, auis nocturna. Feſt. Putant alij eſſe cucumam, alij veſpertilionem. Cælius nycticoracem interpretatur, lib. 17. cap. 11.

CICVRARE, manſuefacere. Pacuu. *Nulla res neque cicurare, neque mederi potis eſt, neque reficere.* Varro lib. 6. de L. L.

CIERE, vocare. Feſt. Lucr. lib. 5.

——— *cùm denique ſæcla ferarum*
Diſſimiles ſoleãt voces variáſque ciere
Cum metus, aut dolor eſt, & cùm iam

gaudia gliſcant.
Liuius : *Ciere patres qui potcrant, patricij dicti.* Virg. lib. 6. Æneid.
——— *quo non præſtantior alter*
Ære ciere viros.

CILLERE, mouere : vnde *furcillæ*, quòd frumenta moueant : & *oſcilla*, quòd os iis cillatur. Seru. Feſt. Iſidor. lib. 20. cap. 24. Macr. lib. 1. cap. 5. Plaut. Amphitr. *Aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os obcillet probè.* Virg. lib. 2. Georg. *Oſcilla ex alto ſuſpendunt mollia quercu.*

CILLVS, à cinno dictus, vt & Cirrus. Sumitur interdum pro capillo cirrato, & ab eo Cinnæ, βοστρυχῶδοι: interdum pro cilio. Cicero (ex Lucilio) epiſt. 49. ad Attic. lib. 13. *Ad Cæſarem quam miſi epiſtolam, eius exemplum fugit me tum tibi mittere, nec id fuit, vt ſuſpicaris, quod me puderet tui, næ ridiculè mihi cillus.*

CIMBRI, linguâ Gallicâ olim dicti latrones, ſeu bellatores. Feſt. Sic *Iſauros*, piratas; *Ambrones*, diſſolutos turpíſque vitæ homines appellarunt. Belgæ, qui linguæ Gallicæ antiquæ reliquias adhuc retinent, virum militarem hodiéque vocant *een Cember*, ſiue, *Kemper*.

CINÆDI, ſaltatores, pantomimi. Lucil. Satyr. lib. 2.
Stultè ſaltatum te interueniſſe cinædũ.
Scipio Africanus Æmilianus orat. cont. leg. iudiciariam Tib. Gracchi. *Docẽtur præſtigias inhoneſtas, cũ cinædulis ac ſambuca pſalterióq; eũt in ludũ hiſtrionum.* Macr. Satur. lib. 3. c. 14. Plaut. Aululariâ : *Ita ſum fuſtibus mollior magis, quàm vllus cinædus.* Idem Milite : *Tum ad ſaltandum non cinædus vſque magis ſaltat quàm ego.* Hinc *Cinædica* cantio, quæ ad ſaltandum mouere aliquem poſſet. Plaut. Sticho : *Lepidam aliquam & ſuauem cantionem incipito, cinædicam.* Et *Cinædior*, id eſt, impudentior. Catull. epigr. de Veri ſcorto : *Hic illa vt decuit cinædiorem.* Sic à Pathico Paticiſſimus dixit Martialis lib. 12. ad Rufum : *Muſæi paticiſsimos libellos.*

CINCTA, flaminica veſte velata. Feſt.

CINCTVTVS, ſubcinctus : antiquiſſima Romanorum veſte, quæ cinctus appellabatur, indutus. Ouid. lib. 5. Faſt.
Semicaper coleris ſuccinctis Faune Lupercis.
Horat. arte poëticâ :
Fingere cinctutis non exaudita cethegis Continget.

CINEFACTVM, in cinerem diſſolutum. Lucr. lib. 3.
At nos horrifico cinefactum te prope buſto
Inſatiabiliter deflebimus, æternúmque
Nulla dies nobis mœrorem è pectore demet.

CINERARII fines, ſunt ſepulturarij. Auctor de limit. *Fines cinerarios, ſiue ſepulturarios ſic intelligis quò vadant rigores inter poſſeſsiones. Cinerarium* etiam ſunt ollæ & vrnæ cinerum, ſeu vaſculum quo condebantur mortua corpora. Vetus inſcriptio : MASSAM. COM. CINERARIO. TI. CLAVDIO. VERECVNDO. PATRONO. ET. SIBI.

CINERARIVS, à cinere appellatus, qui miniſtrabat calamiſtros in cinere calfaciendos, quibus capilli criſpabantur. Gloſſis θερμοκαυστής. Varro lib. 4. de L. L. Cato in libris Originum ait vocari cinerarium,

rium, qui vnguenta ex cinere compoſita conficiebat, quibus capillum, vt rutilior fieret, vngebant mulieres. Auctor Chariſius lib. 1. Lucil. lib. 6. *Zonatim circa impluuium cinerarios eludebat.* Catul.

Iam tuum cinerarius
Tundet os, miſer, ah miſer.

CINGVLI, homines dicti, qui in eis locis, vbi cingi ſolent, tenues ſunt, & iuncei. Feſt.

CINIFLONES, cinerarij, qui calamiſtris crines inurunt, paraſiti. Horat. Satyr. 2. lib. 1.

Cuſtodes, lectica, ciniflones, paraſiti,
Ad talos ſtola diuiſſa, & circumdata palla.

CINIS, fœminino. Caluus:

Cùm iam fulua cinis fueris. Catull.
Troia virum ac virtutum omnium acerba cinis. Lucr. lib. 4.
Quippe vbi nulla latens animai pars remaneret
In membris cinere vt multâ latet obrutus ignis. Virg. in Ceiri:
Non minùs illa tamen reuehi, quod mœnia creſcant.
Gaudet: at ei patriæ cinis eſt iucunda ſepultæ.

CINNVS, ex multis liquoribus commixtum potionis genus, quod Græci κυκεῶνα appellant. Cic. de Oratore: *Eſt autem quidam interiectus inter hos medius, & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec flumine vtens ſuperiorum, vt cinnus amborum, neutro excellens.*

CINXIA, Iuno dicta, cuius in nuptiis nomen ſanctum habebatur, quòd initio coniugij vir cingulum ſoluebat, quo noua nupta erat cincta, factum ex lanâ ouis; vt ſicut illa in glomos ſublata, coniuncta inter ſe eſt: ſic vir ſuus ſecum cinctus vinctúſque eſſet. Hunc Herculaneo nodo vinctum vir ſoluit ominis gratiâ, vt ſic ipſe felix ſit in ſuſcipiendis liberis, vt fuit Hercules, qui LXX. liberos reliquit. Feſt.

CIPRIVM, bonum antiquos dixiſſe tradit Varro libris de analog. vnde *Cyprius vicus* dictus eſt, quòd, cùm Sabini locum inſediſſent, boni ominis cauſsâ *Cyprium*, hoc eſt, bonum nuncuparunt: cui poſtea propter Tullię inhumanum ſcelus, quæ nefando facinore carpentum ſupra defuncti patris corpus egerat, *Scelerati* indidere nomen.

CIRCANIA auis, quæ volans circuitum facit. Feſt.

CIRCITES, circuli ex ære facti. Feſt.

CIRCITOR, vide *Fraxare*.

CIRCVMCIDERE VINVM; quod eſt abſtinere à vino. Celſus lib. 4. cap. 20. *Circumcidendum vinum eſt in totum.* Et lib. 6. cap. 9. *In dentium autem dolore, vinum ex toto circumcidendum eſt.* Sic idem lib. 4. cap. vlt. *Ambulare circumcisâ omni negotiosâ cogitatione*, pro remota. *Circumciſos, aut ſublatos ſumptus* dixit Liuius lib. 42. Et alibi, *ſtipendia circumciſa*; pro diminuere. Phædrus fab. 77. *Qui circumcidis omnem impenſam funeris.*

CIRCVMSTREPITA FENESTRA, ſtrepitu impulſa. Apul. Apolog. *Diebus ac noctibus ludibria iuuentutis ianua calcibus propulſata, feneſtræ cautibus circumſtrepitæ.*

CIRCVMLVVIVM, ius prædiorum. Cic. de orat. lib. 1. *Gentilitatum, cognationum, alluuionum, circumluuionum.*

CIRCVMPEDES, ſerui, qui dominis

minis ſuis adſiſtunt, eóſque ſequuntur. Cic. 3. Verrin. *Seruos artifices pupulli cùm haberent domi, circumpedes autem formoſos & literatos ſuos eſſe dicebat.*

CIRCVMSECVS, ex omni parte, circum. Apul. lib. 2. Metam. *Cùm nos omnes circumſecus aſtantes in clarum cachinnum videret effuſos.* Idem lib. 5. *Et multi colonûm, quique circumſecus venantur.* Sic *antiſecus.*

CIRCVS, omnis ambitus, vel gyrus: cuius eſt diminutiuum *Circulus.* Accius Andromedâ: *Quot luna circos annuos inſtitit.* Marcell. Plaut. Persâ: *Iſthuc marinus paſſer per circum ſolet.* Lucr. lib. 6.

——*quin ferri quoque vim penetrare ſuëuit,*
Vndique quà circum coli lorica cohercet, Morbida vis.

Circus item locus muro ſeptus, in quo curulia certamina peragebantur. Fuerántque tres Romæ: Circus Apollinaris, ſeu Flaminius, ad campum Flaminium; vbi Tauricis ludis circum metas currunt: Circus maximus, inter Palatium & Auentinum: Circus Neronis, in Vaticano. Plaut. Cornicularià: *Quid ceſſamus ludos facere? circus noſter ecce adeſt.* Varro lib. 4. Analog. Virg. lib. 5. Æneid.

——*mediaque in valle theatri*
Circus erat.

CIRNEA, vas vinarium: ἀπὸ τῦ κιρνᾶν, i. à miſcendo. Plaut. Amphitr. *Cadus erat vini, inde impleui cirneam.*

CIRRI, capitis crines contorti & criſpati. Varro Cato, vel de liberis educandis: *Itaque Ambraciæ primum puerilem capillum demptum, item cirros ad Apollinis ponere ſolent.* Non.

CIS, pro vltra. Varro Rhetor. lib. 20. *Eo die cis Tiberim redeundum eſt, quòd de cælo auſpicari ius neminis ſit præter magiſtratus.*

CIS DIES paucos, propediem. Plaut. Moſtellariâ:

Cis herclè paucas tempeſtates Tranio,
Augebis ruri numero genus ferratile.

Idem Truculento:

At nulla faxim cis dies paucos ſiet.

CISPELLO, abigo. Plaut. Amphitr. *Capiam coronam mî in caput, adſimulabo med eſſe ebrium, atque illuc ſurſum adſcendero, inde optimè ſic ciſpellam virum.*

CITERIA, effigies arguta & loquax, riſus gratiâ in pompa Romæ vehi ſolita. Cato in Cęcilium: *Quid ego cum illo diſertem amplius? quem ego denique credo in pompa vectitatum iri ludis pro citeria.* Feſt.

CITIOR, à citò. Plaut. *Nullam ego rem apud homines citiorem quàm famam reor.*

CITRATVS, vltratus, citerior, vlterior. Auctor fin. regund. *Si decumanum creſcere deprehenderis in meridianum & cardinem partis occidentis: occidens erit pars ſiniſtrata & vltrata, vt dextratum & citratum inuenias, ſimiliter lapidum ſcriptura oſtendit.* Hygenus de lim. conſt. *In regione dextratâ & vltratâ eidem numeri inſcribuntur: ſic & in regione ſiniſtratâ, & citratâ.*

CITROSAM VESTEM dici vult Feſt. à ſimilitudine citri, quòd ſit vndatim criſpa: at Macrobius, quòd poma citri veſtibus inſererentur ad odorem concipiendum. Quod ſignificat & Homerus: ἵματα δ' ἀμφίεσσα, inquiens, θυώδεα ὀιγαλόεντα, θύου malum citreum appellat.

appellat. Gloſſis etiam Σίνον, citreum. Næuius bello Punico: *Pulcram ex auro veſtem atque citroſam.*

CITVMA (vt ait Nonius,) ſunt proxima cœlo millia. Cic. de Repub. lib. 1. *Quare, ſi placet, deduc orationem tuam de eo loco ad hæc cituma.* Idem lib. 6. *Ex quibus erat ea minima, quæ vltima cœlo cituma terris luce lucebat alienâ.* Non. Priſc. lib. 3. Apul. de Deo Socratis: *Cùm ſit aëris agmen immenſum, vſque ad cituma Lunæ Helicémque.*

CITVS, pro diuiſo, ſeparato: vnde *oſcitare*, à diuiſione oris. Virg. 8. Æneid.

At procul inde citæ Mètium in diuerſa quadrigæ Diſtulerant.

CIVICA corona, quercea, frondem habens perennem, quam ciuis ciui, cui ſalutem debebat, teſtem ſeruatæ in prælio vitæ dabat. Tranquill. Iul. Cæſ. cap. 2. *Reliqua militia fœcundiore fama fuit, & à Thermo in expugnatione Mitylenarum ciuica donatus eſt.* Cic. pro Plancio: *Id etiam gregarij milites faciunt inuiti, vt coronam dent ciuicam, & ſe ab aliquo ſeruatos eſſe fateantur.*

C L

CLACENDIX, genus conchæ. Plaut. Vidulariâ: *Appoſita eſt clacendix: at ego dicam ſigni quid ſit?* Priſc. lib. 5.

CLAM, cum caſu accuſandi ſæpè apud Plautum. Aſinariâ: *Suppiles clam domi vxorem tuam.* Ibidem: *Hic ſenex, ſi quid clam vxorem ſuo animo fecit volup.* Caſinâ: *Patérque filiúſque clam alter alterum.* Ibidem: *Sperat, ſi ei ſit data, ſibi fore parata clam vxorem excubias foris.* Ibidem: *Erit hodie tecum quòd amas clam vxorem.* Mercatore: *Nam ſi vir ſcortum duxit clam vxorem ſuam.*

CLANDESTINÒ, abſconditè. Lucil. lib. 26. Satyr. *At enim dicis, clandeſtinò tibi quod commiſſum fuerat, ne mutires, neu myſteria ecferres foras.* Non. Plaut. Milite: *Nam hoc negotij clandeſtinò vt agerem mandatur mihi.*

CLARARE, pro declarare: ſic *mentum* pro commentum, *miniſci* pro reminiſci dixerunt antiqui. Cic. Prognoſticis: *Non potuit nobis notâ clarare figurâ.* Idem ex antiquo poëta:

Iuppiter excelsâ clarabat ſceptra columnâ. Lib. 1. de diuinat.

Lucr. lib. 3.

——— animi natura videtur
Atque animæ claranda meis iam verſibus eſſe. Idem lib. 4.
Multaque in his rebus quæruntur, multaque nobis
Clarandum eſt.

Lucil. Satyr. lib. 30.

——— ſic vbi ad aures
Fama tuam pugnam clarans alata dicaſſet.

Horat. carm. lib. 4. ode 3.

Illum non labor Iſthmius
Clarabit pugilem.

CLARET, clarum eſt. Turpilius Pædio: *Cuius aduentu inſulæ hodie claret Cypros.* Ennius Telamone: *Nam ita mihi Telamonis patris, atque facies proaui Iouis grata eſt, atque hoc lumen candidum claret mihi.* Idem annalium lib. 8.

Ergo magiſque magiſque viri nunc gloria claret. Non. Cic. de Senectute. Lucr. lib. 6.
——quod in primo quoque carmine

claret.

CLARIGARE dicebant veteres Romani, cùm bellum hoſtibus indicebant per fecialem, ſeu patrempatratum, qui res raptas clarè repetens, & telum in hoſtiũ agrum iaciens, his verbis vtebatur, vt ſcribit Cincius lib. 3. de re milit. *Quòd populus Hermundulus, hominéſque populi Hermũduli aduersùs populum Romanum bellum fecere deliqueréque, quódque populus Romanus cum populo Hermundulo hominibus Hermundulis bellum iuſſit: ob eam rem ego populúſque Romanus populo Hermundulo hominibúſque Hermundulis bellum indico, facio.* Gell. lib. 16. cap. 4. Plin. lib. 22. cap. 2. *Hac* (verbenâ) *ſemper & legati cùm ad hoſtes clarigatúmque mitterentur, vſi ſunt*, id eſt, res raptas clarè repetitum: vnus itaque *verbenarius* vocabatur. Liuius lib. 8. *Vt eius, qui cis Tiberim deprehenſus eſſet vſque ad mille paſsus* 200. *pondo clarigatio eſſet.* Gloſſarium: *Clarigatio,* ἁρπαγῆς ἐπιχείρησις, ὁμηρία.

CLARIGATIO, arreſtum. Torneb. ad Varr. L. L. voce *Feciales.*

CLARITVDO, claritas. Siſenna hiſtor. lib. 3. *Quod fortaſſe ex voluntate ſuâ ſumma cum claritudine celeriter confeciſſet.* N. Marcell. Saluſt. Iugurth. bello: *Cùm præſertim tam multæ variæque ſint artes animi, quibus ſumma claritudo paratur.* Gell. lib. 7. cap. 5. *Hiſtrio in terrâ Græciâ fuit, famâ celebri, qui geſtus & vocis claritudine ac venuſtate cæteris anteſtabat, nomen fuiſſe aiunt Polum.*

CLASSICI teſtes, qui ſignandis teſtamentis adhibebantur. Feſt. *Claſſici* etiam primæ tantùm claſſis homines, qui C. & XXV. millia æris ampliúſve cenſi erant, dicuntur. Gell. lib. 7. cap. 13. Et *Claſſicus* ſcriptor, pro inſigni & non proletario. Idem lib. 19. cap. 8.

CLASSIS PROCINCTA, exercitus inſtructus ad prælium. Feſt. In lege flaminis Dialis: EQVO. DIALEM. FLAMINEM. VEHI. RELIGIO. EST. CLASSEM. QVE. PROCINCTAM. EXTRA. POMOERIA. VIDERB. Gell. lib. 10. cap. 15. ex Fabio Pictore.

CLAVATA, veſtimenta clauis intertexta, aut calceamenta clauis confixa. Feſt. Lamprid. *Ita vt pura mantilia mitterentur ſæpius cocco clauata, aurata verò nunquam.*

CLAVATOR, ſeruus ad tutelam domini fuſtibus clauáque inſtructus. Plaut. Mercatore: *Egomet mihi comes, clauator, eques, agaſo, armiger.* Idem Rudente: *Ehem optimè ædepol eccum clauator aduenit.* Gloſſarium: *Clauarius,* ῥαπιστής.

CLAVDEO, pro claudico. Cæcil. Epiclero: *An vbi vos ſitis, ibi conſilium claudeat?* Priſc. lib. 10. Symmach. lib. 1. epiſt. 33. *Et vereor ne fortè in nos parẽtis claudeat adfectio.*

CLAVIM DARE parturientibus ad ſignificandam partus facilitatem, conſuetudo antiquis erat Romanis, vt ait Feſtus; eandémque in diuortio adímere viri ſolebant vxoribus, teſtante Cicer. Philip. 2.

CLAVSA VIARVM, pro viæ clauſæ. Lucr. lib. 4.

Et tamen ipſa quoque hæc dum tranſit clauſa viarum
Vox obtunditur.

Sic

Sic *abdita terræ*, lib. 6.

Denique vbi argenti venas auríque sequuntur
Terrai penitus scrutãtes abdita ferro.
Aut quia non veniunt omnino aliena
Et *aliena salutis*, lib. 3. (*salutis.*

Apul. Metamorph. lib. 1. *Postquam ardua montium, & lubrica vallium, & roscida cespitum, & gleboſa camporum emersi.* Catullus:

Rabidum salum tulistis, truculentaque pelagi.

Horatius lib. 4. oda 12.

— *amæraque curarũ eluere efficax.*

Virg. Æneid. 6.

— *telluris operta subire.*

Tacitus Annal. lib. 1. *Tiberis auctus plana vrbiũ stagnauerat.* Et lib. 4. *Iussa principis magis quàm incerta belli metuens.* Lucr. lib. 1.

— *cælique serena*
Concutiat sonitu. Et lib. 4.

— *per strata viarum.*

Idem lib. 6.

Nec tamen hæc ita sunt aliarum rerum aliena.

CLAVVS, vestimentum senatorium: vnde *Laticlauij*, lato clauo insignes, id est, senatores: Græcè πλατύσημοι. Suet. Oct. Augusto cap. 38. *Ne quis expers castrorum esset, binos plerumque laticlauios præposuit singulis alis.* Silius lib. 3.

Sacrificã lato vestẽ distinguere clauo.

Ouidius:

Curia restabat, claui mensura coacta est.

Plin. lib. 9. cap. 39. *Nam toga prætexta & latiore clauo Tullum Hostilium è regibus primum vsum Hetruscis deuictis, satis constat.*

CLAVVS ANNALIS, qui figebatur quotannis in parietibus, vt per eos numerus colligeretur annorum. Fest. De quo Liuius lib. 7.

CLEPERE, furari. Cic. lib. 4. de repub. *Non modò vt Spartæ, rapere, vbi & pueri clepere discunt.* Varro octogesimo: *Scitque opificio non probiter clepere.* Plaut. Pseudolo: *Rape, clepe, harpaga, bibe, es, fuge.* Interdum obseruare, & aucupari. Accius epigr. *Eáque hoc caussâ, ne quis nostra auribus verba cleperet.* Pacuu. Hermonia: *Sermonem hic nostrum ex occulto clepit, quantum intelligo.* Non. In Legibus: SEI QVIS CLEPSIT, VT POPOLO SCELVS EST NIVE CVI CLEPTVM ERIT. SEI QVIS ALTERO DIE. FAXIT INSCIENS. PROBE FACVM ESTO. Liu. lib. 22. Lucr.

Atque aliquos ibus ab rebus clepsere foróque.

Fest. Attius Prometheo:

Et Volcania templa sub ipsis
Collibus, in quos delatu' locos
Dicitur alti ab limine cœli
Ætnæa vi spirare vapos
Feruidus, vnde ignes mortalibus
Diuisse cluet doctu' Prometheus
Cleptipse dolo, pœnáque Ioui
Fato expendisse supremo.

Varro lib. 6. de L. L.

CLEPTÆ, fures. Plaut. Truculento: *Dum illi agunt, quod agunt, cæteri cleptæ furantur, vel harpagant.*

CLIENTA, pro cliens. Horat. Carm. lib. 2. ode 18.

Nec Laconicas mihi
Trahũt honestæ purpuras clientæ.

Plaut. Rudente: *Benefactum & volupe est, hodie me his mulierculis Tetulisse auxilium, iam clientas repperi.* Idem Milite: *Habeo eccillam clientam*

tam meam, meretricem adoleſcentulam.

CLINAMEN, & CLINARE, pro declinatio, & declinare: ſicut *mentum*, pro commento. Lucr. lib. 2. *Quare etiam atque etiam paulum clinare neceſſe eſt*
Corpora, nec plus quàm minimum.
Idem:
Id facit exiguũ clinamen principiorũ, Nec regione loci certa, nec tempore certo.

CLINICI dicuntur Medici, à lectis, quos frequentant ægrotantium, ἀπὸ τῆς κλίνης. Tria autem fecerunt veteres Medicinæ genera: Empiricen, Iatralepticem, Clinicen. Martial. lib. 1. epigr. 87.
Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo Diaulus,
Cœpit quo poterat clinicus eſſe modo.
Inſcriptio Aſiſij. P. DECIMVS. P. L. EROS. MERVLA MEDICVS CLINICVS CHIRVRGVS OCVLARIVS VIVIR. Lipſ.

CLINICI etiam dicuntur, qui ita morbo adfecti ſunt, vt ſurgere è lecto nequeant, nullaque amplius de eorum ſalute ſpes eſt; quos Latinè deploratos & expoſitos vocamus. Plin. 25. cap. 5. *Medetur etiam morbis comitialibus, vertigini, melancholicis, ſtomachicis, ſpaſticis, clinicis.*

CLITELLÆ non tantùm dicuntur, quibus ſarcinæ colligatæ à mulis portantur; ſed etiam locus Romæ, propter earum ſimilitudinem: & in viâ Flaminiâ loca quædam deuexa ſubinde & accliua. Græci enim καυθήλια tum aſinorum ornamenta vocant, tum loca accliuia & aſpera. Eſt etiam tormenti genus eodem nomine appellatum.

CLIVIA auſpicia, quæ vetabant quid fieri. *Cliuina* auis prohibitoria. Plin. lib. 10. cap. 14. *Cliuinam auem ab antiquis animaduerto ignorari; quidam clamatoriam dicunt, Labeo prohibitoriam.*

CLIVVM, pro cliuus. Memmius: *Ille ardua nitens fortunæ ſcandere cliua.* Cato de tribunis militum: *Loca ardua & cliua depreſſa.* Non.

CLOACALE flumen, dixiſſe Catonem, pro cloacarum omnium conluuie, auctor eſt Feſt. Pomp.

CLOACARE, inquinare: vnde *Cloacæ* dictæ. Idem.

CLOPPVS, vel CLAVPVS (ἀπὸ συγκοπῆς, pro claudibus) appellatur claudus; niſi quis fortè per contractionem ex Græco deduci malit, quaſi χωλὸς τὰς ποδὰς. Gloſſæ: *Cloppus*, χωλὸς. Cic. ad Atticum lib. 12. epiſt. 3. ex Lucilio: *Ac vereor ne iſte auctionem nullam faciat, ſed ludis factis Cloppo ſubſidio occurrat, ne talis vir ἀλογοθῇ, ſed μελήσει.*

CLVCIDATVM, dulce, ſuaue, ἀπὸ τὸ γλυκύ. Næuius in Agedone: *Clucidatus ſuauiſque, tametſi à magiſtris accepimus manſuetis.* Varro lib. 6. de L. L.

CLVDVS, claudus. Plaut. Pſeudolo: *Apud anum illam diabolarem, cludam, craſſam Chryſidem.* Idem Aululariâ: *Tum autem interdiu quaſi cludus ſutor domi ſedet totos dies.* Sic Martial. lib. 11. epigr.
Sed mors vocis iter properauit cludere blandè.
Gloſſarium: *Clodus*, χωλός: ſic *Cloſtarius*, κλειδοποιός.

CLVEO, nominor, dicor. Lucil. lib. 30. Satyr.

Cuiâ

Cuiâ operâ Terginocalix per caſtra cluebat.

Ennius Ambraciâ: *Per gentes eſſe cluebat omnium miſerrimos.* Attius Prometheo: *Vnde ignes mortalibus diuiſſe cluet doctus Promotheus clepſiſſe dolo.* Non. Varro lib. 6. Analog. Plaut. Menæchmis: *Res magis quæritur, quàm fides cuiuſmodi clueat.* Idem Ampithr. *Id modo ſi mercedis datur mihi, vt meus victor vir belli clueat.* Idem Rudente: *Huius fani ſacerdos clueo.* Varro epigr.

Vino nihil quicquam eluit iucundius:
Hoc ægritudinem ad medendum inuenerunt,
Hoc hilaritatis dulce ſeminarium,
Hoc continet coagulum conuiuia.

CLVEOR, & CLVOR, nominor. Pacuu. Ilioniâ. *Sed hæc cluentur hoſpitum infideliſſimi.* Varro ὅν & λύρας: *Pacuuij diſcipulus dicor, porrò is fuit Ennij, Muſarum Pompilius cluor.* Non. Plaut. Pſeudolo: *Quippe ego nî te contemnam Stratioticus homo qui cluear.*

CLVMÆ, folliculi hordei: aliàs glumi. Feſt. Græcè ἔλυτρα. Gloſſarium: *Cluma*, χειθῆς λέπυρον.

CLVNACVLVM cultrum ſaginarium dixere; ſeu cultrum poparum & laniorum, ad iugulanda pecora ſaginata: dictum vel quòd clunes hoſtiarum diuidat, vel quòd ad clunes poparum dependeat. Placidus in Gloſſis: *Clunaculum* pugio dictum, quod clunes ſelegit, item ſpatha.

CLVNÆ, ſimiæ; à tritis clunibus. Græcè κερκόλιπες.

CLVNIS, maſculinè. Plaut. Abroico: *Quaſi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero.* Feſt. Non. Iuuen. Sat. 5.

Ad terram tremulo deſcendunt clune puellæ.

CLVPEAT, pro clypeat. Pacuu. Hermioniâ: *Currum liquit, chlamyde contorta aſtu clupeat brachium.* Varro lib. 4. Analog. Sic *Clupeus*, pro clypeo. Ennius Andromedâ: *Nam vbi introducta eſt, puerúmque vt lauerent collocant in clupeo.* Idem Iphigenia:

Quid noctí videtur? AL. in altiſono
Cœli clupeo temo ſuperat
Stellas ſublime, etiam atque etiam
Cogens noctis iter.

Varro lib. 6. de L. L.

CLVSARIS angulus, *cluſare* latus, apud rei agrimenſoriæ ſcriptores: & *cludere*, verbum iis proprium. Hygenus de limit. conſt. *Omnes lapides in frontibus inſcribamus, reliquos in lateribus cluſaribus: omnes enim centuriæ ſingulos habent angulos cluſares.* Ibid. *Sequitur vt illic vnus tantùm cluſaris angulus vacet.* Idem: *Quadrata portio cluſaris vacat ab inſcriptione.* Idem: *Exteriores anguli centurias cludunt.* Ibid. *Voluerunt centurias inſcriptionibus cludi.* Frontin. de limit. agr. *Quod aſſignationi ſupereſt, linea cludatur, & ſubſecetur.* Idem: *Qui vltra limites finitima linea cluditur.*

CLVSINVM PECVS, pro callida & vrbana meretrice poſuit Plautus Truculento: *Tu verò cluſinum pecus, aduenisti huc nos tentatum cum exornatis oſſibus.*

CLVTVM, κλυτὸν, glorioſum. Feſt. Inde *inclutus.*

CLYPEAT, armat, à καλύπτω. Pacuu. Hermioná: *Currum liquit, chlamyde contra aſtu clypeat brachium.* Eodem modo etiam *galeare*

dixerunt. Cinna epigr.

—miseras gaudet galeare puellas.

Non.

CLYPEVM, in neutro. Licin. in Marte: *Pars magna leuiùs clypea portant.* Laber. Sororibus: *Hoc voluit clypeum contra puluem proiici.* Charis. lib. 1. Virg. lib. 9. Æneid.

Dat tellus gemitum, & clypeum super intonat ingens.

Liuius libr. 48. *Duodecim clypea ærata ab Ædilibus sunt posita.* Et lib. 50. *Clypeaque de columnis & signa militaria affixa demsit.*

C N

CNASON, acus, qua mulieres scalpunt caput. Fest. Isid. ἀπὸ τοῦ κναίζειν. Græci καλαμίδα καὶ σύεργα vocant. Lucilio discerniculum: Apuleio acus crinalis dicitur; de qua Martial.

Tennia ne madidos violent bombycina crines [mas.

Figat acus tortas sustineátque co-

CNEPHOSVM, tenebricosum, à κνέφας. Fest. Maro in Culice:

Nec mœsta obtentu diro & ferrugine regna

Cnefosáque domus, ac tartara nocte cruenta Obsita.

Ita in veteri membranâ legitur.

C O

COACTILIA, σιλήματα: quæ ex lana coacta & compressa fiunt: Galli *feutres* vocant. vnde *Coactiliarius*, qui pileos conficit. Glossarium: *Coactiligrius*, σιλοποιός. Vlp. ff. lib. 34. tit. 2. l. 25. Aristo etiam *coactilia* vesti cedere ait. Iul. Capitolinus in Pertinace: *Nam pater eius tabernam coactiliariam in Liguriâ exercuerat.* Auctor libelli de rebus bellicis, quo loco Thoracomachum describit: *Hoc loco*, inquit, *vestimẽti genus quod de coactili ad mensuram pectoris humani conficitur, de mollibus lanis timoris sollicitudo solertia magistra composuit.* In antiquo monumento Romæ: D. M. BALLIONIÆ LIVITTIANÆ M. BALLONIVS M. I. LARISCVS. LANARIVS COACTILIARIVS CONIVGI CARISSIMÆ. B. M. FEC.

COACTIM, coactè, breuiter. Sidon. lib. 9. epist. 16. *Si quod scedium temerè iacens cartis putribus ac veternosis continebatur, raptim coactimque translator festiuus exscripsi.*

COAGMENTA, coniunctiones arctæ. Plaut. Mostellariâ: *Viden' coagmenta in foribus, quàm arctè dormiant?*

COCETVM, edulium ex melle & papauere. Fest. Dictum quòd ad ignem coquatur. Tertull. lib. contra Valentinianos: *Pandoram Hesiodi, aut patinam Nestoris, cocetum miscellaneum Ptolemæi.*

COCIO, vel COCTIO (quem veteres *cuctionem*, & *cuctum* appellarunt) dici videtur à cunctatione, quòd in emundis vendundisque mercibus tardè perueniat ad iusti pretij finem. Glossæ: *Cocio*, μεταβολᾶς. Dicitur & *Arulator*, à voce Græca αἶρε, id est, tolle: quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere. Laber. Necromantiâ: *Duas vxores, hoc herclè plus negotij est, inquis, cocio sex ediles viderat.* Gell. lib. 16. cap. 17. Plaut. Asinariâ: *Vetus est, nihil cocio est, si cæcus est, nihil dico amplius.* Galli ab antiqua voce Bargenna,

Bargnà

Barguineurs, id genus hominum etiamnum appellant. Gloſſæ: *Cocio*, μελάβολος & μεταπράτης: *cociatura*, μιτάπρασις.

COCLACÆ, κόχλακες, lapides è flumine rotundi ad cochlearum ſimilitudinem. Feſt.

COCLEATIM, rotundè, in gyrum. Sidon. lib. 4. epiſt. 15. *Quamuis iugorum decliuitas aggere coacleatim fracto redeunda ſit.*

COCLES, cyclops, vnoculus. Plaut. Curculione: *De coclitum proſapia ted arbitror, nam hi ſunt vnoculi.*

COCTANA, alij COTTANA, fici, ſeu caricæ minores dicuntur. Plin. lib. 13. *Syria peculiares habet arbores; in ficorum autem genere caricas & minores eius generis, quæ coctana vocant.* Iuuen. Satyrâ 3.

—ſultúſque toro meliore recumbet
Aduectus Romam, quo pruna & coctana venti? Mart. lib. 13.
Hæc tibi quæ tortâ venerunt condita mentâ,
Si maiora forẽt coctana, ficus erãt.

COCVLA, vaſa ænea, coctionibus apta. Et ligna arida (Homero κάγκανα ξύλα) quibus facilè cibus coquitur. Feſt. Varro de vitâ pop. Rom. lib. 1. *Cocula, quæ coquebant panem, primùm ſub cinere, poſtea in forno.* vtriuſque vocabulum à formo ductum, id eſt, à caldore.

CODA, pro caudâ: ſic *plodo*, plaudo. Varro ταφῇ μενίππῳ: *Sed vt canis ſine coda.* Non. Varro lib. 2. cap. 7. de R. R. *Humeris latis, ventre modico, lumbis deorſum verſum preſſis, ſcapulis latis, ſpina maximè duplici, ſin minus non extanti, codâ amplâ, ſubcriſpa, crinibus rectis & æqualibus, genibus rotundis.*

CODICARIÆ naues, quæ in fluminibus vſui ſunt. Saluſt. lib. 4. hiſtor. *Et quanquam ad id naues codicariæ occultè per hyemem fabricatæ aderant.* Varro de vita pop. Rom. lib. 2. *Quod antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, à quo in Tiberi naues codicarias appellamus.* Non.

COEPIO, pro incipio. Cæcil. Peribœâ: *Aëre obſcuro Herclè deſinam, manè cœpiam.* Plaut. Menæchmis: *Neque ego inſanio, neque pugnas, nec lites cœpio.* Idem Truculento: *Dum abeam quoquam, & vbi nihil cœpiam.*

COEPVLONVS, coëpulo. Plaut. Perſâ: *O mi Iupiter terreſtris, te coëpulonus compellat tuus.*

COHIBESSIT AM, pro cohibuerit eam. Lucr. lib. 3.

At rarefactũ detracto ſanguine venis
Aëre quî credas poſſe hanc cohiberier vllo
Corpore qui noſtro rarus magis am cohibeſſit.

COHIRCINATIO, hircina laſciuia. Apul. Apolog. *Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator ſtudioſè in ventrem condidit; & omnimodis cohircinationibus dilapidauit.*

COHORTARENT, pro cohortarentur. Quadrigarius lib. 5. annal. *Et dicerent caſtra facta eſſe, atque hos cohortarent vti maturarent.* Non.

COHVM, lorum, quo temo buris cum iugo colligatur; dictum, vt inquit Varro, à cauo, ſeu, vt vult Feſtus, à cohibendo. *Cohum* etiam poëtę cœlum dixerũt à chao, quod χάος apud veteres aërem ſignificaret. Ennius annalibus:

——pilam vix
Sol mediam complere cohum terro-

ribu' cœli.

Hinc Iuno *Couella*, ἔρανος Varroni lib. 5. de L. L. *Dies quinque te kalo, Iuno Couella: septem dies te kalo, Iuno Couella.*

COIBILIVS, magis cohærenter. Apul. Apolog. *Præsertim cùm ornatiùs & coibilius, eadem Græcè & Latinè adnitar conscribere.* Idem Florid. *Eandem istam fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri cohibiliter.*

COITVS, pro cœtus: vt *proilium*, pro prælium. Lucr. lib. 2.

Quod tamen vt possint ab coitu concilióque
Nil facient præter volgum turbámque animantum. Idem lib. 3.
Nil tamen hoc ad nos qui coitu coniugióque [*ter apti.*
Corporis atque animi consistimus vni-

COLLABELLA, adiunge labra. Laber. annalium: *Peranna, collabella osculum.* Non.

COLLARE, seu *collaria*, vinculi genus, quo collum adstringitur. Lucil. lib. 29. Satyr.

Cum manicis, catulo, collarique vt fugitiuum *Deportem.*

Plaut. Captiueis: *Hoc quidem haut molestum est iam, quòd collus collaria caret.*

COLLATO, latiùs reddo; inde *Conlatiuus venter.* Plaut. Curcul. *Quis hic est homo cum conlatiuo ventre, & oculis herbeis?*

COLLECTA, dicitur cœna, quæ glossis ἔρανος, vt sodalitium epulæ, & accubatio epularis iuuenum, vt tetradistarum symbolum conferentium. Auson. in epist. ad Paulum: *Aut parasitorum collectas Plautinorum.* Est & aliàs collecta, collatio, quæ à conuiuis in cœnam, aut prandium confertur, siue pecuniaria sit, sine penuaria. Cic. lib. 2. de oratore: *Ego verò, quoniam collectam à conuiua, Crasse, exigis.*

COLLECTVS, collectio. Front. de limit. agr. *Si collectus pluuialis aquæ transuersum secans finem alterius fundi influit, ad ius ordinarium pertinebit.* Dixerunt & *Collectaculum.* Auctor de finibus: *Qui collectaculum vallium subter eum limitem suscepit.* Idem: *Collectaculum de carbonibus calce miscitatos.* Innocentius: *Collectacula aquæ ostendit.*

COLLICIÆ, seu COLLIQVIÆ, vt ait Festus, sunt tegulæ, per quas aqua deorsum in vas potest fluere: seu sulci maiores in agris, per quos aqua in fossas deducitur. Plin. lib. 18. cap. 19. *In vsu est & collicias interponere, si ita locus poscat.* Columella lib. 2. cap. 8. *Cauebitur tamen vt patentes liras, crebrósque sulcos aquarios, quos nonnulli helices vocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes deriuemus.*

COLLINA, collis. Innoc. de cas. litt. *Super se collinam extensam, sub se alueum, & proximum sè pentagonum habet, in sinistris pratum: per collinam autem via excurrit vsque ad trigonium constitutum. Collinum* habet Columella lib. 2. cap. 2.

COLLINVS, à collis. Varro de R. R. lib. 1. cap. 6. *Igitur cùm tria genera sunt à specie simplici agrorum, campestre, collinum, & montanum.* Ibidem: *Segetes meliores existimantur esse campestres, vineæ collinæ, siluæ montanæ.* Colum. lib. 12. cap. 21. *Eius defruti sextarius in duas vrnas misti adiicitur, si vinum est ex collinis.*

COLLIPHIA, panes cum recenti caſeo permixti, ſeu de fermento offæ: quibus luctatores & athletæ veſcebantur, dicta quaſi κωλῶν ἴφι, id eſt, membrorum robur, vel ἀπὸ τῆς κόλλικος, quod eſt panis ſubcinericius. Plaut. Perſa: *Collyræ facite vt madeant & colliphia, ne mi hæc incocta detis.* Iuuenal Satyr. 2.

Luctantur paucæ, comedunt colliphia paucæ. Martial. lib. 7. epigr.

Cùm colliphia ſexdecim peredit.

COLLVDIVM, colluſio. Symm. lib. 1. epiſt. 92. *Ne videatur inertiæ quoddam eſſe colludium, ſemper æquâ lance poſſe cenſeri.* Et lib. 4. ep. 20. *Sed colludio quodam moratus, indicium tibi ordiendæ ſalutis priorem locum præſtitit.*

COLLVS, pro collum. Cato Sercià: *Accipite ſi voltis hoc onus in collos veſtros.* Lucil. lib. 27. Satyr. *Modò ſurſum, modò deorſum tanquam collus cernui.* Idem Satyr. lib. 7. *Caldiſſima ac bene plena iam ſolorum atque anſeris collus.* Næuius Colace: *Vtrum ſcapulæ plus, an collus calli habeat neſcio.* Cæcilius ἁρπαζομένῳ: *Hunc collum ludo præcidi iube.* Idem Synephebis: *Ad reſtim res rediit, imò collus, non res: nam ille argentum habet.* Varro ſexageſimo: *Vt nitens pauonis collus nihil extrinſecus humeris.* Accius Epigono: *Quid ceſſo ire ad eum? hem præſto eſt camo collem grauem.* Plaut. Captiueis: *Hoc quidem haut moleſtum eſt, quod collus collario caret.* Idem eâdem: *DI immortales, iam vt ego collos prætruncabo tergoribus.* Et Rudente: *Nam in columbari collus haut multo pòſt erit.* Item Amphitr. *Malæ, barba mentem, collus.*

COLLVS, vel CVLLEVS, genus tormenti è corio, oblitum pice & bitumine, in quod mittebantur parricidæ. Plaut. Vidularià: *Iube hunc inſui culleo, atque in altum deportari, ſi vis annonam bonam.* Ignotus Grammaticus ad Calcidium. Iuuenal.

Cuius ſupplicio non debuit vna parari Simia, nec ſerpens vnus, nec culleus vnus.

COLLVTVLO, fœdo. Plaut. Trinummo: *Hæc famigeratio te honeſtet, me collutulet, etſi ſine dote duxeris.*

COLLVVIARES porci, & *voluntares*, Feſto dicuntur (χαμευνάδας ait vocari Appion Grammat. apud Heſychium) quia variâ colluuione cibo permiſto paſcuntur.

COLLVVIO, labes ex immunditia. Cic. de ſenectute: *Cùmque ex hac turba & colluuione diſcedam.* Liuius lib. 3. *Ne cui in colluuione rerum contumeliæ maieſtatem ſuam offerrent.*

COLLYRAS dixerunt panes antiqui paruulos triangulares; quos *Tortas* Itali vocant. Sed & genus farinaceorum fictorum ſic dictum, quæ vt lagena interdum in ſartagine frigebantur, interdum cocta per ſe, interdum ex iure comedebantur, vt tabellas puniceas in ſorbitiuncula plerumque eſitamus frigi ſolitas. Plaut. Perſâ: *Collyræ facite vt mandeant, & colliphia.* Hinc ius *collyricum*, ex quo collyræ eduntur. Idem Plaut. Perſâ: *Tum niſi cremore craſſo eſt ius collyricum.* Et ibidem: *Quaſi iuream eſſe ius decet collyricum.*

COLVBRÆ, pro colubri. Lucil. lib. 20. Satyr.

Iam diſrumpetur medius, vt Marſi colubræ

colubras

Disrumpit cantu, venas cùm extenderit omneis.

Varro Eumenidibus: *Quid dubitatis vtrùm nunc ſitis cercopitheci, an colubræ, an beluæ.* Turpil. Leucadiâ: *Arripuit colubram mordicus.* Non. Varro rerum humanarum lib. 1. *Vt habent Pharij, qui vocantur ὀφιογενεῖς, & in Africâ Pſylli, quorum ophiogeniſtum arbitrantur ſuppoſitum eſſe in ſtirpe aliquem, ſi admoneant, vt pungat colubra, cùm pupugerit, ſi de genere ſit, viuere, ſi non ſit, mori.* Priſc. lib. 10.

COLVMBARE, oſcula columbarum inſtar conſerere. Seneca epiſt. 115. in verſ. Mecænatis: *Quid ſi quis fœminæ cirro criſpatæ labris columbatur?* Hinc

COLVMBATIM, columbarum more. Cneius Matius Mimiambis: *Sinúque amicam recipere frigidam caldo; Columbatímque labra conſerens labris.* Gell. lib. 20. c. 8.

COLVMBAR, genus eſt vinculi, vt docet Priſc. lib. 5. Plaut. Rudente: *Illic in columbum credo leno vortitur, nam in columbari collus haut multo pòſt erit.* Idem: *Non ego te noui naualis ſcriba columbar impudens?* [columbar dicit eodem modo, quo Lucilius carcerem eum, qui vincula meruit; & Catullus meretricem, lapanar vocarunt.]

COLVS fœmininè. Cic. orat. lib. 2. ex antiquo poëta: *Quid tu mea Decilla, quando ad me venis cum tuâ colu & lana?*

COLVSTRA, æ, pro coluſtrum; lac nouum ex mammis. Gloſſis πύρρον. Lucil. lib. 8. Satyr. *Hiberiam inſulam fomento omni colore coluſtram.* Laber. Virgine: *Si quidem mea coluſtra fretus terris ſtudere feciſſet, ſumere aquam ex fonte.* Plaut. Pſeudolo: *Meum mel, meum cor, mea coluſtra, meus molliculus caſeus.* Martial. in Xeniis:

Surripuit paſtor quæ nondum ſtantibus hædis,
De primo matrum lacte coluſtra damus.

COLVTHEA, tragemata, bellaria. Plaut. Persâ: *Commiſce mulſum, coluthea, aquam appara, benè vt in ſcutris concaleat.*

COMBIBONES, compotores. Lucil. Satyr. lib. 26. *Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copiis.* Non.

COMBINO, duplico. Sidon. lib. 9. epiſt. 8. *Obſequia combinans numeris æquata, non meritis.*

COMEDIM, pro comedam. Cic. ad Varronem: *Cura ſi me amas, ne ego te iacente bona tua comedim.* Pompon. Proſtibulo: *Ego quæro quod edim.* Plaut. Bacchidib. *Quod dem ſcortis, quódque comedim & congræcer, pater.* Idem Curculione: *Argentum vt petam, vt ego potius comedim, quàm ille.*

COMEDI, & COMEDONES, qui bona ſua conſumunt. Lucil. lib. 5. Satyr.

Viuite lurcones, comedones, viuite ventres. Varro Modio:

Putat fore hos quod comedonibus venit vſu.

COMESSES, pro comediſſes. Plaut. Menæchmis: *At túne clam me comeſſes prandium?* Pompon. Piſtore: *Decipit vicinos, quod molendum conduxit, comeſt.* Afran. Æqualibus: *Iſte vt tu narras comeſt hìc quotidie.* Varro Margopoli ἀρχῆς.

piſces

——*piſces vt ſæpe minutos*
Magnus comeſt, vt aues enicat accipiter.
Nouius Fullonibus feriatis: *Vortit ſe in omnes beſtias, comeſt quidquid tangit tantum.* Idem Agricola: *Æpol paternam qui comeſt pecuniam.* Lucil. lib. 3.
Commanducatur totum complexa coméſtque.
Titinius Geminâ: *Libram aiebant eſſe ambobus, plus comeſt ſola vxor.* Idem Fullonibus: *Ego me mandatam meo viro malè arbitror, qui rem diſperdit, & meam dotem comeſt.* Cic. Hortenſio: *Se ad extremum pollicetur prolaturum, qui ſe ipſe comeſt.* Non. Plaut. Trinummo: *Quod bibit, quod comeſt, quod facit ſumpti.*

COMITASSET, pro cubuiſſet. Accius Erigonâ: *Tum autem Ægiſthus ſi me eſſe eodem lecto comitaſſet patri.*

COMITARI, paſſiuè, pro deduci. Lucr. lib. 1.
Nam ſublata virûm manibus, tremebundaque ad aras
Deducta eſt, non vt ſolemni more ſacrorum
Perfecto, poſſet claro comitari Hymenæo.

COMITER, hilarè ac lubenter. Ennius lib. 7. annal.
Hæcce loquutu' vocat, quicum benè ſæpè lubenter
Menſam, ſermonéſque ſuos, rerúmque ſuarum
Comiter impertit.
Gell. lib. 12. cap. 4.
Idem: *Si voles aduortere animum, comiter monſtrabitur.* Feſt. Ouid. Faſt. lib. 2.
Comiter excipitur, ſanguine iunctus erat.

COMITIALIS DIES, quo in comitiis conueniebat, & quo cum populo agi licebat. Feſt. Macrob. Sex enim dierum ſunt genera: Faſti, Nefaſti, Comitiales, Faſti primo, Nefaſti primo, & Interciſi; qui in veteri Calendario his notabantur literis: F. N. C. FP. NP. EN.

COMMALAXARE, exercere, maturè facere. Varro Flextabulo, περὶ ἐπαρχιῶν: *Nec dolorem adiaphoron eſſe, quo Philoſophia commalaxaret eam partem, neque irato mihi habenas dedi vnquam, neque cupiditas mihi impoſuit frenos.* Non.

COMMANDVCATVR, comedit. Lucil. lib. 25. Satyr. *Villicum*
Ariſtocratem, mediaſtinum atque bubulcum
Commanducatur, corripit, ad incita adegit. Idem lib. 4. Satyr.
Aſſequitur nec opinantem, in caput inſilit, ipſum
Commanducatur totum complexa coméſtque.

COMMALLIORARE, in æs incidere. Hygenus de lim. conſt. *Deinde acceptas terminabimus: quicunque modus limitem excedet, commalliorari debet.*

COMMASCVLO, roboro, firmo: nam quæ maſcula, robuſtiora ſunt ac firmiora. Vnde *maſculum* pro forti & vehementi vſurpat antiquitas: de quo inferiùs. Arboribus, quæque terrâ naſcuntur, atque ipſis etiam herbis vtrumque eſſe ſexum diligentiſſimi ſcriptores tradunt; atque in omni genere mares eſſe fortiores, præterquam in pantheris & vrſis. Apul. lib. 2. Metam. *His cognitis animum meum commaſculo, & illico accedens præconem; clamare,*

clamare, inquam, *iam desine. Masculescere* verbum est Plinianum, quod masculum fieri significat. *Masculera* quoque in vineis dicta, cùm palmites induruerunt per pedamenta propagati.

COMMEMORAMENTVM, commemoratio. Cæcil. Plocio: *Pudebat, credo, commemoramentum stupri.*

COMMENTACVLVM, virga qua Flamines ad sacrificium euntes homines à se abigebant. Fest.

COMMETARE, commeare. Afran. Virgine: *Quò tu commetas? vbi confixus desides?* Nouius Bubulco Cerdone: *Cùm ad lupam nostram tam multi crebrò commetent lupi.*

COMMENTVS, pro commonitus. Plaut. Amphitruone: *Faciam Amphitruonem aduenientem ab ædibus, vt abeat quouis pacto, fac commentus sies.*

COMMICTILIS, compositus. Pompon. Præcone posteriore: *Si sciam, quid velis, quasi serui comici commictilis.*

COMMISERESCO, misericordia tangor. Ennius Hectoris lytris: *Seruos, & nostrum imperium, & fidem Mirmidonum vigiles commiserescite.* Virg. 2. Æneid.

His lacrymis vitam damus, & miserescimus vltrò.

COMMITTERE, pro incipere. Varro Endymionibus: *Discumbimus multi, tum dominus maturè cænam committit.* Virg. lib. 5. Æneid.

Tum tuba commissos medio canit aggere ludos.

COMMODVS, pro integro, toto. Lucil. Satyris:

Millia porrò bis quina octoginta videbis
Commoda de Capuâ, hic quinquaginta atque bis octo.

Plaut. Asinariâ: *Viginti argenti commodas minas, eius quas dem matri.*

COMMVGENTO, conuocanto. Fest.

COMMVNITVS, communiter. Varro rerum humanarum: *Etenim vt Deos colere debet communitus ciuitas, sic singulæ familiæ debemus.* Non.

COMMVTATVS, mutatio. Sic *Collectus*, pro collectio. Lucr. lib. 1.

Quapropter quoniam quæ paulo diximus antè
In commutatum veniunt, constare necesse est
Ex aliis ea, quæ nequeant conuertier vnquam.

COMOEDICE, festiuè. Plaut. Milite: *Euge, Euschemè hercle adstitit, & dulcè & comœdicè.*

COMPAGINA, compages. Innoc. de cas. litt. *Quomodo in litteris compertum colligo ab omni compagina litterarum.* Idem: *De a, vsque ad z, omnis compagina litterarum.* Glossæ, *Compagitas ἁρμολογία.*

COMPAGINANTES AGRI, qui se inuicem tangunt. Frontin. de lim. agr. *Cùm ager diuisus militi traderetur, vt extremis à compaginantibus agris limitibúsve suis monimenta sepulcrave sacrarentur.* Innoc. de cas. litt. *Si in monte fuerit constitutus, excogimus finem habere contra duas paginas fundorum.*

COMPARSIT, pro compercit. Terent. Phormione:

Quod ille vnciatim vix de demenso suo, (miser,
Suum defraudans genium, comparsit id illa vniuersum arripiet.

COMPASCVVS AGER, communiter omnibus ad pascendum relictus:

relictus. Fest. Isidorus Orig. lib. 15. cap. 13. Fron. de lim. agr. *Propter quod ea compascua multis locis in Italia.* Aggenus de fin. *Videndum quoque, quoniam & pascuorum proprietas pertinens ad fundos, sed in commune, propter quod ea compascua multis in locis communia appellantur.* Hygenus de lim. agr. *Si qua compascua, aut siluæ fundis concessæ fuerint.* Vocatur & *communalis*, & *ager in diuiso.* Aggenus Vrbicus de lim. *Relicta sunt & multa loca, quæ veteranis data non sunt: hæc variis appellationibus pro regionibus nominantur: in Hetruria, communalia, quibusdam prouinciis, pro indiuiso: hæc ferè pascua certis personis non sunt data depascenda.*

COMPASCVVM IVS dixit Valer. lib. 6. cap. 7. Ex instrumento terminorum inter Genuenses & Vlturios: IS EVM AGROM NEI HABETO, NIVE FRVIMINO. QVEI AGER COMPASCVVS ERIT. *Compascuus locus* Apuleio dicitur qui sibi cum altero asino communis erat ad pascendum. Apul. lib. 4. *Nec me cum equo, vel asino meo compascuus locus attinere potuit.*

COMPASTICÆ DELICIÆ, arrogantes, superbæ: à κομπάζειν. Plaut. Truculento: *Verùm nunc saltem si amas eam, tum mihi nonnihil de tuis deliciis compasticis.*

COMPAVITVS, conculcatus. Vide *Pauire.* Apul. lib. 7. *Misera illa compauita atque dirupta, ipsa quidem cruciabilem cladem sustinuisset, nobis verò pœnale reliquisset exitium.*

COMPEDIO, compedes iniicio. Varro Flextabulo, ἐπὶ ἐπαρχιῶν: *Domo exeo, intro, & pedes corrigiis compedio.* Non. Hinc *Compeditus*, compedibus ligatus. Plaut. Rudente: *Nunc quam spem, aut opem, aut consilij quid capessam? Ita his solis locis compedita sum.*

COMPERCE, pro parce. Plaut. Pœnulo: *Pura sum, comperce me amabo attrectare, Agoraštocles.*

COMPERNES, γονύκροτοι, genibus plus iusto coniunctis. Glossis, σύνμυροι. Plaut. Milite: *Aut vanum, aut valgum, aut compernem, aut pœtum, aut bronchum filium.*

COMPERNES, longis pedibus: Lucil. Satyr. lib. 3.

Compernem, aut varam fuisse Amphitruonis ἀκοίτιν
Alcmenam, atque alias, Ledam ipsam. Non.

COMPETENTISSIMÈ, conuenientissimè. Apul. Apolog. *Competentissimè videor vsus Platone, vt vitæ magistro.* Fabius Victorinus in 1. Rhetor. Cicer. *Debemus attendere quid ad intentionem competenter respondere possit.*

COMPILARE, pilis nudare, pilos euellere. Apul. lib. 8. de asino aureo: *Sed occipiens à capite, imò verò & ipsis auribus totum me compilabat, cædens fuste grauissimo.* Idem lib. 9. *Nec dubio me lanceis illis & venabulis membratim compilassent.*

COMPILARE, surripere; à Græco σιλᾶν, quod est complanare. Glossarium: *Compilat*, συλᾶ. vnde *Compilatus* Nonio dicitur, qui furtum passus est: cùm ij qui è domo supellectilem detrahunt, æquare omnia & complanare videantur. Asconius interpretatur, ne pilos quidem relinquere: alij in vnum condere, ab agmine pilato, quod est denso ac presso. Varro: *Duo sum*

agminum genera, quadratum, quod immistis etiam iumentis incedit, vt vbiuis possit considere: pilatum alterum, quod sine iumentis incedit, sed inter se densum est, quo facilius per iniquiora loca trami ttatur. Seruius P. Danielis. Plaut. Menæchmis: *Egon' hîc me patiar esse in matrimonio, vbi vir compilet clanculum quidquid domi est, atque ad amicam deferat?* Horat. lib. 1. serm. sat. 1.

——— *ne me Crysippi scrinia lippi*
Compilásse putes, verbum non amplius addam.

Apul. Apolog. *An inuasisse me domum Pudentillæ, & compilasse bona eius.*

COMPITVS, pro compita. Varro de scenicis originibus lib. 3. *Vbi compitus erat aliquis.* Cæcilius Titthe: *Vidi adiacentem compitum.* Varro, περὶ αἱρέσεων: *Porrò ab vnoquoque compito ternæ viæ oriuntur, ex quibus singulæ exitum ac telos habent, proprium à primo compito dextimam viam munit.* Prisc. lib. 3.

COMPLECTO, pro complector. Pompon. Fullonibus: *Eum ergo quando conuenit cõplectite: Mi frater salue: ô soror, salue mea.* Plaut. Asinariâ: *Circumdatóque me brachiis, meum collum circumplectite.*

COMPLICES, consortes. Sidon. lib. 8. epist. 12. *Capto qui fuerat ipsius factionis fomes, incentor, antesignanus, cæteríque complicibus oppressis.*

COMPLVRIES, sæpè. Cato Originum lib. 4. *Compluries eorum milites mercenarij inter se multi, alter alteros castris occidere.* Plaut. Persâ: *Quid metuis? metuo Herclè verò, sensi ego iam compluries.*

COMPLVRIENS, idem. Cato Suasione in legem populi: *Quod compluriens vsu venit, omni tempore ventum est, rempub. reddimus.* Non. Idem: *Contumelias mihi dixisti compluriens.* Fest.

COMPOSITIVS, magis compositè. Tacitus lib. 15. *Occulto præcepto, compositius cuncta, quàm festinantius agerent.*

COMPOTIVIT, compotem fecit. Plaut. Rudente: *Quæ in mari fluctuoso, piscatu nouo me vberi compotiuit.* Apul. lib. 11. Metam. *Euidenter monuit aduenisse diẽ mihi semper optabilẽ, quo me maximè voti compotiret.* Idem Florid. *Prædâ quam ore gestabat, seductricem compotiuit.*

COMPRÆCIDO, seco, simul præcido. Hygenus de const. lim. *Hæ duæ lineæ altera alteram compræcidẽt.*

COMPRÆDES, eiusdem rei sponsores. Fest.

COMPRESSVS, cum virgine admissio dicitur. Plaut. Truculento: *Nam ad amicam decimo mense post Athenas Atticas viso, quam grauidam hîc reliqui meo compressu, quid ea agat.*

COMPTVS, genus libaminis, quod farinâ inspersâ fiebat. Afranium pro ornatu & excultu posuisse, auctor est Festus. Et Lucr. lib. 1. *Virginei comptus*, pro ornamentis dixit.

CON QVEM in antiquis marmoribus inuenimus scriptum, pro cum quo. Glossæ: *Con*, σύ. Romæ in ædibus Aulij Delphinij:

ΠΑΤΗΡ ΧΑΙΡΕ.

D. M.

AVRELIVS DIO-GENETI SACERDOTI VENEMERENTI F. AVRELIA CÆRIS COIVX CON QVEM VIXIT AN. III-

CONA

CONARE M, pro conarer. Ennius apud Priſc.

CONATA, conatus. Sueton. Galbâ cap. 17. *Quo faciliorem occaſionem M. Syluio Othoni præbuit perficiendi conata intra ſextum adoptionis diem.* Lucr. lib. 5.

Quod facere intendunt, neque adhuc conata patrantur.

CONCALFACERE, excitare, incendere. Cic. ad Panſam lib. 7. *Nos Vatidianis rumoribus concalfecimus.* Idem de natura Deorum lib. 3. *Et ait idem cùm brachium concalfecerit, tum ſolere ſe pugnare.*

CONCELEBRARE, commouere. Lucr. lib. 1.

Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes Concelebras.

CONCELEBRARE, diu amare. Lucil. lib. 30. Satyr.

Multis indoctis ſermonibu' concelebrarunt. Non.

CONCENTVRIO, colligo. Plaut. Trinummo: *Nam epiſtola illa concenturiat mihi metum in corde.* Idem Pſeudolo:

Concedere hinc aliquantiſper mihi intro libet,

Dum concenturio in corde ſycophãtias.

CONCESSO, ceſſo. Plaut. Aſinariâ: *Sed quid ego hîc properans conceſſo pedibus, linguâ largior?* Idem Pœnulo: *Poſtquam aurora eſt, nunquam conceſſauimus lauari, aut fricari, aut ornari.* Colum. lib. 11. cap. 1. *Vt in itineribus conficiundis dimidio maturiùs peruenit is, qui gnauiter, & ſine vllis conceſſationibus permeat.*

CONCIDERE verbum fuit nequitiæ olim, intérque iocos Feſcenninos vſurpatum, vt & *dolare, cædere, diuidere.* Lamprid. Antonino Alagabalo: *Nupſit & coiit, vt & prænubum haberet, clamaréque,* CONCIDE MAGIRE. Pompon. Medico: *Dolâſti vxorem, nunc ea propter me cupis Concidere.* Lucil. lib. 7. Satyr.

——— *vetulam atque viroſam*
Vxorem cædam potius, quàm caſtrem egomet me.

Cic. 3. in Verrem: *Cum L. Vulteio, qui plurimum poteſt,* CÆDE, CONCIDE. *Videte quàm valdè malitiæ ſuæ confidat Timarchides, qui etiam Apronio improbitatis præcepta det. Iam hoc cæde, concide, nonne verba domo patroni depromere videtur ad omne genus nequitiæ accommodata?* Plaut. Caſinâ: *At at cædundus tu homo es.* Apul. lib. 9. *At verò adulter rectiſſimus inclinatam vxorem fabri ſecurè dedolabat.* Plaut. Aululariâ: *Me tu quidem herclè, dicam palàm, non diuides.*

CONCIERE, cum perturbatione mouere. Afran. Depoſito: *DI ſunt irati tibi, qui conciere cogites tantum mali.* Accius Medeâ: *Niſi quas terreſtres pontus ſtrages concier.* Ennius Dulorefte: *Extemplò Ægyſthi fidem nuncupantes cõciebant populum.* Non. Plaut. Aſinariâ: *Tu ergo face, vt illi turbas & lites concias.*

CONCILIARE, verbum fullonicum. Græcè ἰᾶσθαι, πιέζειν, συμπιλᾶν. Varro lib. 5. de L. L. *Apud fullonem veſtimentum cùm cogitur conciliari dicitur.* Dictum autem à ciliis, Græcis κιλίκια dictis. Hinc Galli *fouler* dicunt; & à ciliis exacta veſtimenta *Filtra* vocant. De quo Titin. Fullonibus apud Nonium: *Terra hæc noua eſt, quaſi vbi tu ſolitus pedibus argutarier, dum compeſcis cretam, & veſtimenta eluis.*

CONCINENTIA, concentus, harmonia.

monia. Macr. comment. lib.1. cap. 5. *Sed & ad ipsam cæli harmoniam,* ideſt,concinentiam, *hunc numerum magis aptum eſse non dubium eſt.*

CONCINNARE, ordine componere. Plaut.Aſinariâ : *Auceps quando concinnat aream, offundit cibum.* Idem Amphitruone : *Lacrumantem ex abitu concinnas tu vxorem tuam.* Cic. Academ. lib.2. *Quæ cum ſimilitudine verbi maximè concinnare videntur.* Idem de Finibus lib.4. *Cum iis, cum quibus re concinnabatur, verbis diſcrepare.* Næuius belli Punici lib. 4. *Tranſit Melitam Romanus exercitus, inſulam integram vrit, populat, & vaſtam rem hoſtium concinnat.* Non.

CONCINNIS, concinnus. Apul. lib.5. *Lucernámque concinnem, completam oleo, claro lumine præmicantem, ſubde aliquo claudentis aulæ tegmine.*

CONCIPILO, idem quod compilo: ſicut reciprocus, reprocus: incitegere, integere. Plaut. Truculento : *Etiam ſcelus viri minitare ? quem ego offatim iamiam concipilabo.* Apul.de aſino aureo lib. 9. *Nec dubio me lanceis illis & venabulis, imò verò & bipennibus, quæ facilè famuli ſubminiſtrabant, membratim concipilaſſet.*

CONCORDIS, pro concors antiqui dixerunt. Sic *mentis, carnis*, & alia in caſu recto enunciabant. Cæcil. Cratino: *Modò ſit obſequens, hilaris, comis, communis, concordis, dum id quod petit potitur.* Priſc.lib.6.

CONCORDITAS, pro concordia. Pacuu.Hermionâ: *Concorditatem hoſpitio adiunctam, & perpetem probitatem conſeruetis.* Non.

CONCREDVO, pro credo. Plaut. Aululariâ: *Fides nouiſti me, & ego te : caue ſis ne tu in me mutaſſis nomen, ſi hoc concreduo.*

CONCVBIA NOX, tempus primi ſomni;quod tum plerique cubent. Cenſorinus de die natali, cap. 19. Macrob.lib.1.cap.2. Siſenna hiſtor. lib. 4. *Ipſi legati concubiâ nocte oppido digreſſi, iam ſupra hoſtium munitionem ſuccedunt.* Cic.lib.1.de Diuinat. *Concubiâ nocte viſus eſt in ſomnis ei qui erat in hoſpitio.* Apul. lib. 2.de aſino : *Cùm ecce crepuſculum & nox prouecta, & nox altior, & deinde concubia altiora.*

CONCVBINATVS, concubitus. Sueton. Nerone cap. 28. *Super ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus Veſtali virgini Rubriæ vim intulit.* Plaut. Pœnulo : *Illam minorem ſibi in concubinatum vult emere miles quidam.*

CONCVBIVM, à concubitu dictum. Plaut. Trinummo : *Si ante lucem ire occipias à meo primo nomine, concubium ſit noctis priuſquam ad poſtremum perueneris.*

CONCVRSO, pro concurſu. Lucretius lib.1.

Poſtremo duo de concurſo corpora lata
Si citò diſſiliant.

COMDEMNATVS VOTI, pro voti compos factus : liberatus. Titin. Veliternâ : *Fortaſſe notum fuiſſe, quo die liber foret. Nunc eius voti condemnatus immolauit hoſtiam.* Turpil. Leucadiâ : *Et amplius illam comparere condecet, quandoquidem voti condemnata eſt.* Siſenna hiſt. lib. 4. *Quod voto damnati ſetum omnem dicuntur eius anni ſtatim conſecraſſe.* Virg. Bucolicis:

——— *damnabis tu quoque votis.* Non.

CON

CONDENSEAT, pro condenſet. Lucr. lib. 1.

Quòd ſi fortè aliquis cùm corpora diſſiluere
Tum putat id fieri, quia ſe condenſeat aër.

CONDEPSERE, commiſcere. Pompon. Nuptiis: *Partem inſipui, concluſi, condepſui.* Cato de R. R. c. 76. *Poſtea farinæ L I I. conſpergito condepſitóque.* Homer. Odyſſ. μ.

Κῆρον δὲ ῥήσας μελεηδέα.

CONDICERE, dicenda denunciare. Plaut. Menæchmis: *Ob eam induſtriam hodie ducam ſcortum ad cænam, atque aliquò condicam foris.* Liuius lib. 2. ab Vrbe: *Hoc anno induciæ quæ antea ſemper negatæ fuerant, cum Latinis condictæ ſunt.*

CONDITANEVM, quod condiri poteſt. Varro lib. 1. de R. R. cap. 24. *In agro craſſo, & calido, oleam conditaneam, radium maiorem, Sallentinam, Orchitem, Poſeam, Sergianam, Colminiam, Albicerem.*

CONDITIO, conditura. Varro lib. 1. de R. R. cap. 61. *Eius conditio, cùm expreſſa effluxit, quod ſtatim de ea decoquuntur duæ partes, & refrigeratum conditur in vaſe.* Sunt item aliæ conditiones, vt ea, in qua adiicitur muſtum. *Conditio* etiam pro verendis, & pro σωφροσύνῃ vſurpatur; vnde in formula diuortij: *Tua conditione non vtar.* Iul. Capitolinus in Marco Antonio: *Siquidem Fauſtinam ſatis conſtat apud Caietam conditiones ſibi & nauticas & gladiatorias elegiſſe.* Sueton. in Auguſto: *Et conditiones quæſitas per amicos, qui matres familias & adultas ætate virgines denudarent atque perſpicerent.* Lamprid. Heliogabalo: *Romæ denique nihil egit aliud, niſi vt emiſſarios haberent qui & bene naſatos perquirerent, eóſque ad aulam perducerent, vt eorum conditionibus frui poſſet.*

CONDOCEFACIO, moneo. Cic. Tuſcul. 5. *Nemo eſt enim, qui eorum bonorum animum putet eſſe iudicem, eum condodefaciat, vt ea, quæ bona malave videantur, poſſit contemnere.*

CONDVLVS, κόνδυλος, & *Condalus*, anulus: *Condalium*, anellus. Feſt. Plaut. Trinummo: *Satin' in thermopolio condalium es oblitus, poſtquam thermopotaſti gutturem?* Ibidem: *Inter eóſne homines condalium redipiſci te poſtulat, quorum eorum vnus ſurripuit currenti curſori ſolum?* Hinc Plaut. Comœdiam Menandri δακτύλιον cùm verteret, *Candaliam* eam nominauit, quæ citatur à Varrone lib. 6. Analog. & Gellio lib. 3. cap. 3.

CONDVS, qui prompta rurſus condit. Plaut. Pſeudolo: *Imò ego verò eius ſum ſubballio.* HAP. *Quid iſtuc eſt verbi?* PSE. *Condus promus ſum, procurator peni.*

CONFACERE, vnà facere. Lucr. lib. 2.

——— *porrò ex aliis ſentire ſuctis*
Mollia confaciunt.

CONFÆTA ſus, quæ cum omni fœtu ſacrificio adhibetur, qualis fuit, quam cum triginta porculis Æneas mactauit. de qua Virg. lib. 2. Æneid.

CONFESSVS, paſſiuè: vt confeſſum æs, de quo facta eſt confeſſio in XII. Tab. ÆRIS. CONFESSEI. REBVS. QVE. IOVDICATIS. XXX. DIES. IOVSTI. SVNT. Gell. lib. 15.

cap. 13.

CONFICTITANT, confingunt. Næuius in Therimo apud Varronem lib. 6. de L. L.

CONFIT, conficitur. Plaut. Trinum. & Asin. *Confit citò, quam si tu formicis obiicias papauerem.* Virg. lib. 4. Æneid.

——— *nunc qua ratione quod instat*
Confieri possit, paucis aduerte docebo.

Terent. Adelphis: *Hoc confit, quod volo.* Colum. lib. 5. cap. 15. *Tria sunt stercoris genera præcipua: quod ex auribus, quod ex pecudibus, quod ex hominibus confit.* Tali modo Lucr. lib. 5.

Ne forte ex homine, & veterino semine equorum
Confieri credas centauros posse, nec esse.

Græci συμπάτ]εδυ.

CONFLVGES, loca, in quæ confluunt amnes. Homero μισγάγεια. Liuius Andromedâ: *Confluges vbi conuentum campum totum inhumigant.* Non.

CONFLVXET, confluxisset. Lucr. lib. 1.

Vndique ponderibus solidis confluxet ad imum.

Sic *abstraxe.* Idem lib. 3.

Inter equos abstraxe rotas falcésque rapaces.

CONFOEDVSTI, fœdere coniuncti. Fest.

CONFRAGES, loca, in quæ confluunt venti, ac saxa frangunt, vt ait Næuius: *In montes vbi venti frangebant locum.* Isid. lib. Orig. 14. cap. 8. *Conflages* Festus vocat.

CONFVGELA, confugium antiquis, teste Festo.

CONFVTO, commoueo, opprimo. Titin. Setinâ: *Cocus magnum ahenum quando ferret paullâ confutat truâ.* Terent. Phormione: *Confutauit verbis admodum iratum patrem.* Varro Manio: *Harum ædium summa atria confutabant architectones.* Non.

CONGENERAT, coniungit, associat. Accius Phœnissis: *Quidve Adrastio tibi congenerat gentium, aut generum affinitas.*

CONGENVLARE, genu replicato cadere. Sisenna histor. lib. 4. *Multi plagis aduersis icti & congenulati, Romanis præcipitatis ipsi supra voluit in caput.*

CONGENVCLARI, flecti genibus. Cœlius annal. lib. 6. *Ipse regis eminus equo ferit pectus auorsum, congenuclat, percussus deiicit dominum.*

CONGERIA, congeries. Front. de lim. agr. *Finitur testimonio arcarum, riparum, sepulturarum, congeriarum, carbunculorum, riuorum.* Siculus Flacc. de cõd. agr. *Alij iuniperos, alij congerias lapidum pro terminis obseruant.* Vitalis de agr. *In aliis locis congerias lapidum fecimus.* Mago & Vegoia: *Ex ipso metallo, saxum à ferro assignauimus, aut certè congerias petrarum.*

CONGERMANESCERE, coalescere. Quadrig. annal. *Facite exemplo eorum, vt vos cum illis congermanescere sciatur.* Varro rerum humanarum lib. 3. *Postea cum his vnam rempub. coniuncti, & congerminati tenuere.* Apul. lib. 2. de asino: *Iámque æmula libidine in amoris parilitatem congermanescenti mecum.*

CONGERONES dicuntur, qui aliena ad se congerunt: *Gerones* enim raptores sunt, & fures. Plaut. Persâ: *Iam pol hìc credo aderit congero meus.* Idem Mostellaria: *Capio consilium*

consilium, vt senatum congeronum conuocem. Idem Truculento: *Ite ite hac simul mulieri, damnigeruli foras gerones, bonorum hamaxagoga.*

CONGERRO, socius, quo cum nugamur: à gerra, quod tum crates & fascinos, tum pudenda interpretatur. Non. Hesych. γέρρα τὰς σκιὰς καὶ τὰ ἀνδρῶα καὶ γυναικεῖα αἰδοῖα. Plaut. Mostellariâ: *Nunc ego me illâ per posticum ad congerrones conferam.* Idem Truculento: *Quia ei vt simitu veniunt ad scorta congerrones.*

CONGIARIVM, munus quo populum princeps donat. Sueton. Tiberio: *Congiarium populo trecentos nummos viritim dedit.* Senec. *Congiario populus donabatur, sicut donatiuo milites.*

CONGLOMERARE, inuoluere, superaddere, συναθροίζειν. Gloss. Ennius Thyeste: *Heu mea fortuna, vt omnia in me conglomeras mala.* Lucr. lib. 5.

Quàm tenui constat suturâ, quámque loco se
Contineat paruo, si possit conglomerari.

CONGRÆCARE, potationibus. Græcorum more absumere [Græci enim bibaces perhibentur: Cic. lib. 1. accusat. *Fit sermo inter eos, & inuitatio, vt Græcorum more biberetur: hortatur hospes, poscunt maioribus poculis.*] Plaut. Bacchidibus: *Atque id pollicetur, se daturum aurum mihi, quod dem scortis, quódque in lustris comedim & congracem pater.*

CONGREDIAS, pro congrediaris. Plaut. Epidico: *Quid si adeam? haut scio, an congredias, si hæc ea est.*

CONGRVITAS, congruentia. Symmach. lib. 9. epist. 48. *Cuius rei impetrationem facilem fore, personarum promittit æquatio, & honestate & possibilitate congruitas.*

CONIECTARIVM, efficax, perfectum. Cic. fin. lib. 4. *Illud verò minimè coniectarium, sed in primis habes illorum.*

CONIECTOR, interpres somniorum. Cic. lib. 2. Diuinat. *Defert ad coniectorem quidam somniasse se, ouum pendere ex fascia lecti.* Plaut. Aululariâ: *Ego Tiresiam coniectorem aduocabo, & consulam, quid faciundum censeat.* Idem Curcul. *Mane sis dum huic coniicio somnium.* Idem Milite: *Da quod dem quinquatribus præcantatrici, coniectrici, ariolæ, atque haruspicæ.* Idem Pœnulo: *Isti quidem orationi OEdipo opus est coniectore.*

CONIECTVS, coniectio, congregatio, in vnum coitio. Lucr. lib. 5.

Sed quibus ille modis coniectus materiai
Fundarit cœlum ac terram, pontíque profundum. Idem lib. eodem:
——— quo sic elementa vaporis
Vndique conueniant, & sic coniectus eorum
Conflnat. Idem lib. 6.
——quasi quid pugno brachiáq; supernè
Coniectu trudatur. Idem lib. 4.
Fit ratione eâdem coniectus porrò animai *Altior.*

CONISCARE, cornibus arietare. Cic. in Pisonem apud Quintilianum lib. 8. *Caput opponis, cum eo coniscans.* Lucr. lib. 2. [*scant.*
Et satiati agni ludunt blandéque coni-

CONIVGA, coniux. Apul. lib. 6. Metamor. *Magni Iouis germana & coniuga, siue tu Sami qua querulo par-*

tu vagituque & alimonia tua gloriatur, tenes vetuſta delubra.

CONIVOLA, oſcula Feſto. Gloſſis etiam *concordem* ſignificat.

CONLATIVVM SACRIFICIVM, quod ex collatione offertur. Vnde *Conlatia* oppidum prope Romam dictum, eo quòd ibi opes aliarum ciuitatum fuerunt conlatæ, à quo & porta *Conlatina* Romæ appellata.

CONLATIVVS VENTER, magnus, turgidus. Plaut. Curculione: *Quis eſt hic homo, cum conlatiuo ventre atque oculis herbeis? Conlatiuus fauor,* ἐπάλληλος, promiſcuus. Macr. comment. lib. 1. cap. 6. *Nec ſolùm explicandis corporibus hi duo numeri conlatiuum præſtant fauorem.*

CONLECTVS, collectio. Virg. in Ætnâ:

Pellit opes conlectus aquæ.

Lucr. lib. 3.

At contra lapidum conlectum ſpiclorúmque
Nenu poteſt. Idem lib. 4.
At conlectus aquæ digitum non altior vnum.

CONLOCARE dicebant, cùm defunctum conſanguinei, aut hæredes iam conclamatum, ablutum, & à pollinctore vnctum, atque albâ indutum veſte, ex penitiore ædium loco, in domus veſtibulum lecto conlocabant, ita vt corpus foras ſpectaret, facie pedibúſque in publicum vorſis. Hic ritus *Conlocatio* vocabatur. Quo alludit Plautus Amphitruone: *Agite pugni, iam diu eſt, quòd ventri victum non datis, iam diu videtur factum, heri quòd homines quatuor in ſoporem conlocaſtis nudos.* Perſius:

Compoſitus lecto craſsíſque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendis.

CONLVCARE, ramos officientes lumini amputare. de quo Ouidius:

Seu mea falx ramo lucũ ſpoliauit opaco
Vnde data eſt teneræ ſiſcina frondis oui.

Columella lib. 2. *Neque terram aperire, neque arborem conlucare.* Gloſſarium: *Conluco* διαυαθαίρω δένδρον. Cato cap. 139. *Lucum conlucare Romano more ſic oportet.*

CONNIVO, CONNIXI, pro conniueo, conniui. Caluus epigr. *Cum grauis ingenti conniuere pupula ſomno.*

Turpil. Paraterusâ: *Dum ego connixi ſomno, hic ſic proſpexit vigilans virginem.* Priſc. lib. 9.

CONQVEXI, inclinaui: à conquinio. Pompon. Vaccâ, vel Marſupio: *Simul intro veni, acceſſi ad patrem, prendi manum, in terra vt cubabat nuda, ad eum vt conquexi, interim mulieres conſpiciunt.* Priſc. lib. 10.

CONQVINISCERE, inclinare caput. Plaut. Ciſtellaria: *Faciundum eſt puerile officium, conquiniſcam ad ciſtulam.* Idem Pſeudolo: *Si iſte ibit, ito: ſtabit, aſtato ſimul: ſi conquiniſcet iſte, conquiniſcito.*

CONREGIONE, vel CONRECIONE (vt *inicere, ſubicitare,* pro inigere, ſubigitare) dicitur è regione. In formulâ inaugurationis templi, apud Varronem lib. 6. de L.L. *Interea conrecione, conſpicione, cortumione, vtique ea rectiſſimè ſenſi.*

CONRVSPARI, conquirere. Plaut. *Coruſpare tua conſilia in pectore.* Feſt. Accius Nyctegreſia: *Iube nunc attentare, iube nunc animo ruſpari.* Non.

CON

CONSCIENTIA DOMINICA, nouiter positum, pro conscio domino. Auctor de limit. constit. *Si serui faciant, dominio mutabuntur in deterius: sed si conscientiâ dominicâ fiet, celeriùs domus extirpabitur, génsque omnis interiet.*

CONSCRIBILARE, conscribere. Varro Columna Herculis, ἀφ' ὁδὸς: *Ita eas in cerâ conscribilauit, Herculis ad litem.* Idem Marcipore: *Astrologi non sunt, qui conscribilarunt pingentes calum.* Catull. epigram. 22.

Iniusta turpiter tibi conscribilant flagella.

CONSCREABOR, pro conscreabo. Plaut. Persâ: *Sed quis hic ansatus ambulat? magnificè conscreabor.*

CONSCRIPTI, qui ex equestri ordine patribus adscribebantur, vt senatorum numerus adimpleretur. Fest. Liuius lib. 1. ab Vrbe: *Deinde quo plus vitium in senatu frequentia etiam ordines faceret, cadibus regis diminutum patrum numerum primoribus equestris gradus electis ad trecentorum summam expleuit.*

CONSECRATVM, scelestum, detestabile. Vide *Sacrum.*

CONSEDO, id est, concessor. C. Hemina lib. 4. annalium: *Nemo vicinus consedo.* Non.

CONSENTIA SACRA, multorum consensu statuta, vt Claudiorum, Corneliorum, Valeriorum, &c. Sic & *Consentes dij*, consensu recepti.

CONSENTITVR. Gell. lib. 3. cap. 11. *Super ætate Homeri atque Hesiodi non consentitur.* Idem lib. 10. cap. 7. *Omnium fluminum maximum esse Nilum consentitur.*

CONSEQVI, passiuè, ἀντεθῆναι. Orbilius: *Quæ vix ab homine consequi possunt.* Sic Verrius: *Sæuitiáque eorum abominaretur ab omnibus.* Et Varro: *Tribunitio auxilio adminiculati:* βοηθηθέντες. Prisc. lib. 8.

CONSEQVVS, vt perficus, præficus. Lucr. lib. 5.

Atque vti res mundi ceoidere ab origine primâ [*dine certo.*

Consequa natura est iam rerum ex or- Apul. lib. 5. *Et per nubilas plagas pendula, comitatus extrema consequa.* Sidon. lib. 7. epist. 14. *Sanè qualiter studiorum tuorum consectaneus fiam, consequa parte reserabitur.*

CONSIPTVM, pro conseptum. Ennius Medea: *Teneor consipta, vndique venor.* Varro lib. 4. Analog. *Gallorum ossa qui possederunt vrbem ibi coaceruata ac consipta.* Sic *augisco* pro augesco. Ennius annali primo, & Varro ἀφ' διαθήκης, siue Testamento: *Qui rem Romanam Latiúmque augiscere voltis.* Eodem modo *sicare, luciscit*, pro secare, lucescit. *Consiptũ*, clauis præfixum. Fest.

CONSITVRA, consitio. Cic. de Repub. lib. 1 *Quæ videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinæ indiciis interpretabatur.*

CONSOCIATISSIMVS, coniunctissimus. Cic. *Nunc quod à te peti literis iis, quas Roma tabellariis tuis dedi, velim tibi cura sit, vt quæ successori coniunctissimo & amicissimo commodari potest is, qui prouinciam tradit, ea pro nostrâ consociatissimâ voluntate erga te cura ac diligentia tua complectare.* Eodem modo & *opinionissimus* dixit Cicero.

CONSOLARET, pro consolaretur. Varro Ædipothyeste: *Per idem tempus Oedipus Athenas, exsul venire dicebatur, qui consolaret.*

CONSORTIO, societas. Lucil. Sat. lib. 19. *Deierat enim scripsisse, & post non scripturum, redi in consortionem.* Cic. 3. offic. *Dissoluatur necesse est omnis humana consortio.* Liu. lib. 6. *Quanam ista suauitas, quanam consortio est?*

CONSPICILLVM, vnde conspicere possis. Plaut. Medico: *In conspicillio pallium adseruabam.* Non.

CONSPONSORES, coniuratores, qui pœna sacramenti in litem aliquam se prouocant mutuò. Formula prouocationis hæc erat: QVANDO NEGAS, TE SACRAMENTO QVINQVAGENARIO PROVOCO, ET QVA DE RE PETO LAVDABILITER IVRA. Cic. lib. 5. ad Atticum: *Velim des operam, vt inuestiges ex consponsorum tabulis, sitne ita.* Idem: *Si Galba consponsor tuus redierit, non desinam cum illo communicare.*

CONSPONSOS, fide mutuâ colligatos dicebant antiqui. Fest.

CONSTERNARI, pro erigi dictum. Pacuu. Peribœa: *Consternare animo, expectora hæc, & voluito consilium subitò, quod re natâ subit modò, quo pacto inimicis mortem, & huic vitam adferas.* Idem Duloreste: *Vnde exoritur? quo præsidio fretus? auxiliis quibus? quo consilio consternatur? qua vi? cuius copiis?* Non.

CONSTITVTVS, consistentium hominum multitudo. Varro lib. 5. Analog. *Comitiales dicti, quòd tum esset populi constitutus ad suffragium ferundum.*

CONSVETIONEM, pro consuetudine Plautum dixisse tradit Festus.

CONSVLO, pro iudico, statuo. Accius Bruto: *Qui rectè consulat consul fuat.* Varro lib. 4. de L. L.

CONSVMPSE, pro consumpsisse. Lucr. lib. 1.

Omnia enim debet mortali corpore quæ sunt
Infinita ætas consumpsse, anteacta dieisque.

CONTAGI FVNGITVR, pro contactu potitur. Lucr. lib. 4.

Corpus enim magis his vitiis adfine laborat,
Et mala multa animus contagI fungitur eius.

CONTARI, dubitare, differre. Virg. Æneid. 6.

——— *qui nobis contando restituit rē.*

CONTRARIVM ÆS, graue æs. Fest.

CONTEMNIFICVS, fastuosus. Lucil. lib. 36. Satyr. *Ego enim contemnificus fieri & fastidire Agamemnonis.*

CONTEMPLO, pro contemplor. Næuius Danaë: *Contemplo placitæ formam & faciem virginis.* Accius Philoctetâ: *Contempla hanc sedem, in qua ego nouem hyemes saxos stratus pertuli.* Titin. Fullonia: *Aspecta formam, atque os contempla meum.* Ennius Medeâ: *Asta atque Athenas antiquum opulentum oppidum contempla, & templum Cereris ad lævam aspice.* Non. Plaut. Asinariâ: *Meum caput contemples, siquidem ex re consultas tua.* Idem Epidico: *Non oris caussâ modò homines æquum fuit sibi habere speculum, vbi os contemplarent suum.* Idem Trinummo: *Loca contemplat, circumspectat sese, atque ædes noscitat.* Iterum Epidico: *Contempla Epidice vsque ab vnguiculo ad capillum summum, est festiuissima.* Idem Mostellariâ: *Contempla amabo mea scapha*

satin

satin' hæc me vestis deceat. Ibidem: *Quin me aspice & contempla, vt hæc me deceat.* Ibidem: *Agedum contempla aurum & pallam.* Milite: *Tu cætera cura, & contempla.* Mercatore: *Quando incedat per vias contemplet, conspiciat omnes.* Persâ: *Ædepol qui cùm hunc magis contemplo, magis placet.*

CONTEMPTIM, contemnenter. Næuius belli Punici lib. 6. *Superbiter, contemptim conteret legiones.* Plaut. Pœnulo: *Sed tamen quanquam sumus pauperculi, est domi quod edimus, ne nos tam contemptim conteras.*

CONTEMPTIO, contemptus. Cic. lib. 5. de repub. *Quæ virtus fortitudo vocatur, in qua est magnitudo animi, mortis doloríque magna contemptio.* Idem offic. lib. 3. *Fortitudo, quæ est dolorum, laborum contemptio.* Idem Hortensio: *Laborum, mortis, dolorúmque contemptio.*

CONTENDERE, pro comparare. Accius Tereo: *Video te mulier more multarum vtier, vt vim contendas tuam ad maiestatem viri.* Lucil. Satyrarum lib. 1.

——— *vt contendere possem*
Thestiados Ledæ, atque Ixionas Αρχιλοχείω.

Cæcilius Thitte: *Egón' vitam meam Atticam contendam cum istac rusticana Syra?* Plaut. Vidulariâ: *Signum rectè comparebat, huius contendi annulum.* Licin. Macer epist. ad Senatum: *Illi suam vitam mecum contendunt, quorum in corpore ita crebra sunt vulnera vitæ, nou accicatrici vt locus non sit.* Næuius Lycurgo: *Caue sis tuam contendas iram contrà cum ira Liberi.* Non.

CONTENEBRAVIT, tenebræ obortæ sunt. Varro lib. 2. cap. 2. de R. R. *Ab occasu paruo interuallo interposito ad bibendum appellunt, & rursus pascunt quoad contenebrauit.*

CONTENTE, parcè, continenter. Plaut. Asinariâ: *Quanquam illum mater arctè contentéque habet.* Cic. lib. 1. Tuscul. quæst. *M. Antonium vidi, cùm contentè ipse pro lege varia diceret, terram tangere.*

CONTERNATIO, & CONTERNARE, vt combinatio. Hygenus de limit. constit. *Quòd si illis permissum erit vt inter conuenientes conternentur, conternati sortiri debebunt, qui tres primùm centuriæ sortem accipere debeant: conternationum factarum singuli sortibus nomina inscribemus.* Idem: *Quæ centuria primùm exibit, ad primam conternationem pertinet.*

CONTI, hastæ longiores. Virg. Æneid. lib. 9.

——— *telorum effundere contrà*
Omne genus Teucri, & duris detrudere contis.

CONTIGNVM, frustum carnis cum septem costis demptum. Fest.

CONTOLLO, pro confero, contrà tollo. Plaut. Bacchidibus: *Is est, adibo contrà, & contollam gradum.*

CONTVOLI, oculi, in angustum coacti, conniuentibus palpebris. Plaut. Curcul. *Tùne etiam cum contuolis oculis odium me vocas?*

CONVALLIA, & CONVALLIA LOCA, conualles. Innoc. de caf. litt. *Sub se finem præcipitium, ante se fines subiacentes per conuallia.* Auctor expos. termin. *Et conuallia eius fundi finem indicent.* Idem: *Si diuastellium inuenerit vnum ex terminis, demonstrat aquæductus, & conuallia loca significat.*

CONVASARE, furto colligere. Terent. Phormione: *Aliquid conuasassem, atque hinc me coniicerem protinam in pedes.* Sidon. lib. 7. epist. 3. *Et diligenter quæ ad socrum pertinuerant rimatis conuasatisque.* Idem lib. 1. epist. 9. *Cunctim undique omnium laudum conuasatis conclamationibus.*

CONVENTA, conditio, cùm primus sermo de nuptiis habebatur. Formula repudij erat: *Conditionem tuam non vtor.* Sic *Conditiones* liberis quærere parentes dicebantur.

CONVENTIO, pro concione, antiquo more. Varro lib. 5. de L. L. *Post autem conuentionem habet, qui lustrum conditurus est.* Ibidem: *Calpurnius dicit, voca ad conuentionem omnes Quirites huc ad me. Accensus dicit, sic omnes Quirites ite ad conuentionem huc ad iudices.*

CONVERRITOR, purgator. Apul. Apolog.

Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,
Conuerritorem pridianæ reliquiæ,
Ne qua visatur tetra labes sordium,
Restrictis forte si labellis riseris.

CONVERTITVR, conuertit. Plaut. Amphitruone: *Sed in fugam se nemo tamen conuertitur.*

CONVIVANT, conuiuantur. Ennius Satyr. lib. 1. *Malo hercle suo magno conuiuat, sine modo.* Pompon. Mundis: *Si Calendis conuiuent, Idibus cœnant foris.*

COPIANTVR, augentur. Cœlius lib. 1. *Armis & magno commeatu prædáque ingenti copiantur.* Gell. lib. 17. cap. 2.

COPIDES, sunt cultri, seu gladij recurui, quibus elephantorum promuscides in bello milites amputabant. De his Q. Curtius. Suidas tradit *copida* esse machæram: Græcis κόπη est manubrium gladij. Apul. lib. 11. *Hic incinctus baltheo militem gerebat, illum succinctum chlamyde copides & venabula venatorem fecerant.*

COPIS, copiosus. Pacuu. Peribœâ: *O multimodis variè dubium & prosperum copem diem.* Turpil. Epiclero: *Te quidem omnium iam pater, copem cum sua causa facit.* Plaut. Pseudolo: *Atque ego nunc me vt gloriosum faciam, atque copi pectore.* Idem Bacchidibus: *Vt amantem herilem copem facerem filium.* Et Truculento: *Pro me amantiam, venustatem, gaudia, copes amores.*

COPVLANTVR, pro copulant, coniungunt. Plaut. Aululariâ: *Adeunt, consistunt, copulantur dexteras.* Sic Sueton. Augusto: *Neque aut crebriùs, aut perfidiosiùs rebellantes grauiore vnquam mulctatus est pœna.*

COQVINARE, coquere. Plaut. Aululariâ: *Neque ego vnquam nisi hodie ad bacchas veni in bacchanal coquinatum.* Idem Pseudolo: *An tu coquinatum te ire quoquam postulas?*

COQVITARE, pro coctitare, frequenter coquere. Plaut. Pseudolo: *Quanti vnum istoc me coquitare perdoces?*

COQVVS, & pistor antiquis idem. Næuius: *Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem*; [id est, pisces, olera, panem.] Festus.

COR, masculinè extulisse Ennium in 13. annali, cùm ait:

Annibal audaci dum pectore me dehortatur
Ne bellum faciam: quem credidit esse

se meum cor?
Auctores sunt Cesellius Vindex, & Non. Marcellus: de quo vide Gellium lib. 7. cap. 2.

CORACEM, pro coruo. Cic. de orat. lib. 3. *Quare coracem illum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere?*

CORBILÆ, vel CORBVLÆ, parui corbes. Varro lib. 1. de R. R. *Cogit aliquot corbilas vuarum, & frondem iucundissimam ministrat ouibus.* Plaut. Aululariâ: *Nisi vnum hoc faciam, vt in puteo cœnam coquant, coctam inde subducemus corbulis.* Cato cap. 2. de R. R. *Villicum habere oportet corbulas Amerinas quatuor.* Et cap. 26. *Vasa, torcula, corbulas, fiscinas, funes.*

CORBITA, genus nauis grande, & tardum. Lucil. Satyr. lib. 15.

Multa homines portenta in Homero versificata
Monstra putant: quorum in primis Polyphemu' ducentos
Cyclops longu' pedes, & porrò huic maiu' bacillum
Quàm malus nauis in corbita maximus vllâ. Non.

Plaut. Pœnulo: *Obsecro herclè operam celocem hanc mihi ne corbitam date.* Idem eâdem: *Tardiores quàm corbitæ sunt in tranquillo mari.* Hinc *Corbitare*, corbitam onerare. Plaut. Casinâ: *Ego noui ambas estrices, corbitant vbi comesse possunt.*

CORCVLVM, dim. à corde. Plaut. Casinâ: *Nunc Pol ego sum liber meum corculum, melculum, verculum.* Ponitur pro solerte & acuto, quo nomine dictus Scipio Nasica bis consul, apud Cic. lib. 1. Tuscul. quæst. Plin. lib. 7. cap. 31. *Catos corculos apud Romanos nominatos refert, qui sapientiâ præpollebant.*

CORDA, frumenta, quæ serò matureſcunt. Fest.

CORDICITVS, animitus, in corde. Sidon. lib. 4. epist. 6. *Siquidem prudentibus cordicitus insitum est, vitare fortuita.*

CORDOLIVM, cordis dolor, καρδιαλγία. Quidam pro συμπαθεία positum putant, dictúmque pro condolio, vt *Cortumionem*, pro contumio: nec id à corde deriuatum, vt Varro vult, sed à condolendo. Plaut. Cistellariâ: *At mihi cordolium est.* GYM. *quid id? vnde est tibi cordolium, quod neque ego habeo, neque quisquam alia mulier, vt perhibent viri.* Idem Pœnulo: *Sed vbi exempla conferentur meretricum aliarum, tibi erit cordolium.* Apul. lib. 9. *Non vxori, nec vlli familiarium cordolio patefacto.*

CORGO, vel GORGO, profectò antiquis. Pompeius. Glossis διαμφιβόλως: dictum quasi corde ago, seu loquor.

CORIVS, pro corium. Plaut. *Iam tibi tuis meritis crassus corius redditus est.* Varro Eumenidibus: *Nunc corius vlmum tuus depuuit.* Fest. Non. Plaut. Pœnulo:

Nunc mihi blandidicus es, heri in tergo meo
Tres facilè corios contriuisti bubulos.

CORNVS, pro cornu. Varro Eumenidibus: *Phrygiis per ossa cornus liquida canit anima.* Marcell. Lucan. lib. 7.

——— *cornus tibi cura sinistri.*

Lucr. lib. 2.

Præterea lumen per cornum transit, at imber
Respuitur, quare? nisi luminis illa minora
Corpora sunt, quàm de quibus est liquor

quor almus aquarum.

Varro lib. 3. de R. R. cap. 9. *Circum caueas eorum incendendum cornum & vinum, ne quæ serpens accedat, quarum bestiarum ex odore solent interire.* Sic *genus*, pro genu, *gelus*, pro gelu dixerunt antiqui.

CORNVTI, κεραοὶ, κερατοφόροι, boues aratores; quasi cornigeri. Accius OEnomao:

Fortè ante auroram radiorum ardentum indicem.
Cum sono in segetem agrestis cornutos cient,
Vt rorulentas ferro terras vuidas
Proscindant, glebásque ex aruo molli excitent. Non.

Varro lib. 2. de R. R. cap. 7. *Ætas cognoscitur equorum, & ferè omnium, quæ vngulas indiuisas habent, etiam cornutorum.*

CORONAMEN, corona, coronatio. Apul. lib. 11. *Mulieres candido splendentes amicimine, vario lætanies gestamine, verno florentes coronamine.*

CORPORARE, interficere. Ennius Andromeda: *Corpus contemplatur, vnde corporaret vulnere.* Accius σπασπαῖς, vel Trophæo: *Corporare abs tergo es ausus.*

CORTES, ἐπαυλίδες, villarum intra maceriem spatia. Varro lib. 1. de R. R. *Nec minus cum à pabulo redierunt sues, anseres, porci, in corte exteriore.* Idem lib. 1. de vita pop. Rom. *Ad focum hyeme ac frigoribus cœnitabant, æstiuo tempore in propatulo: rure in corte: vrbe in tabulino.* Idem Papiapapæ, ἐν ἐγκωμίων: *Dum vixi promiscam me meis in cortibus pani.*

CORVSCAMEN, coruscatio. Apuleius de Deo Socratis: *Vehit in arctissimis tenebris rapidissimo coruscamine.*

CORTVMIO, pro contumio, ἐνατενισμὸς: (non, vt vult Varro, à cordis visu:) vnde & *Contumax.* Sic *Cordolium*, pro condolio, *cordum*, pro condo (Varro lib. 2. de R. R. cap. 1. *Cum Homerico Melanthio cordo:*) dixerunt prisci. Ex formulâ inaugurationis templi: *Interea conregione, conspicione, cortumione, vtique rectissimè sensi.* Varro de L. L. lib. 6.

CORYTVS, γωρύτος, τοξοθήκη, theca arcuum, aut sagittarum. Virg. lib. 10. Æneid.

Corytique leues humeris & lethifer arcus.

Statius lib. 4. Thebaid.

——— *Cœlestibus implet*
Corytum telis.

Homerus odyss. φ.

ἔνθεν ὀϊστεύεσκε διὰ σταθμοῖο περήσας
τόξου ἀπὸ γναμπτοῦ· ἦν δὲ γωρύτῳ ὃς οἱ περικεῖτο φαεινός.

COSSI, vermes lignorum, postea *Cusi* dicti; vnde Hispani eos etiamnum *Gusanos* nominant. Glossarium: *Cusus*, ξύλου σκώληξ. Plin. lib. 11. cap. 33. *Nec enim cossi tantùm in eo, sed etiam tabani nascuntur. Teredónes* Græci dicunt: Latini aliàs *Termites.* Isidor. lib. 5. cap. 12. *Estque cossus in ligno, quod vermis in carne, tinea in vestimentis, eruca in olere, tarmus in lardo.* A vermium horum similitudine, rugosi corporis homines *Cossos* appellarunt antiqui: vnde & Romæ familia *cossutiorum, cossuniorum*, ac *cossutianorum* denominata: ex qua fuit *cossutia* vxor Iulij Cæsaris, vt Suetonius testatur in vita eius, cap. 1.

COSSIM, quasi coxim: in coxas. Pompon.

Pompon. Porcariâ: *Sciunt hoc omnes quantum eſt, qui coſsim cacant.* Non. Apul. lib. 3. *Complicitis denique pedibus ac palmulis, in alternas digitorum viciſsitudines ſuper genua connexis, ſic grabatum coſsim inſidens vbertim flebam.*

COSTA, ad naues traducitur. Turn. lib. 26. cap. 23. putat coſtas eſſe interiora quædam ſtatumina, quibus laterum compages, & coaſſatio nitebatur, quales in nauibus apparent. Plin. lib. 13. cap. 9. cùm de ſpina loquitur, quæ Græcis ἀναβόλη. *Spina*, inquit, *vtiliſsima nauium coſtis.* & Perſ. Satyr. 6. *Coſta ratis lacera.* Senſu non impari Virg. lib. 2. Æneid. de equo Troiano,

— *Sectáque intexunt abiete coſtas.*

COTTABISIN, ſeu COTTABVM, κότταβον ludum conuiualem ex eo appellarunt, quòd, qui vini calicem hauſiſſet, ita elidebat in pauimentum, vt ſonitum faceret, qui ſi ſonantior creparet, ſe ab amicâ redamari, & mutuo affectu teneri putabant. Hunc abuſum apud compotores & helluones impuros, qui ſcortis vinóque madidi, & epulis diſtenti erant, in Græciâ inualuiſſe multi adnotarunt. De quo & Iuuenalis Satyr. 3.

A facie iactare manus, laudare paratus, (amicus,
Si benè ructauit, ſi rectum minxit
Si trullâ inuerſo crepitum dedit aurea fundo.

Athenæus lib. 11. & 15. Suidas, & Cicero Tuſc. quæſt. 1. Plaut. Trinummo ad plagarum crepitum tranſtulit, qui cùm ſerui corio bubulo cæduntur, redditur. *Caue ſis,* inquit, *ne bubuli in te cottabi crebri crepent.*

COTVRNIVM, vas, quo in ſacrificiis vinum funditur: aliàs *Guttus*, & *gutturnium.*

COXENDICES, coxæ, ἰσχία. Varro lib. 1. de R. R. *Lata fronte naribus ſimis, lato pectore, craſsis coxendicibus.* Lucil. *Caput collo ſuſtentatur, truncus ſuſtinetur coxendicibus.* Sueton. Octau. Auguſto cap. 80. *Coxendice & fœmore, & crure ſiniſtro non perinde valebat.*

CR

CRACENTES, graciles. Ennius Annalibus: *Succincti gladiis, mediâ regione cracentes.* Feſt.

CRASSITAS, craſſitudo, craſſities. Apul. de mundo: *Adeò illis cognita eſt vis mali, ad inferiora aëris noxia craſsitate denſa, inferiores quoque facilius adire atque percellere.*

CRASSVM, hebes, ſtultum. Varro ſexageſimo: *Senibus craſsis humili non vidimus quid fiat.*

CRASTINI DIE, pro craſtino. Plaut. Moſtellariâ: *Hoc die craſtini vbi herus reſciuerit, caſtigabit eos bubulis exuuiis.* Sic *die quarti, die priſtini, & præpriſtini* dicebant.

CRATERÆ, vaſa vini. Virg. 1. Æneidos:

Crateras lati ſtatuunt, & vina coronant. Cic. in Arato:

In medióque ſinu fulgens cratera relucet.

Apul. Florid. *Muſarum cratera quanto crebrior, quantóque meracior, tanto proprior ad animi ſanitatem.* Ibid. *Prima cratera litteratoris ruditatem eximit.* Varro de vita pop. Rom. lib. 3. *Ad Sybaritanam prædam, in quâ ſunt tripodes, craterę, Anacæa pocula nobilium Tarentinarum.*

rum. Ennius lib. 8. annal. *Illi crateris ex auratis hauſerunt.*

CRATERES, vaſa olearia. Virg. 6. Æneid.

——fuſo crateres oliuo.

Idem Bucol.

Crateréſque duos ſtatuam tibi pinguis oliui.

CRATER etiam Plinio dicitur in Ætnâ foramen ignem vomens, quod in epigr. κρατὴρ, & in fonte *crater* eidem: Homero κρατὴρ.

CREBRISVRVM vallum, crebris ſuris, id eſt, palis munitum. Feſt.

CREBRITER, crebrò. Diomedes lib. 3. *Cùm crebriter pugnas iniret.* Apul. lib. 1. *Fenus denique copioſum ſub arrabone auri & argenti crebriter exercens.* Et lib. 4. *Pedum poſterioribus calcibus iactatis in eum crebriter.*

CREDVO, pro credo. Plaut. Aſinariâ: *Nam neque diuini, neque mî humani poſthac quicquam accreduas Artemona, ſi huius rei me eſſe mendacem inueneris.* Terent. Phormione: *Caue tu iſti quicquam creduas.* Plaut. Bacchidib. *Nam mihi diuini nunquam quiſquam creduat, ni ego illam exemplis plurimis, planéque amo.* Idem eadem: *Nam neque mihi Bellona vnquam, neque Mars creduat.* Idem: *Ædepol tu mihi diuini quicquam creduis poſt hunc diem.* Et Truculento: *Nunquam ædepol mihi quicquam homo mortalis poſthac duarum rerum creduit, ni ego iſta veſtra hero maiori facta denarrauero.* Amphitruone: *Vt tu quoque conciſus pugnis, & illiſis dentibus id impranſus creduas.* Pœnulo: *Quid ego illis poſthac quod loquentur creduam.* Trinummo: *At tu ædepol nullus creduas.*

CREPÆ, capræ dictæ ſunt ab antiquis, quòd crepent curribus. Feſt.

CREPERA res, dubia, anceps. Varro lib. 5. Analog. Accius Phœniſſis: *Quæ ego omnia eſſe fluxa in meâ re crepera comperi.* Idem Telepho: *Nunc tu in re crepera tua quid capias conſilij vide.* Pacuu. Doloreſte: *Non vetet animum ægritudine in re crepera confici.* Lucr. lib. 5.

Exæquataque ſunt creperi certamina belli.

Lucil. Satyrarum lib. 5.

Sanè tu ſolus magno in mœrore metúque
Triſtitiâ in ſumma creperáque inuentu' ſalute.

Symm. lib. 1. epiſt. 13. *Priuſquam manifeſtus dies creperum noctis abſolueret.*

CREPI, Luperci à crepitu pellicularum, quibus obuios in lupercalibus cædebant. Feſt.

CREPIDINES, ſaxa prominentia, in quæ impellens vnda crepitat; κυματώγαι Herodoto. Virg. lib. 10. *Fortè ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi*
Expoſitis ſtabat ſcalis.

Seneca: *Quis crederet iacentem ſuper crepidinem Marium aut fuiſſe, aut futurum conſulem?*

CREPITVLVM, ornamentum capitis. Feſt. Tertull. de pallio: *Et ſtolam, ſupparum, crepitulum, & caliandrum.*

CREPVLVS, crepans. Sidon. lib. 4. epiſt. 15. *Et viatorum ſollicitas aures foliis toto nemore labentibus crepulo fragore circumſtrepit.*

CREPVSCVLASCENS, adueſperaſcens. Sidon. lib. 8. epiſt. 3. *Ad hoc & cùm me defatigatum ab excubiis ad diuerſorium crepuſculaſcens hora reuocauerat.*

CRESSE,

CRESSE, pro creuisse. Lucr. lib. 9.
Haut ita conueniebat, vti iam corpore & vnà
Cum membris videatur in ipso sanguine cresse.

CREVI te amicum, pro decreui. Plaut. Cistellariâ: *Cùm ego antehac te amaui, & mihi amicum esse creui mea Gymnasium.*

CRIMINAT, pro criminatur. Ennius Satyr. lib. 3. *Nam is non benè vult tibi qui falsò criminat apud te.* Non.

CRINIS in fœmin. Plaut. Mostellariâ: *Gerundum morem censeo, & capiundas crines.* Atta epigr.
Præterea tu sis dissolutâ crine capillus.

CRISSO, cæueo, impudicè nates moueo. Fest. Glossarium: *Crissat,* κιλητίζει, deductum à κέλης, ητος: quod pro muliebri pudendo à comicis accipi notat Eustath. odyss. ε. Lucil. Satyr. lib. 11.
Crissatura, vt si frumentum clunibu' vannat.
Martialis lib. 10.
Numquid cùm crissas blandior esse soles?

CROCIRE, κράζειν, coruorum. Plaut. Aulularià: *Simul pedibus radebat terram, & voce crocibat suâ.*

CROCOTA, crocei coloris vestis. Nouius Pedio: *Mollicinam, crocotam, chirodotam.* Næuius Lycurgo: *Palliis, patagiis, crocotis.* Plaut. Epidico: *Caltulam & crocotulam.* Idem Aulularià: *Cùm incedunt infectores, crocotarij.* Cic. de haruisp. resp. *P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro, est factus repentè popularis.* Virg. in Ceiri:
Frigidulam iniectâ circumdat veste puellam,
Quæ priùs in tenui steterat succincta crocotâ.
Etiamnum vestem hanc Gallia decurtato vocabulo *cotam*, siue *cotte*, vocat. Apul. lib. 8. *Mitellis & crocotis & carbasinis & bombycinis iniecti.* Idem lib. 11. *Et simiam pileo textili, crocotisque phrygiis catamiti pastoris specie aureum gestantem poculum.*

CROCOTVLVM, valdè exile. Plaut. Clitellariâ: *Cum extortis talis, cum crocotulis crusculis.* Fest. Prisc. lib. 3.

CRVCE MALO, pro malâ. Ennius annal. lib. 11. *Malo cruce fatum vti des Iupiter.* Non.

CRVCISALVS, in cruce saliens. Plaut. Bacchidib. *Nomen mutabit mihi, faciétque extemplò crucisalum me ex Chrysalo.*

CRVCIVM, quod cruciat: vnde vinum crucium pro insuaui dixit Lucil. Satyr. lib. 18.
——— *nam mel regionibus istis*
Incrustatu' calix crucio caulique bibetur.
Porphirius ad Satyram 3. lib. 1. Horatij. Sic Alexis de vino Corinthio: οἶνος ξενικὸς παρ' ἡμῖν, ὁ γὰρ κορινθιακὸς βασανισμός ἐστιν.

CRVMINA, βαλαντίον, sacculi genus. Plaut. Epidico: *Ipse in meo collo tuus pater cruminam conlocauit.* Idem Truculento: *Homo cruminam sibi de collo detraxit.*

CRVRICREPIDA, cui crura verberibus contunduntur. Plaut. Trinummo: *Teruchus fuit, cerconiehus, crinnus, cercobulus, collabus, oculicrepidæ, cruricrepidæ, ferriteri, mastigiæ.*

CRVRIFRAGVS, cui crura franguntur. Plaut. Pœnulo: *Si herus meus me esse locutum vnquam mortali sciat, continùo is me ex syncerasto crurifragum fecerit.* Gloſſæ: *Crurifragium, σκελαγίς: ἤγουν σκελοκοπία.*

CRVSCVLVM, σκελίδιον, paruum crus. Plaut. Clitellariâ: *Extortis talis cum crocotulis cruſculis.* Martial. *Pectus cicadæ cruſculúmque formicæ.*

C V

CVBA, lectica; vnde *cubiculum.*

CVBANS, qui in lecto quærit augurium. de quo Virg.

Pellibus incubuit ſtratis, ſomnóſque petiuit.

CVBITA, pro cubiti. Lucil. Satyrarum lib. 16.

——— *Lyſippi Iuppiter iſtâ*
Tranſiuit, quadraginta cubita altu' Tarento.

Plin. 7. cap. 16. *Inuenimus in monumentis Salamiam Euthimenis filium in tria cubita triennio adoleuiſſe.*

CVBITVRA, cubatio, concubitus. Plaut. Aſtrabâ: *Pol ad cubituram mater mage ſum exercita, Reliquum ad curſuram ſum tardiuſcula.*

CVCVLIO, cucullus. Cato de R. R. cap. 1. *Nouos fieri centones, cuculionéſque familiam oportuiſſe ſibi ſarcire.*

CVIA operâ, pro cuius. Lucil. Satyr. lib. 30.

Cuiâ operâ troginus calix per caſtra cluebat.

Plaut. Truculento: *Quid eſt, quod vobis peſſumæ, ac cuiâ via?* Terent. Andriâ: *Cuium puerum huc appoſuiſti.*

CVIATIS, ſignificat cuius nationis. Accius Telepho: *Qui neque cuiatis eſſet vnquam potuimus, multa rogantes, ſcire.* Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 5. *Socrates quidem cùm rogaretur, cuiatem ſe eſſe diceret, mundanum inquit.* Ennius annal. lib. 8.

Hoſtem qui feriet mihi, erit Carthaginienſis;
Quiſquis erit, cuiatis erit.

Cic. orat. pro L. Cornelio Balbo. Plaut. Pœnulo: *Vnde ſit, cuiatis, captane an ſurrepta ſit.* Apul. lib. 1. *Vt priùs noritis qui ſiem, & cuiatis, & quò quæſtum nunc eam.* Ibid. *Dic oro & cuiatis ſit, & quibus diuerſetur ædibus.*

CVLCITA dicta, quod tomento inculcatur. Varro lib. 4. de L. L. *Poſtquam tranſierunt ad culcitas, quod in eas algam, aut tomentum, aut aliud calcabant, ab inculcando culcita dicta.* Idem de vita pop. Rom. lib. 1. *Qui pridem vxorem ducebat duobus culcitis, ac duobus toris.* Idem Quinquatribus: *Quam in teſtudineo lecto, culcita plumea, in die dormire.* Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 4. *Eripiamus huic ægritudinem, quomodo? collocemus in culcitâ plumeâ, adducamus pſaltriam.* Iuuenal. Satyr. 5.

Tertiane vacuo ceſſaret culcita lecto.

Plaut. Moſtellariâ: *Qui me ſuam pol optat culciculam.*

CVLEST, pro qualis eſt. Plaut. Amphitruone: *Ædepol condignum donum, culeſt, qui dedit: imò ſic condignum culeſt cui dono datum eſt.*

CVLIGNA, poculum, fortè à κύλιξ. Gloſſarium: *Culigna, σκεῦος οἴνου.* Cato: *Culignam in fœno Græco ponito vt benè oleat.* Idem de R. R. cap. 132. *Ioui Dapali culignam vini quantumuis polluceto.* Varro lib. 1. de vi-

tâ Romanâ. *Item erant vasa vinaria, sini cymbia, culignæ, pateræ, gutti, sextarij, simpuuium.* Idem ibidem: *Mensæ apponebantur cum culignâ ac vino, in queis quæ veniebant ad fœtam amicæ gratulatum Diis mactabant.* Liuius lib. 26. *Qui curuli sella sederunt, equi ornamenta, & libras pondo culignam patellámque Deorum caussâ habere possunt.*

CVLINA, latrina, *à culo.* Petronius: *Qui inter hæc nutriuntur, non magis sapere possunt, quàm benè olere, qui in culina habitant. Culina* etiam Glossis λαῦτρον, lauatrina. *Culinæ* vocantur loca publica vbi sepeliuntur pauperes. Aggenus Vrbicus de limit. *Sunt in suburbanis loca publica, inopum destinata funeribus, quæ loca culinas appellant.*

CVLIOLA, cortices nucum viridium. *Gulliolas* Lucilius vocauit.

CVLLEA DENA, pro cullei. Est autem culleus mensuræ genus viginti amphorarum capax, seu quadraginta vrnarum: vt tradunt Plin. lib. 24. cap. 4. & Colum. lib. 3. c. 3. Varro lib. 1. de R. R. cap. 2. *Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est vltra agrum Picentium: in eo agro aliquotfariam in singula iugera, dena cullea fiunt.*

CVLTELLARE, locum eminentiorem ad planiciem redigere, & quasi cultello decidere. Front. lim. agr. *Cultellandi ratio quæ sit, sæpè quæritur, cuius præmensi soli spatium consummamus, & illam cliuorum inæqualitatem planam esse cogimus.* Hygenus de re agrim. *Lineam autem per metas extendemus, & per eam ad perpendiculum cultellabimus.* Idem: *Lapis cultellatus, qui pentagoni reci-*

pit speciem.

CVLTICOLA, fusticulus ligneus in sacris. Fest.

CVLTIO, cultura. Cic. de senectute: *Num igitur homini senectus miserabilis, qui se agri cultione delectabat.*

CVLTO, pro cultu. Lucr. lib. 4.

Nam facit ipsa suis interdum fœmina factis
Morigerísque modis, & nudo corpori' culto (vitam.
Vt facilè insuescat secum vir degere

CVM PARTEM, pro cum parte. In marmore Romano, quod est *Kaput* ex testamento M. Megonij M. F. Cor. Leonis. HOC. AMPLIVS. R. P. PETILINORVM. DARI. VOLO. HS. XN. ITEM. VINEAM. CALCIDIANAM. CVM. PARTEM. FVNDI. POMPEIANI. FAVTI.

CVM EXTEMPLO, pro simulac, postquam, statim cùm. Plaut. Captiuei: *Cùm extemplò ad forum venero, omnes loquentur.* Idem Mil. *Hanc ad nos cùm extemplo ad forum veniemus, mittito.* Ibid. *Vt miles cùm extemplo aduenit domum, domi comprehendat vnà.* Et Trin. *Qui cùm extemplò amisimus, æquè mendicus censetur apud Acheruntem mortuus.* Item Rudente: *Quippe cùm extemplò in macellum pisces prolati sient, nemo emat.*

CVM, præpositio παρέλκουσα. Ennius lib. 1. annal. *Curantes magnâ cum curâ.* Cic. lib. 1. de diuinatione. Ibidem: *Tu verò fac quod te cum precibus pater oro.* Fest. Idem lib. 6. *Effundit voces proprio cum pectore sancto.*

Seruius ad 2. Georg. Idem: *Optima cum pulcris animis Romana*

iuuentus. Donatus. Idem lib. 3.
Haut temere eſt quod tu triſti cum mente gubernas.
Seruius. Plaut. Menæchmis: *Magnâ cum curâ ego illum cura volo.* Catul.
Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes.
Lucretius lib. 1.
——— *validi cum viribus annis*
Dant ſonitu ſtragem.

CVMALTER, pro cum altero antiquis. Feſt. Sic *Cumpartem, cumprime, impræſentiarum,* in epiſtola Caſſij. C. Fannius lib. 1. annal. *Cùm in vitâ agendâ didicimus multa, quæ impræſentiarum bona videntur poſt inuenta, & multo amplius aliuſmodi atque antè viſa eſſent.* Priſc. lib. 13.

CVMATILIS, color marinus, ceruleus, à κῦμα: quem Ouidius ita deſcribit lib. 3. artis:
Hic vndas imitatur, habet quoque nomen ab vndis.
Titinius Setinâ: *Et quem colos cumatilis deceat.* Plaut. Epidico: *Cumatile ac plumatile.*

CVMERA, vel CVMERVM, vas opertum in nuptiis, in quo nubentis vtenſilia repoſta ſeruabantur. Varro lib. 6. de L. L. *Igitur dicitur in nuptiis Caſmillus, qui cumerum fert, in quo quid ſit in miniſterio plerique extrinſecus neſciunt.* Deductus hic eſt mos à Græcis, apud quos puer ingenuus, quem ἀμφυθαλῆ vocabant, in cumerâ, ſeu λίκνῳ panes geſtabat, cum hac incentione: ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον. Eſt & *Cumerum* vas ex palmâ ſpartáque confectum ad populares vſus, in quo frumenta conduntur reſeruantúrque. Feſt. Acron. Horatius lib. 1. epiſt.

Fortè per anguſtam tenuis vulpecula rimam
Repſerat in cumeram frumenti.
Idem lib. 1. ſerm.
Cur tua plus cumeris laudes granaria noſtris.

CVMES, pro comes. Lucr. lib. 4.
Sed cumes inſequitur facilè, & ſe tollit in auras,
Et gelidos artus in leti frigore linquit.

CVMMIS fœm. pro gummi. Alpinaque cummis. Cinna. Cato de R. R *Cummin pridiè in aquam infundito.* Colum. lib. 12. *Noua dolia liquidâ cummi perluito.*

CVNCTANT, pro cunctantur. Accius Alpheſibœâ: *Ita territa membra animo ægroto cunctant differre laborem.* Ennius Hectoris Lytris: *Qui cupiunt arma dare Achilli, vt ipſi cunctent.* Idem Ambracrâ: *Benè mones, tu te ipſe cunctato, vidi fortè virum.* Plaut. Caſinâ: *Abi tu hinc: cunctas? intus aly feſtinant.* N. Macrobius lib. 3. Saturnal.

CVNICVLVM, ὑπόνομον, foramen ſub terrâ occultum: ab cuniculo animali, quod ſubter foſſa terra latere ſolitum: aut à cuneorum ſimilitudine. Feſt. Cic. lib. 3. officiorum: *Quid ſi pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicétne magiſtratibus filius?* Cæſar lib. 8. de bello Gallico: *Eodem tempore cuniculos agunt ad caput fontis.* Hinc *Cuniculatim.* Plin. lib. 9. cap. 33. *Iam diſtinctione virgulatâ, criniâ, criſpâ, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata, cancellatim reticulata, in obliquum, in rectum expanſa.*

CVNIRE, ſtercus facere; vnde *inquinare.* Feſt.

CVPES, voluptuarius, faſtidioſus, κυπὸς, qui non multa, ſed electilia edit.

edit. Plaut. Trinummo : *Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus, elegans, despoliator, latebricolarum hominum corruptor.*

CVPIENTER, cupidè. Ennius Phœnice : *Stultus est, qui cupida cupiens cupienter cupit.* Accius Philoctetâ : *Potestas cui detur, tua cupienter malis membra discernat suis.* Non. Plaut. Pseudolo : *Stulti haut scimus frustrà vt simus, cùm quid cupienter dari petimus nobis, quasi quid in rem sit possimus noscere.*

CVPIRE, pro cupere. Lucr. lib. 1.

——— *perfringere vt arcta*
Naturæ primus portarum claustra cupiret.

CVPPA, κύπη, vas amplum. Glossarium: *Cupa, seu vagna, βάτις μεγάλη, ἣν τινες γαῦλον καλοῦσιν.* Varro, Satyrâ quæ inscribitur, Est modus matulæ, ὡς μίθης : *Cuppas vinarias sirpare noli, adde cyathum vini, in vxorculæ opicillum.* Idem Sesquiuly esse: *Alterâ orâ deformasse Carneadem virtutis è cuppis acris aceti.* Marcell. Sunt & *Cuppæ* nauium reficiendarum sustentacula. Lucanus: *Namque ratem vacuæ sustentant vndique cuppæ.*

CVPPEDIA, pro cupiditas. Cic. Tuscul. quæst. lib. 3. *Ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cuppedia.*

CVPPEDO, & CVPEDO antiqui pro cupido dixerunt; sicut & *Menerua, genetrix, magester, Leber.* Quintilianus. Lucr. lib. 5.

Quantum conscindunt hominem cuppedinis acres
Sollicitum curæ. Idem lib. 5.
Et finem statuit cuppedinis atque timoris. Idem lib. 3.
Aut alia quauis scindunt cuppedine curæ.

CVPRESSOS RECTOS, masculinè. Ennius annal. lib. 6.

Capitibu' nutantes pinus, rectósque cupressos
Incidunt, arbusta prælta securibu' cædunt.

Gellius lib. 13. cap. 19. Macr. lib. 6. cap. 2. Idem lib. 7.

——— *longique cupressi*
Stant rectis foliis, & amaro corpore buxum.

Iun. Philargyrus Georg. lib. 2. Apponebatur autem *cupressus* mortuorum domibus, quòd, vt hæc excisa semel, non repullulat, ita de defuncto nil iam sperandum amplius. Hinc Diti sacra.

CVRARE, pro cicurare. Nigidius in hist. animalium: *Omne pecus indomitum habet quiddam in se ferum: sed tamen ea natura est, vt curari & domari possit.* Sic θεραπεύειν Hippo apud Theophrastum lib. 3. histor. pro eodem posuit; καί τοι, inquit, ἵππων ἅπαν καὶ ἄγειον καὶ ἥμερον εἶναι, καὶ θεραπευόμενον μὲν ἥμερον, μὴ θεραπευόμενον δ' ἄγειον.

CVRASSERE, curaturum esse. Plaut. Menæchmis : *Dicam curasseré? dicito : curabitur.*

CVRATVRA, curatio. Terent. Eunucho: *Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas.*

CVRCVRIVNCVLI minuti, pro re nullius pretij. Plaut. Rudente : *Curcuriunculos minutos fabulare.* Prisc. lib. 3.

CVRIA, locus vbi publicas curas gerebant. Hinc *Curiales*, viri eiusdem curiæ : *Curiales flamines*, curiales sacerdotes : *Curiales mensæ*, in quibus Iunoni immolabant : *Curiata*

riata comitia: Curionia ſacra, quæ in curiis fiebant: *Curionium as,* quod erat ſalarium flaminis curialis. Feſt.

CVRIO, curioſus. Apul. lib. 1. Metam. *Non quidem curio ſum, ſed qui velim ſcire cuncta, vel certè plurima.*

CVRIO AGNVS, admodum macer. Plaut. Aululariâ: *Volo ego ex te ſcire, quid ſit agnus curio.*

CVRIS, haſta, Sabinorum lingua; vnde Romulus *Quirinus* dictus, quòd haſtam ferret; & Iuno *Quiritis* vocata, quòd eandem ferre putaretur. Feſt. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 9. Seruius in 1. lib. Æneid. Ouid. Faſtor. lib. 2.

Siue quòd haſta Quiris priſcis eſt dicta Latinis
Bellicus à telo venit in aſtra Deus.

CVRRICVLO, pro curſim. Plaut. Moſtellaria: *Curriculo abi, iube in vrbem venat iam ſimul tecum.* Idem Rudente: *Abi ſanè ad littus curriculo Trachalio.* Ibidem: *I dum Turbalio, atque curriculo adfer huc duas clauas.* Milite: *Heus Philocomaſium citò tranſcurre curriculo ad nos.* Moſtellariâ: *Sed ego ſummè infelix, qui non curro curriculo domum.* Ibidem: *Licet vos abire curriculo.*

CVRRICVLVS, paruus curſus. Varro epiſt. Iulij Cæſaris: *Simul ac Romam veniſſem mihi attigit aureis nuncius, extemplò in curriculum contuli properè pedes.* Non. Plaut. Trinummo: *Strenuò curre in Piræum, atque vnum curriculum face.* Idem Mercatore: *Quin pedes vos in curriculum coniicitis?* Virg. 8. Æneidos:

Inde vbi prima quies medio iam noctis abacta
Curriculo ſomnum expulerat.

Terent. Heautont. *Curriculo percurre, apud eum miles Dionyſia agitat.*

CVRRVLIS EQVVS, tolutarius. Apul. lib. 4. *Vt hercule ipſe ſentirem non aſinum me, verùm etiam equum curulem nimia velocitate refectum.* Gloſſæ: *Currulis ἵππος δρομεύς.*

CVRSIM, pro celeriter. Plaut. Pſeudolo: *Nunquam ad pratorem æquè curſim curram, vt emittar manu.* Idem Pœnulo: *Hoc citò & curſim eſt agendum, propera iam quantum potes.*

CVRSVRA, pro curſus. Plaut. Aſtrabâ: *Pol ad cubituram mater magis ſum exercita, reliquum ad curſuram ſum tardiuſcula.* Idem Bacchidib. *Pro diſco damnum capiam, pro curſurâ dedecus.* Et Aſinariâ: *Non me vides excurſurâ anhelitum etiam ducere?* Moſtellariâ: *Exercent ſeſe ad curſuram, fugiunt.* Sticho: *Simúlque ad curſuram meditabor me ad ludos Olympiæ.* Trinummo: *Sed quis hic eſt, qui huc in plateam curſuram incipit?* Varro lib. 2. cap... de R. R. *Equi alij ſunt ad rem militarem idonei, alij ad vecturam, alij ad admiſſuram, alij ad curſuram.*

CVSSILIRIS, ignauus piſcis. Feſt. vnde ocioſi *cuſſilires* vocantur: quòd coſſim, ſeu coxim, id eſt, varicitus lirent, vel ambulent.

CVSTODELA, cuſtodia. Apul. lib. 2. *Et quæ tu inquam, dic ſodes, cuſtodela illa feralis?* Idem lib. 9. *Et mediis lanij manibus ereptus, cuſtodelâ mihi ſalutaris gaudebam carceris.* Et lib. 9. *Mirâ cuſtodela munitam domi ſuæ quàm cautiſsimè cohibebat.* Sic *fugela, cautela, axela, mandatela, vmbela,* & huiuſmodi, de quibus Priſc. lib. 3.

CVSTO

CVSTODIBITVR, cuſtodietur. Plaut. Captiueis: *Nam noctu neruo vinctus cuſtodibitur; interdius ſub terrâ lapides eximet.*

C Y.

CYATHISSO, cyathum infundo. Plaut. Menæchmis: *Qui tibi ſæpiſſimè cyathiſſo apud nos quando potas.* Ibidem: *Tun' cyathiſſare mihi ſoles?*

CYLIBATHVS, menſa vinaria rotunda. Varro lib. 4. Analog. *Menſam vinariam rotundam nominabant cylibathum, vt etiam nunc in caſtris id videtur declinatum à Græco,* ἀπὸ τῦ κύλικ@.

CYMAM pro cyma. Celſus: *Lætam formoſámque cymam.* Cato cap. 156. *Aluum ſi voles deiicere ſuperiorem cymam braſſicæ ſumito p. iiij.* Sic *Schemam, glaucomam*, Plaut. pro ſchema, glaucoma.

CYMBALISSARE, cymbala quatere. Caſſius Hemina lib. 3. *Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbaliſſabat.*

CYMBIVM, poculi genus à ſimilitudine cymbæ. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Item erant vaſa vinaria, ſini, cymbia, aquilinæ pateræ, guttí, ſextarij, ſimpuuium.* Virg. lib. 5. Æneid.

Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis.

Apul. lib. 11. *Læuæ verò dependebat cymbium aureum, cuius anſulæ qua parte conſpicua eſt inſurgebat aſpis.* Ibid. *Sed aureũ cymbiũ, medio ſui patore flammulam ſuſcitans largiorem.* Plurima autem vaſa vinaria à Græcis celebrabantur, qualia ſunt, *croſſus, bicus, gaſter, gaſterium, bicarium, cypellum, amphicypellum, cyphela,* & quod hodie ſeruat nomen, *baucalium* (*Bocall*) diuerſorum generum, *cymbium, dactylorum*, ex proiecturis digitorum nuncupatum, *gyala, dynos, cyborium, cotyle, encotyle, cadus & cadiſſus, & thericlia*, quibus Dionyſius libaſſe fertur.

CYPARISSÆ, acies igneæ, quæ noctu apparere ſolent ad ſimilitudinem cupreſſi. Feſt.

D

DEt L litteras commutabant antiqui. Hinc *dingua, cadamitas, dacrumæ*, pro lingua, calamitas, lacrumæ, dicta obſeruat Priſcianus; *præſilium*, pro præſidium, Victorinus annotauit; *caſſila*, pro caſſida. Feſtus. Gallinam *Medicam*, pro Melica ſcripſit Varro. Sic *mediuſidius*, pro filius, id eſt, me diouis filius, ſeu Hercules adiuuet: & *Vdyſſes, medde*, pro Vlyſſes, melle dixerunt. Plaut. Truculento: *Aut vaſum ahenum aliquod, aut lectus lapſilis*; pro dapſilis. Idem ibidem: *In medde ſunt linguæ veſtræ, atque orationes*, pro melle. Virg. Bucolicis:

Silueſtrẽ tenui muſã meditaris auenâ.

pro melitaris; ab eo, quod eſt Græcis μέλιτα, inquit Acron.

D, litera poſt vocalem in fine dictionis addita reperitur. idque confirmat Quintil. lib. 1. cùm ait: *Latinis veteribus d, plurimis in verbis vltimæ adiectâ, quod manifeſtum eſt etiam ex columnâ roſtrata, quæ eſt Duilio in foro poſita.* Sic *med, ted, ſed, meritod, pugnandod in altod marid*, &c. ſcriptum inuenimus: quod antiquæ ſcripturæ genus vel ſexcentis

tis in locis in Plauto occurrit.

DÆDALVS, varius, à δαιδάλλω. Lucr. *Dædalam terram*, lib. 1. *linguam verborum dædalam*, lib. 4. *naturam rerum dædalam*, lib. 5. *carmina chordeis dædala*, lib. 2. *dædala signa*, lib. 5. Ennius, *Mineruam dædalam:* Virgilius, *dædalam Circem* appellant.

DAGNADES aues, quas Ægyptij coronis inter potandum deuinciebant, quæ vellicando & canturiendo non patiebantur dormire potantes. Fest. δαγνάδες Hesychio.

DALIVVS, supinus, stultus, insanus Oscis, à δαλῶν. Fest.

DAMIVM templum appellatur Bonæ Deæ, à contrario sensu, quòd minimè δαμόσιον, id est, publicum: vt & ipsa Dea *Damia*, quòd ei in occulto sacrificaretur; eiúsque sacerdos *Damatris* vocatus. *Bona* verò Dea dicta est, quòd omnium nobis ad victum necessariorum caussâ: *Fauna* eadem, quòd omni animantium vsui faueat: *Ops*, quòd ipsius ope & consilio vita constet. Glossarium; *Damium*, θυσίαι ὑπὲρ θεοῦ γινόμενον.

DAMNAS, pro damnatus. Quint. lib. 7. *Hæres meus vxori meæ damnas esto dare argẽti quod elegerit pondi centum.* In lege Fabia Roscia, de re agrariâ, ex libro Hygini de limitibus: QVO. IN. LOCO. TERMINVS. HABERIT. SEI. QVIS. IN. EVM. LOCVM. TERMINVM. RESTITVERE. VOLET. S. M. ET. SINE. FRAVDE. SVA. LICETO. FACERE. NEVÆ. QVID. CVI. HIS. OB. EAM. REM. HAC. LEGE. DAMNAS. ESTO. In lege Manilia: COLONIS MVNICIPIBVSQVE IN QVORVM AGRO ID FACTVM ERIT DARE DAMNAS ESTO. In senatusconsulto de aquæductibus apud Frontinum: SI QVIS ADVERSVS EA COMMISISSET IN SINGVLAS RES IN DENA MILLIA DAMNAS ESSET.

DANISTÆ, fœneratores. Plaut. Mostellariâ: *Videtúrne obsecro idoneus, danista qui sit, genus quod improbissimum est.* Ibidem: *Danista adest, qui dedit argentum fœnori.* Ibidem: *Nullum ædepol hominum est genus tetrius, nec minus bono cum iure, quàm danisticum.*

DAMNIFICVS, damnum inferens. Plaut. Cistellariâ: *Imitatur nequam bestiam & damnificam.*

DANERE, dare. Plaut. Truculento: *Hoc tuis fortunis Iupiter præstant meæ, dane suauium.*

DANVNT, pro dant. Plaut. Pseudolo: *Cui seruitutem Dî danunt lenoniam, iidem malam rem malásque ærumnas danunt.* Cæcil. Plocio: *Pátiere quod danunt, quando optata non danunt.* Næuius belli Punici lib. 4. *Eam carnem victoribus danunt.* Pacuu. Ilionâ: *Dij me etsi perdunt, esse tamen ad vitam expetunt, quòd priusquam intereo, spacium vlciscendi danunt.* Plaut. Mostellariâ: *Ad legionem quom itant, adminiculum eis danunt.* Idem Truculento: *Semper datores nouos oportet quærere, qui de thesauris integris demum danunt.*

DAPALIS cœna, id est, magnifica. Titin. Varo: *Toto fit in foco de lignis mihi dapalis cœna.* Plin. lib. 10. cap. 20. *Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortensius,*

dapalẽ

dapali cœnâ ſacerdotij.

DAPHNON, lauretum, locus lauris conſitus, ſicut *platanon*, platanis. Petron. Arbiter: *Flexítque ſe in eum daphnona, qui ambulationi hærebat.* Idem: *Rogaui, vt in platanona produceret dominum.* Martial. lib. 10. epigr.

Diſpoſuit daphnone ſuo Torquatus in agro.

Plin. lib. 1. epiſt. 3. *Quid agit illa porticus verna ſemper? Quid platanon opaciſſimus? quid Euripus viridis?*

DAPINO, dapes paro. Plaut. Captiueis: *Æternum tibi dapinabo victum, ſi vera autumas.*

DAPS, res diuina, quæ fiebat hybernâ & vernâ ſemente. Feſt. Liuius lib. 1. ab Vrbe: *Tum ſacrum factum adhibitis ad miniſterium, dapémque Potitiis ac Pinariis. Daps* quomodo conſtruenda docet Cato de R. R. cap. 132.

DAPSILIS, magnificus, ſplendidus, liberalis. Græci enim δαψιλείαν, abundantiam omnium rerum liberalitatémque vocãt. Pompon. Ruſtico: *Quid nunc vis fieri? Verrem ſume dapſilè, ac dilucidè.* Apul. lib. 11. de aſino aureo: *Vel ipſum numen dapſilis copia eloquutilis facundiæ ſubminiſtrauerit.* Plaut. Aululariâ: *Ego iſtas magnas factiones, animos, dotes dapſiles, clamores, imperia nihil moror.* Idem Truculento: *Aut vaſum aheneum aliquod, aut lectus dapſilis.* Idem Moſtellariâ: *Triginta minæ, prætérque alios ſumptus dapſiles facit.* Colum. lib. 4. cap. 27. *Si autem continuis ſuperioribus annis dapſili prouentu fatigata vitis fuerit, requieſcere ac refici par erit.*

DAPSILE, opiparè. δαψιλῶς. Tranquill. in Veſpaſ. *Sed & conuiuabatur aſſiduè, ac ſæpiùs rectè ac dapſilè, vt macellarios adiuuaret.*

DATATIM, per vices dando. Pompon. Adelphis: *Quid ille dixit, cùm datatim tecum in lecto luſit?* Afran. Homine: *Datatim vxorem vt ludas.* Marcell. Næuius Tarentillâ: *Quaſi in foro pilâ ludas, datatim dat ſe, & communem facit, alium tenet, alij adnictat, alibi manus eſt occupata.* Iſidor. Plaut. Curculione: *Tum iſti, qui ludunt ſerui ſcurrarum datatim in viâ.*

DATO, do ſæpè. Cæcil. Plocio: *Sed tua moroſa ne vxor eſt quæſo? an rogas? [mihi*
Quid tandem? tædet mentionis, quæ Vbi domum adueni ac ſedi, extemplo ſuauium
Datat ieiunâ animâ, nil peccat ſuauio, Vt euomas volt, quod foris potaueris. Gell. lib. 2. cap. 23. Plaut. Pſeudolo: *Argentum accepto, expenſo, & cui debet, dato.* Idem Moſtellariâ: *Tu credo ſolus fœnori argentum datas.*

DE

DEAMARE, vehementiùs amare. Afran. Vopiſco: *Voluptatem capio maximam, cruciari tuâ te culpâ, qui det, & de illa peſſimâ, quam deamas, promerere.* Plaut. Truculento: *Ita ad me magna nunciauit Cyamus gaudia, mea dona deamata acceptaque habita eſſe.* Terent. Heautont. *Ne ego ſum fortunatus, deamo te Syre.*

DEARGENTASSERE, argento emunctum eſſe. Lucil. lib. 26. *Depeculaſſere aliqua ſperans me ac deargentaſſere.*

DEARTVARE, per artus concidere.

cidere. Plaut. Captiueis : *Dilacerauiſti, deartuaſti, atque opes confeciſti.* Idem eadem : *Tum igitur ego deruncatus deartuatus ſum miſer.*

DEBILITER, Pacuu. *Miſeret me, lacrymis lingua debiliter ſtupet.*

DEBILO homo, pro debili, Ennius lib. 8. annal. dixit, teſte Nonio.

DEBITIO, debitum. Cic. pro Planco : *Perquam diſſimilis eſt debitio pecuniæ, & gratiæ.*

DEBLATERARE, ſtultè obloqui, confingere. βλαπτὰι enim ſtulti. Lucil. lib. 30. Satyrarum :

Deblaterat plenus, bonu' ruſticu' concinit vnà.

Plaut. Aululariâ : *Vbi tu es, qui deblateraſti iam vicinis omnibus, meæ me filiæ daturum dotem.*

DECALANTICARE. Lucil. Satyrarum lib. 26. *Depeculaſſere aliqua ſperans me ac deargentaſſere, decalanticare eburneo ſpeculo.*

DECALCATVM, calce illitum. Feſt.

DECENTER, decorè. Symmach. lib. 3. epiſt. 10. *Illa veſtis decenter induitur quæ non trahit puluerem, nec in humum demiſſa calcatur.* Idem lib. 4. epiſt. 16. *Igneo ingenio naturam decenter ignis imitatus es.*

DECENTIA, decor. Cic. de nat. Deor. lib. 2. *Colorum etiam ac figurarum tum venuſtatem atque ordinem, & vt ita dicam, decentiam oculi indicant.*

DECERMINA, decerpta purgandi gratia. Feſt.

DECERVICARE, decollare. Sidon. lib. 1. epiſt. 3. *Siquidem quos humari nox ſuccincta prohibuerat, deceruicatis liquere cadaueribus.*

DECET VOBIS, pro vos. Terent. Adelphis : *Hæc primùm vt fiant, Deos quæſo, vt vobis decet.* Idem eadem : *Imò herculè ita nobis decet.*

DECIDVA, quæ cadunt, *Occidua*, quæ occidunt. Laber. *In altum finalium, vt vbi caput, à foliis decidua folia pandit.* Non. Plin. lib. 11. cap. 37. *Omnibus autem caua, & in mucronem concreta ſunt, ceruis tantum ſolida, & omnibus annis decidua.*

DECITANS, decens. Apul. lib. 2. Metam. *Facies quæque pinnis explicitis ſine greſſu pilæ volubilis inſtabile veſtigium plantis roſcidis decitantes.*

DECOLLARE, collo deponere. Cæcil. ἀκοτιζομένη : *Habes, vide, tibi tradidi, in tuo collo eſt, decolles caue.*

DECOLLO, fruſtror, decipio. Varro lib. 1. de R. R. cap. 1. *Duo in primis ſpectaſſe videntur Italici homines in colendo, poſſéntne fructus pro impenſa ac labore redire, & vtrum ſaluber locus eſſet, an non : quorum ſi alterutrum decollat, & nihilominus vult colere, mente eſt captus.* Plaut. Captiueis : *Eſt illic mihi vna ſpes cœnatica, ſi ea decollabit, rediho huc ad ſenem ad cœnam aſperam.* Idem Caſinâ : *Etiam ſpecula in ſorti reſtat mihi, ſi ſors autem decollaſſit, gladium faciam culcitam.*

DECORISSIMVS, ἀξιωπρεπέστατος. Apul. Apolog. *Eum quoque Zenonem longè decoriſſimum fuiſſe, vt Plato autumat.*

DECORITER, decorè. Apul. lib. 5. *Ceruices lacteas, genáſque purpureas pererrantes crinium globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos.* Et lib. 6. *Fron-*

tem

item verò crispatam prius decoriter discriminabo.

DECOTES, detriti. Fest.

DECREPITVS, quasi creperæ & dubiæ vitæ, vel à lucerna, quæ vltimum expirans crepitum edere solet. Plaut. Mercatore: *Quid tibi ego ætatis videor? LY. Acheruticus, senex, vietus, decrepitus.* Idem Asinariâ: *Atque vnam amicam ductet decrepitus senex.* Terent. Eunucho: *Mirum ni ego me hodie turpiter dabo cum meo decrepito Eunucho.*

DECVLTARVNT, valdè occultarunt. Fest.

DECVMANVS FLVCTVS, ingens. De quo Ouid. in Trist.

Qui venit hinc fluctus, fluctus, supereminet omnes,
Posterior nono est, vndecimóq; prior.

Et lib. 11. Metamorphos.

Vastius insurgens decimæ ruit impetus vndæ. Lucan. lib. 5. Pharsal.

Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Inualidâ cum puppe leuat.

Silius lib. 14.

Non aliter Rhodopes, Boreas à vertice præceps,
Cùm sese immisit, decimóque volumine pontum
Expulit in terras.

Seneca Agamemnone:

Hæc onere sidit, illa conuulsum latus
Submittit vndas, fluctus hanc decimus tegit. Valer. Argon. 2.
Incassum decimæ cecidit tumor arduus vndæ.

DECVMATVS, electus. Symm. lib. 3. epist. 49. *Quod amicitiæ meæ viros decumatæ honestatis adiungis.* Et lib. eod. epist. 15. *Vt vnum & alterum æquè decumatæ honestatis inuenias.*

DECVRES, decuriones.

DECVS, sectio, seu transfixio in signum litteræ x. Auctor limit. const. *Limes currit per lapidem decussatum, qui lapis est natiuus, & ipse decus quadrifinium facit.* Idem: *Terminus si decum habuerit quadrifinium exponet.* Innocent. de cas. litt. *Habet decus & plumbum, & quaternarios, & calcem.* Siculus Flac. de agrim. *Post assignationes posteriores decusses facti sunt.* Idem: *Petras aliquando decussatas inuenimus.*

DEDECOROSE, turpiter. Sext. Aurelius Victor in epit. *Dedecorosè vixi, turpiùs peream.* Verba Neronis propriâ pereuntis manu.

DEFENDERE, pro depellere. Enn. Achille: *Serua cines, defende hostes, dum potes defendere.* Non. Virg. Bucolicis:

Solstitium pecori defendite.

Cato de R. R. *Ea sarmenta, aut crates ficarias imponito, quæ frigus defendant & solem.* Quadrigarius Annal. *Et quò maximè opus erat à pinnis hostes defendebant facillimè.* Gell. lib. 9. cap. 1.

DEFLOCCARE, deterere. Plaut. Casinâ: *Perij, defloccabit iam illic homo lumbos meos.* Hinc *defloccati senes*, quasi attriti, qui florem virium amisere. Plaut. Epidico: *Nam per vrbem duo defloccati senes quæritant me, in manibus gestant copulas secum duas.* Hi & *decotes* dicebantur, quasi in cote detriti.

DEFOECATVS animus, lætus. Plaut. Aululariâ: *Nunc defæcato demum animo egredior domo.* Idem Mostellariâ: *Nec vnde me melius mea scapha rear esse defæcatam.* Pseudolo: *Nunc liquet, nunc defæcatum est cor mihi, nunc perunium est.*

Macrob. Comment. lib. 1. cap. 8. *Tertiæ ſunt purgati iam defæcatique animi, & ab omni mundi huius adſpergine preſsè puréque deterſi.*

DEFOECIS, ἀτρυγέος, ſine fece. Virg. in Ætnam:

——— *nec deficit ante*
Quàm priùs excocto defœcis robore pumex.

DEFORMOSVS, deformis, infamis. Sidon. Apoll. lib. 3. epiſt. 3. *Vt occulere caſorum numeroſitatem conſilio deformoſiore meditarentur.*

DEFRENSA, detrifa, detonſa. Feſt. Gloſſarium: *Defrenſa, ἄρυρα διεθρῦσα*, id eſt, ſolum demeſſum; *frendere* enim eſt rumpere, & comminuere.

DEFRVCTANS, fructum carpens. Sidon. lib. 9. epiſt. 9. *Quæſitum volumen inuenio, produco, lectito, excerpo, maxima e magnis capita defructans.*

DEFRVDARE, fructum minuere, fraude acquirere. Plaut. Aſinariâ: *Ten' ego defrudem, cui ipſi nihil eſt in manu,*
Niſi quòd tu porrò vxorem defrudaueris.
Sidon. lib. 2. epiſt. 3. *Hæc tamen aliquid ſpacio ſuo in extimo ambulacri capite defrudans.* Terent. Phormione: *Suum defrudans genium comparſit miſer.* Plaut. Rudente: *Nunquam herclè iterum defrudabis me poſt hunc diem.* Idem Menæchmis: *Vt me defrudes, ad eam rem affectas viam.* Ibidem: *Neque adepol te defrudandi cauſsâ poſco.* Idem Pſeudolo: *An tu eâ cauſsâ vis ſciens te ſuſpendere, vt me defrudes drachmâ?*

DEFRVI, ait Feſtus Pompeius, dicebãt antiqui, vt *deamare, deperire*: ſignificátque omnẽ fructum percipere. Symm. epiſt. 45. lib. 1. *Non poteſt bene defrui ocio, qui ſuis abſentibus timet.* Et lib. 6. epiſt. 71. *Omnium quæ capitis parte defruimur.* Et lib. 7. epiſt. 1. *Vt ego feſtorum tuorum coràm defruar voluptate.* Item lib. 8. epiſt. 27. *Et colloquio tuo defrui.* Et lib. 10. epiſt. 32. *Quæ hodie corporum poſſeſſione defruitur.*

DEFVAT, deſit. Plaut. Bacchidibus: *Pol magis metuo mihi in monendo ne defuat oratio.* BACC. *Pol ego quoque metuo luſciniæ ne defuat cantio.* Vide *Fuat.*

DEFVNCTVS periculis, liberatus. Virg. Æneid. 6.
O magnis tandem pelagi defuncte periclis
Nudus in ignotâ Palinure iacebis arenâ!
Liuius: *Defuncta morbis corpora ſabriora eſſe cœpere.*

DEGLVPTA, priuatus pene, vel glande pudendi. Plaut. Pœnulo: *Deglupta, mœnas, arra piſa mentium, Maſtruga, hals agoras. Deglubere*, verbum obſcœnitatis. Catull. epigr. 54.
Glubit magnanimi Remi nepotes.
Auſonius:
Deglubit, fellat, molitur per vtramque cauernam.

DEGRVMARI, ad lineam & menſuram dirigere. Lucil. lib. 3. Satyr.

——— *viámque*
Vis degrumari, vt caſtris menſor facit olim. Non.

DEGVI, degi. Symm. lib. 1. ep. 32. *Et expertus es fidem meæ mentis atque dictorum, cùm in comitatu defuimus ambo, auo diſpari.*

DEGVLARE, gulæ dare. Afran. *Imò iam dudum occubuiſſe, degulaſſe oportuit.*

oportuit. Apul. in Apologiâ: *Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator ſtudiosè in ventrem condidit.*

DEGVMARE, deguſtare, deuorare. dictum à gula; vnde & *ingluioſus*, & *gluto*, & *gulo*. Feſt. vel à Græco γόμος, quòd πλήρωμα τῆς γαστρὸς, ſeu ἔρμα ſignificat: *ſaburram* Latini vocant. Plaut. *Poſtquam degumato patrimonio factus eſt pauper.* Gloſſ. *Degumare:* ἀπογεύσασθαι.

DEINCIPEM, proximum quemque capitum, vt principem primum quẽque dixerunt. Cic. Thermo: *Sed tamen tres fratres ſummo loco natos, promptos, non indiſertos, quos video deinceps tribunos plebis per triennium fore.* Idem: *Rhodium quendam morientem ſex æquales nominaſſe, & dixiſſe, qui primus eorum, qui ſecundus, qui deinde, qui deinceps, moriturus eſſet.* Apul. Florid. *Reliquum autem variis poſtulantibus ſine intermiſsione deincipe die perrecturum.*

DEINTEGRARE, diminuere. Cæcil. *Nomen virginis, niſi mirum eſt, deintegrauit.*

DEIVGARE, ſeiungere. Pacuu. Chryſe: *Pérque noſtram egregiam vnánimitatem, quam memoria deiugat.*

DEIVRIVM, iuſiurandum. Gell. lib. 7. cap. 18. *De decem captiuis quos Annibal Romam deiurio ab iis accepto legauit.* Ibidem: *Tum octo ex iis poſtliminium iuſtum ſibi non eſſe reſponderunt, quoniam deiurio vincti forent; ſtatimque vti iurati erant, ad Annibalem profecti ſunt.*

DEIVVO, non iuuo. Plaut. Trinummo: *Deſerere illum & deiuuare in rebus aduerſis pudet.*

DELAPIDATA dicuntur lapide ſtrata. Feſt. Cuiuſmodi Romæ via fuit Appia, quam ſaxis quadratis à porta Capena Brunduſium vſque ſtrauit Appius Cæcus.

DELATVS, id eſt, ad latus. Innoc. de caſ. litt. *Sub ſe planum, delatus ſe monticellos habet.* Idem: *Sub ſe finem maiorem habet: delatus ſe, proximam arcam conſtitutam.* Idem: *Delatus alueum tranſit.* Et: *In ſiniſtrâ parte pratum, de latus casâ vineam.* Idem: *Delatus meridiano riuus excurrit.* Ita *deintus, deſub ſe, deſuper ſe, detrans, deſecus*, idem auctor enunctiauit. Dicitur & *alatus*, & *atergus*. Gloſſæ: *Atergus* κατόπιν, ὀπὸ νώτου. Vetus inſcriptio. FACIT. TERRA. PEDATVRÆ. A. LATVS. MEMORIÆ. SVÆ. IN. AGRO. PEDES. LONG. XXXVI. LATVM. PEDES. A. LATVS. MEMORIÆ. XVI.

DELECTARE, illicere. Ennius Thyeſte: *Et me Apollo ipſe delectat, ductat, Delphicus.* Quadrig. annal. lib. 4. *Fabius cœpit de nocte hoſtibus caſtra ſimul oppugnare, & hoſtem delectare.* Non.

DELEGARE, diſpeſcere. Plaut. Amphitruone: *Si cui fautores deligatos viderint.*

DELENIFICVS, blandè decipiens. Lucil. Nummulariâ: *Neſcio quorſum eueniunt mihi tua verba delenifica.* Turpil. Demetrio: *Vide mirum ingenium ac delenificum mulierum, commorat hominem lacrymis.* Plaut. Milite: *Domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias.* Symmach. lib. 1. epiſt. 32. *Modò intelligo quàm mellea res ſit oratio, quàm delenifica, & quàm ſuada facundia.* Idem lib. 7. epiſt. 27. *Inſi-*

per alterum quoque deleniſticis amoris artibus retines.

DELETILE, quod delet. Varro Modio: *Si diſplicebit tam tibi latum mare, Tantùm parato ſpongiam deletilem.*

DELIBARE, diminuere, contaminare, violare. Lucr. lib. 3.

Nec prorſum vitam ducendo demimus hilum
Tempore de mortis, nec delibare valemus. Idem lib. 6.

Delibata Deùm per te tibi numina ſancta
Sæpè aderunt. Ibidem:
Humoris paruam delibat ab æquore partem.

DELIBRATVM, decorticatum. Feſt. Colum. lib. 7. *Cortex quoque aridus ficcúſque per ſumma trunci dependens delibrandus eſt.* Gloſſæ: διαδεπίζειν δένδρον *delibrare.*

DELICARE, explanare. Titin. lib. 5. *Quid iſtuc, aut iſtic ſibi vult ſermo mater delica.* Accius Achille: *Quâ re aliâ ex crimine inimicorum effugere poſſis, delica.* Titin. Prælia: *Tibine comœdiam quam ſciam, non delicem?* Cæcil. Obloſtate: *Si linguas decem habeam, vix habeam ſatis, qui delicem.* Idem Pauſimacho: *Imò verò id antè, ſoli dum ſumus, delica.* Lucil. lib. 30. *Nemo iſtum in ventrem pertundet, delicet vti atque videbis.* Accius Alpheſibœo: *Aduereor, cùm te eſſe Alcmæonis fratrem factis delicat.* Cœlius Annal. lib. 1. *Legati quo miſſi ſunt veniunt, delicant mandata.* Non.

DELICERE, illicere. Titin. lib. 5. *Quòd ea paraſitus habeat, qui illum ſciat delicere, & noctem facere poſſit — de die.*

DELICIA, & DELICIVM, pro deliciæ. Plaut. *Mea voluptas, mea delicia.* Gell. lib. 19. cap. 8. Idem Truculento: *Ego ad te ibam delicia.* Apul. Florid. *Vt viduatâ voce, delicia Dei, muta viueret & elinguis.* Martialis lib. 13.

Deliciũ paruo donabis Dorcada nato.

Seneca lib. 2. epiſt. 12. *Ego ſum Philoſti villici deliciolum tuum, perfectè, inquam, iſte delirat vetulus, etiam deliciolum meum factus eſt.*

DELICIA eſt quod à culmine ad regulas angulares infimas versùs faſtigatum collocatur. Feſt. *Deliquia* Vitruuio vocatur. lib. 6. cap. 3.

DELIGERE, pro eiicere. Plaut. Aſinariâ: *Hinc me clamore ex ædibus delegit huius mater.* Lycon apud Rutilium Lupum: *Interea alium contumeliosè extra ianuam delectum, vacillantem puer ſuſtentat.* Virg. in Ætnâ:

Præcipiti delecta ſono premit vna, fugátque
Torrentes curas.

DELINIMEN, delinimentum. Symmach. lib. 3. epiſt. 11. *Itaque vt ipſe nonnunquam prædicas, ſpectator tibi veteris monetæ ſolus ſuperſum, cæteros delinimina aurium capiunt.*

DELINIMENTA antiqui vocarunt, quæ Græci θέλγητρα. Afran. Vopiſco: *Si poſſent homines delinimentis capi, omnes haberent credo amatores anus.* Gell.

DELINITI, mente abalienati. Plaut. Amphitruone: *Delinitus ſum profectò, ita vt me qui ſim neſcius.* Lucil. lib. 28. *Concedat homini id quod vult, deliniat, corrumpat prorſus.* Idem lib. 30. *Præſeruit, labra delicit, delinit amore.* Titin. Prælia:

Verùm

Verùm enim dotibus deliniti vltro etiam vxoribus ancillantur.

DELINQVERE, deficere. Cœlius in hiſtoriis: *Delinquere frumentum; Sardiniam hoſtes tenere.* Tubero: *Num delinquit, aut ſupereſt aliquid tibi?*

DELIQVO, pro declaro, liquidum reddo. Cæcil. Pauſimacho: *Imò verò hæc ante ſolitus ſum res deliquat.* Marcell. Varro lib. 6. Analog. *Turbida quæ ſunt deliquantur, vt liquida fiant.*

DELIQVVM, minus. Plaut. Caſinâ: *Sin amet, ſi quod lubet id faciat, quando tibi domi nil deliquum eſt.*

DELIRARE, de recto diſcedere: lira enim eſt foſſa recta. Lucil. lib. 26. *Quapropter deliro, & officium cupidè fungor ruderum.* Plaut. Amphitruone: *Delirat vxor.* Horat. lib. 1. epiſtola 2.

Quidquid delirant reges, plectuntur Achiui.

Cic. lib. 2. de Diuinat. *An cenſes vllam anum tam deliram fuiſſe futuram, vt ſomniis crederet?* Gloſſarium: *Dilirat, παρακόπτει, λυρᾷ.*

DELIRITAS, deliratio. Laber. *Quænam mens, quænam deliritas, vos ſuppilatores facit cum cano Eugio velitari?* Non.

DELITVS, pro deletus. Cic. epiſt. 1. ad Caluum: *Tuli moleſtè, quòd literæ delitæ ſunt mihi à te redditæ.* Accius Atreo: *Epulorum fictor, ſcelerum fratris delitor.* Priſc. lib. 9. Cic. ad filium: *Cæteris delitis.* Varro: *Pecorinæ delitæ litteræ.* Caluus ad vxorem epiſt. 1. *Inuita delita.* Diom. lib. 1.

DELORICARE, ſcindere. Cic. de orat. lib. 2. *Qui in cauſsâ perorandâ non dubitauit excitare reum conſulare, & eius deloricare tunicam.*

DELVBRVM, fuſtis delibratus, ſeu decorticatus, quem pro Deo colebant. Ponitur tum pro Dei ſimulacro, tum pro loco Deo conſecrato. Seruius lib. 1. & 4. Æneid. Varro apud Macrobium lib. 3. Aſcon. in Diuinat.

DELVIT, pro deleuit, ſoluit, à διαλύω. Varro: *Obortæque inter legendum lacrymæ literas deluebant.*

DEMAGIS, tum pro minus antiqui dixerunt, tum pro multo magis. Gloſſis, σφοδρῶς. Lucil. Satyrarum lib. 16.

Rex Cotys ille duos ventos Auſtrum atque Aquilonem
Nouiſſe aiebat ſolos ſe de magis, iſtos
Ex nimbo anſtellos nec noſſe putare neceſſe. Non.

DEMEACVLVM, deſcenſus in locum ſubterraneum. Apul. lib. 6. *Et currum rapacem, & terram tenacem, & illuminarum Proſerpinæ nuptiarum demeacula.*

DEMISSITIÆ tunicæ, demiſſæ ad talos. Plaut. Pœnulo: *Sanè genus hoc muliebroſum eſt, tunicis demiſſitiis.*

DEMITTERE CAPVT, verbum obſcœnæ nequitiæ cumlinguorum. Catull. in Gellium:

Non ſi demiſſo ſe ipſe voret capite.

Cic. pro domo: *Si requiri iuſſeris Clodium, inuenient hominem apud ſororem tuam occultantem ſe capite demiſſo.*

DEMOE Atticis, quod nobis pagi. Feſt.

DEMOLIRI, diruere. Saluſt. hiſtor. lib. 4. *Pluteos reſcindit, ac munitiones demolitur, locóque ſummo potitur.* Plaut. Amphitruone: *Haſce illico toto demoliar cardine.* Idem Bacchidibus:

dibus: *De me culpam hanc demolibor iam, & ſeni faciam palàm.*

DEMORSICO, morſu præſcindo. Apul. lib. 2. *Ignoras Theſſaliæ te conſiſtere, vbi ſagæ ora mortuorum demorſicant.*

DENARIÆ ceremoniæ, quibus ſacra adituris decem diebus certis quibuſdam rebus carendum erat. Feſt. Sic & *Tricenariæ* ceremoniæ dicebantur.

DENASCI, decreſcere. Caſſius Hemina annali. lib. 2. *Quæ nata ſunt, ea omnia denaſci aiunt.* Marcell. Πάντα τὰ γενόμενον, καταβαίνει ὀφείλεται.

DENASO, naſum morſibus præmordeo. Plaut. Captiueis: *Namque edepol ſi adbites propiùs os denaſabit tibi mordicus.*

DENICALES feriæ, à νέκυς, cùm propter mortuum familia purgabatur. Feſt. Colum. lib. 2. cap. 22. *Nos apud Pontifices leginus, feriis tantùm denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere.*

DENSERI, pro denſari. Horat. lib. 1. odâ 28.

Iuxta ſenum ac iuuenum denſentur funera.

Ouid. lib. 4. Metamorph.

Tunc quoque cantato denſetur carmine cælum. Idem lib. 5.

——— *altaque cæli*
Denſebant procul à terris fulgentia templa.

Virg. lib. 12. Æneid.

——— *vos vnanimi denſete cateruas.*

Lucretius lib. 1,

Nec tali ratione poteſt denſerier aër.

DENTHARPAGAS, quibus extrahuntur dentes (ὀδοντάρπας) vocauit Varro Quinquatribus: *Hic bipenſiles forcipes, dentharpagæ.* Non.

DENTIFRANGIBVLA, pro pugnis, queis dentes franguntur. Plaut. Bacchidibus: *Næ tibi hercle haut longè eſt os ab infortunio, ita dentifrangibula hæc meis manibus geſtiunt.* Ibidem: *Vale dentifrangibule.* PI. *Et tu integumentum vale.*

DENTIRE, dentium dolore adfici, cùm primùm naſcuntur. Plaut. Milite: *Venter creat omnes has ærumnas, auribus peraudienda ſunt, ne dentes dentiant.* Plin. lib. 30. cap. 3. *Colluunt caninis dentibus decoctis in vino ad dimidias partes: cinis eorum pueros tardè dentientes adiuuat cum melle.* Idem eodem lib. 4. cap. 14. *Ad dentitionem cerebrum pecoris vtiliſſimum eſt.*

DEPARCVS, impendio parcus, nimium ſordidus. Sueton. in Nerone cap. 30. *Sordidos ac deparcos eſſe putabat, quibus ratio impenſarum conſtabat, prælautos veréque magnificos, qui abuterentur & perderent.*

DEPECTVS, pro turpiter pactus, præpoſit. *de* in malam partem accepta, vt & in verbis *deſperatus, demens, dedecet, degener, deformis.* Cic. ad Heren. lib. 2. *Depectus cum hoſtibus vt arma relinquerent.* Idem Verrin. act. 5. *Scito te biduum cibo tectóque prohibitum, biduum in foro cuſtodiis detentum, neque ante dimiſſum, quàm ad conditiones eius depectus es.* Terent. Phormione: *Depeciſci mortem cupio.* Apul. Apolog. *Omnia inſignia dignitatis obiicit, cum creditoribus depeciſcitur.*

DEPECVLASSERE, depeculaturum eſſe. Lucil. lib. 26. Satyr. *Depeculaſſere aliqua ſperans me ac deargentaſſere, decalanticare eburneo ſpeculo.*

DEPERIRE, valdè amare. Plaut. Bacchidibus: *Meretricem indignè deperit.*

deperit. Ciſtellariâ: *Is amore miſerè deperit hanc mulierculam.* Milite: *Meretricem ingenuam deperibat mutuò Athenienſis iuuenis.* Idem Amphitruone: *Nunquam edepol quenquam mortalem credo ego vxorem ſuam ſic effictim amare, proinde vt hic te effictim deperit.*

DEPESTA, vaſa vinaria. Varro lib. 4. de L. L. *Depeſta etiam nunc in diebus ſacris Sabinis vaſa vinaria in mensa Deorum ſunt poſita.* Apud antiquos ſcriptores Græcos inueni appellari poculi genus δεπίσιαν. Quare vel inde radices in agrum Sabinum & Romanum ſunt profectæ.

DEPETIGO, morbus. Gloſſ. λειχὼ. Lucil. lib. 30. Satyr.

Illuuies, ſcabies oculos huic de
--que -- petigo
Conſcendere. Marcell.

DEPEXVM, pro laceratum. Terent. Heautont. *Næ ego illum, ſi viuo, adeò exornatum dabo, adeò depexum, vſque dum viuat, meminerit mei.*

DEPILATI, & DEPILES, pilis nudati, rarefacti. Lucil. lib. 29. *Nate quid actum eſt? depilati omnes ſumus.* Varro: *Quod ludis præſulis pueri eſſent glabri ac depiles propter ætatem.* Martial. *Cùm depilatos Chreſte coleos portes.*

DEPLORABVNDVS, plorans. Plaut. Aulularià: *Homo ad prætorem venit deplorabundus.*

DEPOLITVM, perfectum, perpolitum. Plin. lib. 36. cap. 25. *Si verò cote depolitum eſt, nigri pauimenti vſum obtinet.*

DEPONERE, deſperare; *depoſitus*, deſperatus. Accius Alcmæone: *Vt me depoſitum ac merentem repentino nuncio alacrē reddidiſti.* Lucil. lib. 3. *Symmachū præterea iam tum depoſtū bubulcus*
Exhalans animam pulmonibus æger agebat. Cæcil. Oboloſtate: *Depoſitus modò ſum animâ, vita ſepultus ſum.* Accius Tereo: *Tereus indomito more atque animo barbaro*
Conſpexit in eam, amore vecors flammeo, &
Depoſtus facinus peſſimum ex demētiâ Confingit. Virg. 12. Æneid.
Ille vt depoſiti pererret fata parentis. Cic. Vern. act. 3. *Itaque mihi videor magnam & maximè ægram, ac propè depoſitam reipubl. partem ſuſcepiſſe.*

DEPONTANI SENES, ſexagenarij, qui de ponte deiiciebantur. Ferunt enim poſt vrbem à Gallis liberatam, decretum fuiſſe ab iunioribus, vt qui ſexageſimum annum egreſſi eſſent, ob cibi defectum in Tiberim de ponte præcipitarentur. Vnum autem pietate filij occultatum, ſæpè ſuo conſilio ſub filij perſonâ patriæ profuiſſe: quod vbi reſcitum, iuueni ignotum, ſexagenario vitam conceſſam. Cic. pro Roſcio: *Quam contra morem maiorum minorem annis ſexaginta de ponte in Tiberim deiecerit.* Varro lib. 6. de L. L. Ouid. lib. 5. Faſtorum. Macrob. Saturn. lib. . cap. 5. Plutarch. in problemat. & in Mario. Cic. pro Sextio, & lib. 3. de Legib. Ælius Stilo. Feſt. Non. Eundem ſeruari modū in inſulâ Cæone tradunt Menander, Strabo, Stephanus, Ælianus & alij. Nonius ait dictos, non quòd de ponte præcipitarentur, ſed quòd ſexaginta qui attigerant annos, à publicis oneribus, & à ſuffragio, quod ferebant per pontem (hoc eſt, men-

ſam anguſtam, altioribus pedibus, in comitio, aut foro ad tempus poſitam, cui ſuffragiorum ciſta imponebatur) liberi eſſent. Cui adſtipulatur Varro de vita pop. Romani lib. 2. *Cùm in quintum* (inquit) *gradum prouenerant, atque habebant ſexaginta annos, tum denique erant à publicis negociis liberi atque ocioſi.*

DEPRANDVS, famelicus. Næuius Hariolo: *Deprando leoni ſi obdas oreas.* Feſt.

DEPRECIAT, precium minuit. Sidon. Apoll. lib. 2. epiſt. 10. *Igitur incumbe, neque apud te litterariam curam, turba depreciet imperitorum.*

DEPRENSA, pœna militaris, caſtigatione maior, ignominia minor. Idem.

DEPRESSITAS, deuexitas, ἀνάθλιψις. Apul. Hermetis Aſclepio: *Non depreſſitas terræ eius opera impedit.*

DEPSERE, à δειπέω, coquo, molo. Cato de R. R. cap. 76. *Deinde manibus benè depſito.* Homer. odyſſ. μ.

Κυρὸν δὲ ψήσας μελιηδέα.

Depſere autem & molere in obſcœnum ſignificatum accipiuntur interdum: quod etiam Cicero ad Pœtum oſtendit. Varro Myſteriis: *Sed tibi fortaſſe alius molit ac depſit.* Idem Margopoli, περὶ ἀρχῆς: *Depſiſtis, dicite Labdæ?* Pompon. Pappo agricola: *Neſcio quis vrget quaſi aſinus vxorem tuam, ita apertis oculis ſimul manducatur & molit.* Catullus:

——— *patrui perdepſuit ipſam*
Vxorem

Sic Horat. lib. 1. ſerm. Sat. 2.

Huc iuuenes æquum eſt deſcendere, non aliena
Permolere vxores.

Et Plaut. Truculento: *Meretriculis molendis rem coëgit.*

DEPVDICAVIT, pro impudicam reddidit, ſtuprauit, Laber. in mimis dixit. Gell. lib. 16. c. 7.

DEPVNGERE, punctis conſtitutis metam & terminum vbi quis ſiſtat, præſtituere. Perſius: *Depunge vbi ſiſtam.*

DEPVVIRE, verberare, à πατέω. Lucil. Satyris: *Palmiſque miſellam depuuit me.* Varro Eumenidibus: *Nunc corium vlmum tuus depuuit.* Cato de R. R. cap. 18. *Ibi de teſta aridâ pauimentum ſtruito, vti ſtructum erit puuito, fricatóque, vti pauimentum bonum fiat.*

DEREPENTE, ſubitò. Afran. incendio: *Non vſquequaquam idoneum reperias locum, vbi derepentè cùm velis facias lucrum.* Idem Hermione: *Atque ille derepentè in iumentum exſilit.* Accius Aſtyanacte: *Huc per matutinum lumen tardo properantem gradu derepentè aſpicio ex nemore pauidum & properantem egredi.* Nouius Macco: *Scalpes dentes derepentè, in cœnam ſi peccauaris.* Pompon. Præcone poſter. *Vis facere, vt nouerca vetulum derepentè deſerat?* Ennius Hectoris lytris: *Ecce autem caligo oborta eſt, omnem proſpectum abſtulit, derepentè contulit ſeſe in pedes.* Idem Phœnicis: *Ibi tum derepentè ex alto in altum deſpexit mare.* Turpilius Boethuntibus: *Eum derepentè audio vxorem ducere.* Non. Terent. Hecyrâ: *Ita corripuit derepentè tacitus ſeſe ad filiam.*

DERIS, δέρις, pellis nautica. Segeſtria vulgò. Feſt.

DESCENDIDIT, pro deſcendit. Valer.

Valer. Antias lib. hiſtor. 7. *Deinde funero locato ad forum deſcendidit.* Laber. Catulario: *Ego mirabar, quomodo mammæ mihi deſcendiderant.* Gell. lib. 7. cap. 9.

DESCOBINATVS, ſaucius, deſectus. Varro Meleagris: *Sin autem delectationis cauſſa venanimi, quanto ſatius eſt ſaluis cruribus in circo exſpectare, quàm his deſcobinatis in ſyluâ currere?* N. Marcell.

DESIDIA, abſceſſus, à deſidēdo. Apul. de Mundo: *Illas etiã quæ priùs fuerãt continentes, hoſpitibus atque aduenis fluctibus inſulatas: alias deſidiâ maris pedeſtri acceſſu peruias factus.*

DESIDIABVLA, lupanaria. Plaut. Bacchidibus: *Egóne hac vt concluſa geſtem clanculum, vt celem patrem, Piſtoclere, tua flagitia & damna, & deſidiabula?*

DESIDIES, deſidia: vt *amicities*, pro amicitia. Lucr. lib. 5. *Quidve ſuperbia, ſpurcitiæ, ac petulantia, quantas (dieſque?) Efficiunt clades? quid luxus, deſi-*

DESIDVO, diuturnè. Varro Corollario: *Diuidiæ mihi fuerunt tam deſiduò abfuiſſe te.* Fulgent.

DESINARE, deſinere. Seneca epiſt. 118. *Imbecillæ mentis iſta ſunt verba, & hac deſinatione miſericordiam captatis.* Gloſſar. *Deſinator, ἀποθνήσκων.*

DESITVM, & DESERTVM, terrâ occultatum, à ſerere, ſeu deſerere, quod eſt in terram deponere. Tibullus:

Nam veneror ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
Seu vetus in triuio florea ſerta lapis.

Varro lib. 1. de R. R. cap. 23. *Nam & in recentibus pomariis deſitis ſeminibus in ordinémque arbuſculis poſitis, primis annis, antequam radices longiùs procedere poſſint, alij conſerunt hortos.*

DESPEXE, DESPICIENTIA, vide paulo inferiùs.

DESQVAMO, ſquamis exſpolio. Lucil. Satyr. lib. 7. (*ornor, Sador, ſubuellor, deſquamor, punicor, Expilor, pungor.*

Plaut. Aulularia: *Dromo deſquama piſces, tu Macharionis gongrum, murenam exdorſua quantum potes.* Plin. lib. 35. cap. 17. *Primum abluitur veſtis ſarda, deinde ſulphure ſuffitur, mox deſquamatur cimolia.*

DESTINARE, emere. Lucil. Satyr. lib. 27. *Facio, ad lenonem venio, vt tribus in libertatem millibus deſtinet.* Plaut. Persâ: *Etiam tu illam deſtinas? videam modò mercimonium.* Idem eadem: *Dij deæque te agitant irati ſcelus, qui hanc non properes deſtinare.* Idem Epidico: *Sororem deſtinat impudens iuuenis.* Et Moſtellariâ: *Benè hercle factum, quid eas deſtinat?* Rudente: *Minis triginta ſibi puellam deſtinat.* Non ingratum erit ſi ſcias propriam huius verbi ſignificationem, quam tradit oculatiſſimus ſermonis Latini index Ioan. Lud. de la Cerda lib. 2. Æneid. verſ. 129.

——— *& me deſtinat aræ.*

Fuit enim antiquis etiã *alligare*, & vincire. Apul. lib. 4. *Nobis ante fores loro valido deſtinatis.* Et lib. 6. *Lorum, quo fueram deſtinatus, abrumpo.* Sidon. lib. 1. epiſt. *Captus, deſtinatuſque peruenit Romam.* Hinc *deſtinam* pro loro in antiquis inuenies.

DESTITVO, ſtatuo. Næuius Gymnaſtico: *In alto nauem iubet deſtitui anchoris.* Cæcil. Symbolo: *Deſtituit omnes ſeruos ante menſam ad ſe.*

Virg. Bucolic. *Et freta destituent nudos in littore pisces.*

Plaut. Rudente: *In duo destituit signa hic cum clauis senex.* Varro lib. 1. de R. R. cap. 20. *Nouellos si quis emerit iuuencos, si eorum colla in furcas destitutas incluserit, ac dederit cibum, diebus paucis erunt mansueti, & ad domandum proni.*

DESPEXE, pro despexisse. Plaut. Milite: *Et me despexe ad te per impluuium fateor.*

DESPICIENTIA, despectus. Cic. offic. lib. 2. *Ergo hæc despicientia admirabilitatem magnam facit.* Idem Tuscul. quæst. lib. 4. *Omnium rerum contemptione ac despicientiâ in omni virtute ponamus.*

DETERIORATVM, abusu peius factum. Symm. lib. 4. epist. 69. *Dehinc vt habita deteriorata rei æstimatione sumptum iustæ instaurationis agnoscat.*

DESVBITO, derepentè. Afran. Emancipato: *Quàm beatæ mihi scenicæ videntur mulieres, quæ iurgio & beneuolentiâ terrent desubitò viros.* Ennius Pancratico: *Cùm desubitò me orat mulier, lacrymánsque ad genua accidit.* Titin. Prælià: *Sed amabo quid tam desubitò ac repentè ad me veniſti.* Cæcil. Asoto: *Nam ego duabus vigiliis transactis duco desubitò domum.* Næuius Tripartitâ: *Postquam se vidit hæredem, desubitò diuortium fecerunt.* Quadrig. annal. lib. 2. *His desubitò vtrisque nunciatur ipsorum copias adesse.* Cic. de repub. lib. 6. *In his, vt meminisſtis, concursu leuissimæ multitudinis, & æré congesto funus desubitò esset ornatum.* Accius Euryface: *Tot trophæa tam desubitò & summam gloriam euorti sines?* Pompon. Pistore: *Fit desubitò hilaris, tristis saltat, ridens ringitur.* Idem Pappo agricola: *Volo ex te scire, cur vrbanas tam desubitò deferis.* Næuius Danaë: *Desubitò famam tollunt, si quam solam vident in viâ.* Lucil. Satyr. lib. 10. *Quamuis desubitò trinis deducere scalis.* Non. Lucr. lib. 2.

— non posse tamen prorũpere equorũ
Vim cupidam tam desubito.

Idem lib. 3.

Sæpè ita desubitò permistâ cæde calentes.

Plaut. Captiueis: *Nam hoc pænè iniquum est Comico choragio, conari desubitò nos agere tragœdiam.* Idem Mostellariâ: *Quamuis desubitò, facilè est facere nequiter.*

DESVBVLARE, perfodere. Varro Sesquiulyſſe: *Vnámque viam Zenona mouisse, duce virtute, hanc esse nobilem, alteram Carneadem desubulasse, bona corporis sequutum.*

DESVDASCITVR, desudatur. Plaut. Bacchidibus: *In palæstram, vbi damnis desudascitur, vbi pro disco damnum capiam, pro cursura dedecus.*

DESVEVI illum, pro desuefeci. Titin. Geminâ: *Parasitum amoui, lenonem ædibus absterrui, desueui ne quo ad cœnam exiret extra consilium meum.*

DETERGERE. elegans verbi *detergeo* nota, nec vulgo doctiùs explorata, cùm pro auferre, confringere, demoliri accipitur. Lucr. 4. lib.

Nam certè iacier, ac tergeri multa videmus
Non solùm ex alto. Item:

— & pabula amoris
Abstergere sibi. Et lib. 5.
Quoniam natura absterguit auctum.

Cæs.

Cæſ. de bello ciuili: *remos detergere*, pro confringere, aut abſcindere dixit. Liu. lib. 38. *Aſſeribus falcatis detergebat primas*, id eſt, auferebat.

DETERIÆ porcæ, pro macilentæ. Feſt.

DETVDES, detonſi, dim. Idem. Gloſſarium: *Detudes*, μιαρθέντες.

DEVENVSTATVS, dedecoratus. Sidon. Apoll. lib. 1. epiſt. 7. *Vbi vſque ad inimicorum dolorem deuenuſtatus, & arebus humanis veluti vomitu fortunæ nauſeantis exſputus.* Idem lib. 2. epiſt. 2. *Non hic per nudam pictorum corporum pulcritudinem turpis proſtat hiſtoria, quæ ſic ornat artẽ, ſic deuenuſtat artificem.*

DEVERSVS, deorſum versùs. Feſt.

DEVESTIRE, veſtes exuere. Apul. lib. 4. Metam. *In fine ſermonis huius ſtatim ſeſe deueſtiunt.*

DEVOMERE, ἐξεμεῖν; euomere. Cæcil. Plocio:

——— *nil peccat de ſuauio,*
Vt deuomas volt quod foris potaueris.

Gell. lib. 2. cap. 23.

DEVORARE, eripere. Accius Æneadis: *Patrio exemplo me dicabo, animámque deuorabod hoſtibus.* Non.

DEVORARE dicta, auſcultare. Plaut. Aſinariâ: *Auſcultate atque operam date, & mea dicta deuorate.* Sic idem Amphitruone: *Nimium libenter edi ſermonem tuum.* Idem Pœnulo: *Orationem aures deuorant.* Et Moſtell. *Guſtare ego eius ſermonem volo.*

DEXTIMVM, pro dextrum. Gloſſ. δεξίτερον. Varro περὶ λέξεων: *A primo compito dextimam viam munit Epicurus.* Saluſt. *Sylla cum equitatu apud dextimos: in ſiniſtra parte A. Manlius cum fundatoribus & ſagittariis.* Sic & *ſiniſtimum*, pro ſiniſtro dixerunt.

DEXTRABVS, pro dextris. Liuius odyſſeâ: *Deque manibus dextrabus.* Non.

DEXTRATA, & SINISTRATA, pars dextra & ſiniſtra. Auctor de limit. conſt. *Vt ſcias in quâ parte agri ſis, an in vltrato & dextrato, an in ſiniſtrato & citrato.* Idem: *Si numeri in meridiano creſcent, erit pars dextrata & ſiniſtrata.*

DEXTROVORSVM, detrorſum. Plaut. Curculione: *Quò me vortam neſcio: ſi Deos ſalutas dextrouorſum cenſeo.*

D I

DIABATHRA, genus ſolearum Græcanicarum. Næuius Coſmotriâ: *Riſi egomet caſſabundum ire ebrium, diabathra in pedibus habebat, atque erat amictus epicroco.* Varro lib. 6. de L. L. Plaut. Aululariâ: *Propolæ, linteones, calcearij, ſedentarij, ſutores, diabathrarij, ſolearij aſtant, adſtant molochinarij.*

DIADEMAM, pro diadema: vt *ſchemam, glaucomam, dogmam, ſyrmam*, pro ſchema, glaucoma, dogma, ſyrma. Pompon. Saturâ: *Cui ſuis leporis liber diademam dedit.* Valer. in Phorm. *Quid hic cum frugicis verſibus & ſyrmâ facis?* Cæcil. Hippolyto: *Filius ad me accedit ſatis hilari ſchemâ.* Apul. lib. 10. *Inſequitur puella vultu honeſta, in Deæ Iunonis ſpeciem ſimilis: nam & caput ſtringebat diadema candida, ferebat & ſceptrum.*

DIÆTA, cænaculum erat, in quo æſtate cænabatur ad vmbram, hyeme ad ſolem. Plinius: *Ex triclinio in diætam, ſiue cænatiunculam tranſitus.* Idem: *Hic turris erigitur ſub*

qua diætæ duæ. Varia autem à veteribus nomina imponi diætis solebant. Sueton. in Claudio: *In diætam cui nomen est Hermeum receſſerat.* Alexander Imp. vt Lampridius refert, in palatio *diætas* ſtruxit nomine *Mammeas*, quas (ait) imperitum vulgus hodie ad mammam vocat. Lucullus *diætam* habuit Apollinis cognomento celebratam, vt Plutarchus tradit: vbi ſummo impendio parabantur conuiuia: vnde illa eius vox cantatiſſima; CÆNATVR IN APOLLINE. Alexandriæ *regiam diætam* ab Antonio ſtructam prodidit Strabo, quam Timonium nũcupauit, quòd Timoniam vitam ſolitariámque foret acturus poſt Actiacam calamitatem. In his *diætis* qui miniſtrabant *ſerui diætarij* vocabantur. T. O.

DIANIVM, locus Dianæ ſacratus. Sic *Mineruium* Mineruæ, *Æſculapium* Æſculapio.

DIBALARE deblacterare, effutire: ductum ab ouibus. Cæcil. *Tantam rem dibalare, vt pro nihilo habuerit.* Varro lib. 6. de L. L.

DICATVRA, dedicatio. Plin. in Præfat. *Nec fiducia operis hæc eſt, ſed dicaturæ.*

DICE, pro dic. Varro lib. 1. de R. R. cap. 9. *Sed quod ſequitur tertium illud de modis dice.* Plaut. Bacchidibus: *Quid nunc es facturus id mihi dice.* Idem Mercatore: *Dice: at enim placidè volo.* Idem Pœnulo: *Addice tuam niſi meretricem minuſculam.*

DICEBO, pro dicam. Næuius Pathicis: *Primum quod dicebo rectè, ſecundum quod dicebo eo melius.* Non.

DICTERIA, quaſi dicta non ſeria, quibus in ἐνθέσεσι, ſeu exordiis fabularum ad populi attentionem captandam vtebantur hiſtriones. Vnde dictioſus hiſtrio. Varro ὄνῳ λύρας: *Et orthopallica attulit pſalteria, quibus ſonant in Græciâ dicteria, qui fabularum collocant exordia, vt Comici, Cinædici, ſcenatici.* Martialis epigr.

Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes.

DICTVRIO. ἐφετικὸν verbum. Macrobius Saturn. lib. 7. cap. 3. *Sed perge, Auiene, ne vltra te dicturientem retardem.* Idem lib. 7. cap. 1. *Quid duces & milites, qui fortiter à ſe facta ſemper dicturiunt.*

DIERECTVS, in crucem ſublatus. Plaut. Captiuis: *Quin quieſce dierectum cor meum, ac ſuſpende te.* Idem Curculione: *Lien dierectus eſt.* Caſinâ: *Abi dierectus tuam in prouinciam.* Bacchidibus: *Abi actutum ad fores, recede hinc dierecte.* Menæchmis: *Abi hinc dierectus Iudis in capitali meo.*

DIFFERITAS, pro differentiâ. Lucr. lib. 4.

Tantaque in his rebus diſtantia differitáſque eſt,
Vt quod aliis cibus eſt, aliis fuat acre venenum.

DIFFERRE, diſſipare. Ennius Andromedâ: *Alia fluctus differt, diſſupat viſceratim membra.* Virg. Georg. lib. 4.

—Scythiæque hyemes atque arida differt
Nubila. Lucr. lib. 1.
Ingentéſque ruit nanes, & nubila differt. Idem lib. 6.
Funditque ardorem longè, longéque fauillam
Differt, & craſſa voluit caligine fumi

Differre etiam eſt diffamare, diuulgare. Lucil. lib. 30. Satyr.

Gaudes cùm de me iſta foris ſermonibu' differs. Ibidem:

Et maledicendo multis ſermonibu' differs.

Varro lib. 4. de vita pop. Rom. *Si modo ciuili concordiâ exſequi rationem paret, rumores fumam differant licebit, nóſque carpant.* Plaut. Aululariâ: *Niſi mihi vaſa reddi iubes, pipulo te differam ante ædes.* Cæcil. Plocio: *Nunc credo inter ſuas æquales & cognatas, ſermonem ſerit: hæc erunt conſilia, hodie differor ſermone miſer.*

DIFFICVL, difficile. Varro Bimargo: *Quod vtrum ſit magnum, an paruum, facul, an difficul.* Non.

DIFFLARE, flatu deturbare. Lucil. Satyr. lib. 26. *Pars diffiatur vento, pars autem obrigeſcit frigore.* Plaut. Militę: *Cuius tu legiones diffłauiſti ſpiritu?*

DIFFVSILIS, diffuſus. Lucr. lib. 5.

Sic igitur tũ ſe leuis ac diffuſilis æther
Corpore concreto circumdatus vndique ſepſit.

DIGERIES, digeſtio. Macrobius lib. 1. præfat. *Idem in his quibus aluntur ingenia præſtemus, vt quæcumque hauſimus non patiamur integra eſſe, ne aliena ſint, ſed in quandam digeriem concoquantur, alioquin in memoriam ire poſſunt, non in ingenium.* Mutuatus eſt hanc præfationem Macrobius magna ex parte ex Senecâ, epiſt. lib. 12. ep. 85.

DIGNANTER, ἀξίως. Vopiſcus in Tacito: *Ipſum igitur qui nos tueri debet, loquentem dignanter audite.* Sidonius lib. 4. epiſt. 7. *Quo repentè ſtupore feriętur cum intuitu noſtri dignanter admiſſus.*

DIGNATIO, pro dignitate. Sueton. Veſp. Auguſto cap. 4. *Exin ſortitus Africam integerrimè, nec ſine magnâ dignatione adminiſtrauit.* Idē Domitiano cap. 2. *Tantum vt fratri, & operibus & dignatione adæquaret.*

DIGNAVI, dignum duxi. Pacuu. Hermionâ: *Cùm neque me accipere æquales dignarent meæ.* Accius Meleagro: *Remanet gloria apud me, exuuias dignaui Atalantæ dare.* Pacuu. Ilionâ: *Queis Deos infernos, quibus cæleſtes dignet decorare hoſtiis.* Non. Diom. lib. 1.

DIGNOR, dignus habeor, paſſiuè. Accius Atreo: *Egóne Argiuum imperium attingam, aut Pelopis digner domo?* Idem Neoptolemo: *Sed quem mihi iungent, quique cum illo fuerint, dignabor dari.* Cic. de Oratore: *Quanquam enim omnis oratio locutio eſt, quæ tamen conſimili laude dignantur.* Virg. 3. Æneid.

Coniugio Anchiſæ Veneris dignate ſuperbo.

DIGNORARE dicitur ſigna imponere, vt fit in pecoribus. Inſtrumentum quo dignorantur pecudes, *Character* rei ruſticæ ſcriptoribus dicitur. Vnde Anacreon: ἵπποι πυρὸς χαράγμ' ἔχοι. Dicitur & πυσίππιον: ſignati equi Ariſtophani σαμφόροι: Luciano καππεφόροι: Heſychio κοππατίαι: Straboni λυκοφόροι, vocantur. Gloſſarium: *Dignorat* ἀναπλώσει.

DIGNVM antiqui dicebant ἀπὸ τὸ δείκνυειν, id quod monſtari & æſtimari poterat: vnde *indignum* τὸ ἄφατον. Ennius: *Indignæ turres.* Virgilius Bucol.

— indigno cũ Gallus amore periret.

Et

Et in Ciri:

Verùm hæc tum nobis grauia atque indigna fuere.

Similiter Attici τὸ ἄξιον vocabant, quod facile æstimari poterat: itaque sæpè ἀντὶ τοῦ εὐώνου ponebant. Aristophanes ἱππεῦσι:

Οὐπώπο' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας.

Item:

Ἢ δοῦλο τὰς ἀφύας παρ' ἡμῖν ἀξίας.

id est, εὐώνους.

DIGNVS SALVTIS. Plaut. Trinummo: *Dij dent tibi Lysiteles, quæ velis. Non ego sum dignus salutis?* Virg. 6. Æneid.

Descendit magnorum haut vnquam indignus auorum.

DII, pro Dei. Virg. *Munera lætitiámque dij.* Gell. lib. 9. cap. 4.

DIIS, diutinis ac iugibus. Varro ὀργ. λύρας:

Quam mobilem, Diuum lyrans Sol, harmoge
Quidã gubernans motibus diis veget,
Phœniciæ sunt vocis suscetabulum,
Cantantiúmque gallus gallinaceus.

DILIGIT, pro diuidit. Plaut. Curculione: *Clypeatus elephantum vbi machæra diligit.*

DILVVIES, diluuium. Lucret. lib. 5.

Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur
Imbribus. Horat. lib. 4. Carm.
——— *horrendámque cultis*
Diluuiem minitatur agris.

DIOBOLÆ, viliſſima ſcorta, quæ duobus obulis ducuntur. Pacuu.

Non ego sic fui, vt nunc sunt meretrices diobolæ,
Quæ suam minimi caussã paruipendunt gratiam.

Fulgent. Plaut. Pœnulo: *Seruulorum sordidulorum scorta diabolaria.*

DIOBOLARES, ſchenículæ, miraculæ, meretrices à binis obulis. Pammach. *Diobolare prostibulum, quam actutum vt Dircen partitam reddam.* Idem. Plaut. Pſeudolo: *Anum illam diobolarem, cludam, crassam Chrysiden.*

DIOCONITÆ, à διώκειν, milites aliàs ſequutores dicti. Ammianus Marcell. lib. 27. *Deploratis nouissimis rebus, luxúque adiumento militari marcescente, adhibitis semiermibus paucis, quos Dioconitas appellant.* Iul. Capitolinus in Antonio Philoſopho: *Armauit & dioconitas.*

DIRIBERE, diſtribuere. Varro lib. 3. cap. 2. de R. R. *Axius mihi dum diribentur, inquit, suffragia, vis potius villæ publicæ vtamur, vmbrâ, quàm priuati candidati tabellâ, dum ita ædificemus nobis?* Et cap. 5. *Narrat ad tabulam cùm diriberent quendam deprehensum tesserulas coniicientem in loculum.* Hinc *Diribitorium*, locus, in quo numerabatur ſtipendium militi, & exercitus recenſebatur: qui diſtribuebant, *Diribitores* vocabantur. Sueton. in Claud. Cæſ. cap. 18. *Cùm Æmiliana pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus mansit.*

DIRIBITORES Apuleius vocat, quos Iuuenalis, Petronius, Seneca, Tertullianus, *structores*: Sidon. Apollinaris, *carptores, scissores, carpos, cheironomantas*: Lucilius *cibicidas*: Athenæus τραπεζοκόμους; dixére. Apul. lib. 2. *Diribitores pluscùli splendidè amicti, fercula copiosa scitulè subministrabant.*

DIRISSIMVM, ſeueriſſimum. Varro Bimargo: *Scœna quem senem Latina viderat dirissimum.* Non.

DIRITAS, crudelitas. Cic. de Sene

Senectute: *Intelligi poteſt ex his fratribus, qui in Adelphis ſunt, quanta in altero diritas, in altero comitas.* Sueton. Tib. Cæſ. cap. 21. *Nec illud quidem ignoro aliquos tradidiſſe Auguſtum palàm, nec diſſimulanter morum eius diritatem adeò improbaſſe, vt nonnunquam remiſſiores hilarioréſque ſermones ſuperueniente eo abrumperet.*

DIRVNCINO, depurgo. Plaut. Captiueis: *Tum igitur ego diruncinatus deartunatus ſum miſer.* Idem Milite: *Vt lepidè diruncinauit militem.*

DISCAPEDINARE, intercapedine ſeparare. Apul. Floridorum lib. 1. *Primus Hiagnis in canendo manus diſcapedinauit.*

DISCERNICVLVM, inſtrumentum, quo diſcernitur capillus. Varro lib. 4. Analog. Lucilius lib. 30. *Euplocamo digitis, diſcerniculúmque capillo.*

Gell. lib. 17. cap. 15. *Duas comperi ſpecies hellebori eſſe, diſcerniculo coloris inſignes, candidi & nigri.*

DISCESSIS ILLIS, id eſt, cùm diſceſſiſſent. Cœlius lib. 4. hiſtor. *Cuſtodibus diſceſſis multi interficiuntur.* Sic Claudius: *Pugna acriter commiſſa multis vtrinque interitis.* Et Liuius Proteſilao: *Cupidius miſerulo obito.* Priſc. lib. 9.

DISCIDIVM, diſſolutio, ſeu diremptio corporis; *diſſidium* verò animi. Tacitus lib. 2. *Agrippa diſcidio domum imminuerat.* Tibullus, *Aſper eram & benè diſcidium me ferre loquebar.* Catullus: *Sed fratris cari flebile diſcidium.* Ouidius lib. 5. Metamorph.

——— *ſed tanta cupido [crines.*
Si tibi diſcidij eſt, repetet Proſerpina

Terent. Hecyrâ: *Neque meâ culpâ id diſcidium euenìſſe, id teſtor Deos.* Idem Andriâ: *Valeant, qui inter nos diſcidium volunt.* Arnob. lib. 5. aduersùs gentes: *Cum diſcidio partium ſanguis fluit immenſus.* Lucr. lib. 1. *Diſcidium parere, & nexus exſoluere poſſem.* Idem lib. 3.

——— *non ſic animai*
Diſcidium poſſunt artus perferre relicti.

Plaut. Pſeudolo: *Harum voluptatum mihi omnium, atque itidem tibi, diſtractio, diſcidium, vaſtities venit.*

DISCIPLINOSVS, qui multos habet diſcipulos. Cato de re militari: *Quàm gladiator diſciplinoſus.* Non.

DISCITVR, μαθάνεται, cognoſcitur. Sidon. lib. 8. ep. 6. *Prater iſta per alias vices doctrinam illius (quo more citiùs homo diſcitur) inobſeruatus inſpexi.*

DISCOBINARE, ſauciare. Varro Meleagris: *Sin autem delectationis cauſsâ venamini, quanto ſatius eſt ſaluis cruribus in circo expectare, quàm his diſcobinatis in ſyluâ currere?* Idem.

DISCONDVCIT, obeſt. Plaut. Trinummo: *Qui homo eſt me inſipientior, qui ipſe egomet vbi ſim quæritem, ſed nihil diſconducit huic rei.*

DISCONVENIT, non conuenit, in controuerſiam cadit. Iulius Front. de limit. conſtit. *Si diſconuenit, ad ius ordinarium pertinebit.* Hygenus de limit. *Ex eiuſmodi cauſis tam frequenter diſconuenit.* Idem: *Limitum ordinatio altera alteri diſconuenit.* Auctor fin. regund. *Ad ordinem diſconuenientem attendas.*

DISCORDABILIS, discors. Plaut. Captiueis: *Me hic valere & tute audacter dicito, Tyndare, inter nos fuisse ingenio haut discordabili.*

DISCORDIOSVS, discors. Sidon. lib. 9. epist. 3. *Statuta regnorum denuò, per conditiones discordiosas ancipitia redduntur.*

DISCORDIS, pro discors, antiqui dicebant. Pompon. Satyrâ: *Blanda, fallax, impotens, superba, discordis.* Prisc. lib. 6.

DISCORDITAS, discordia. Pacuu. Hermionâ: *Quantámque ex discorditate cladem importem familiæ.* Marcell.

DISCREPITARE, discrepare. Lucr. lib. 2.

—— verùm positurâ discrepitant res.

Idem lib. 3.

Aut magis inter se disiunctum discrepitánsque. Idem lib. 6.

—— ideo quia longè discrepitat res.

Sic *peritare, imperitare, nominitare, negitare, cœptare, remitare, fugitare*, idem Lucretius dixit.

DISERTIM, pro disertè, palàm. Liuius odysseâ: *Tùm que mihi narrato omnia disertim.* Plaut. Sticho: *Fuit disertim, verùm id vsu perdidit.* Accius Euryface: *Disertim id vnum in commodis defit meis.* Titin. Veliternâ: *Habui rectè disertim.* Non.

DISERTITVDO, eloquentia. Fabius Victorinus in 1. Rhet. Cicer. *Attendamus tamen, vt cùm supra prò eloquentia aut copiam dicendi, aut exercitationem, aut disertitudinem nominauerit.*

DISORTIONES, diuisiones patrimoniorum inter consortes. Fest.

DISPALARE, separare. Sisenna histor. lib. 3. *Dispalati, ab signis digressi omnes ac dissipati.* Ibidem: *Tanto plures passim dispalantur.* Non. Glossarium: *Dispalat, διασπᾷ.*

DISPALESCO, diuulgor. Plaut. Bacchidibus: *Si plus perdundum sit, perisse suauius est, quam illud flagitium vulgò dispalescere.*

DISPARILITAS, ἀνομοιότης. Gell. lib. 20. c. 11. *Facta igitur in his est commentariis eadem rerum disparilitas.* Macr. Saturn. lib. 1. cap. 1. *Variarum rerum disparilitas ab authoribus diuersis confusa temporibus, ita in quoddam digesta corpus est.*

DISPARILITER. Varro lib. 1. de R.R. cap. 6. *Hæc atque huiuscemodi tria fastigia agri ad colendum disparíliter habent momentum.*

DISPECTVS, impexus, impolitus. Auctor fin. regundor. *Alibi quidem politos, est vbi dispectos lapides posuimus, subtus terram decisimus, vt firmarentur lapides, quos dispectos in rigore & in latere limites constituimus.*

DISPENNERE, dispandere, ab auium pennis in volatu. Plaut. Milite: *vbi lubet dispennite hominem diuersum, & distendite.* Ibidem: *Dispessis manibus patibulum quum habebis.*

DISPERTIVISTI, distribuisti. Plaut. Aululariâ: *Hercle iniuria dispertiuisti, pinguiorem agnum isti habent.* Cic. 7. Verrin. *A quibus initia vitæ atque victus, legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus ac ciuitatibus data & dispartita esse dicuntur.*

DISPEX, prouidus. Minutius Octau. *Dispicis Isidis ad hirundinem sistrum.* Glossæ, *dispex, ὀξυβλέπης.* Sic *prospex.* Tertull. de testim. animæ: *In præsagiis vatem, in ominibus augurem, in euentibus prospicem.*

ſpicem. Hinc *proſpicuè*, προνοητικῶς. Apul. de aſino: *Benignè ac proſpicuè in me conſuluit qui peregrinantem cum tali viro conciliauit.*

DISPVLVERARE, diſpergere. Næuius Gymnaſtico:

Saxa, ſyluas, lapides, montes diſilicis, diſpulueras.

DISPVTARE, pura verba componere. Varro lib. 5. de L. L. *Sic is ſermo, in quo pura diſponuntur verba, ne ſit confuſus, atque vt diluceat, dicitur diſputare.*

DISSIMVLAMENTVM, diſſimulatio. Apul. Apolog. *Quæ ſcripſerat diſſimulamenti cauſa & deridiculi.* Idem Florid. lib. 1. *Muſæ cùm Minerua diſſimulamenti gratia indices aſtitere.*

DISSVLCVS PORCVS, qui in ceruice ſetas diuidit. Feſt.

DISSVPAT, diuidit, diſſipat. Lucr. lib. 1.

Diſſupat in corpus ſeſe cibus omne animantum. Idem lib. 2.

Nec ſic interimit mors res vt materiai
Corpora conficiat, ſed cœtum diſſupat ollis. Et lib. 4.

Diſſupat aduenies liquor, ac reſtringit vt ignem. Et lib. 2.

Sol etiam ſummo de vertice diſſupat omnes
Ardorem in partes.

DISTISVM, pertiſum, pro diſtæſum. Lucil. Satyris: *Quo facetior videare & ſcire plus quàm cæteri, pertiſum, non pertæſum hominem dicis.* Feſt.

DIV, pro die. Sic *noctu* pro nocte. Titin. Fullonibus: *Nec noctu, nec diu licet fullonibus quieſcant.* Plaut. Caſinâ: *Noctúque & diu viro ſubdola ſies.* Idem Aululariâ: *Nec noctu nec diu quietus vnquam eam.*

DIVALIS, diuus. Spart. Caracallâ: *Qui Fauſtinæ templum & diuale nomen eripuit.*

DIVARICARI, diſtendi: inde *vari.* Cic. de ſignis: *Sopatrum hominem ſummo magiſtratu præditum diuaricari ac deligari iubet.* Cato: *Arbores hoc modo putentur: rami diuaricentur.* Quintil. *Varicari in ſtando ſupra modum deforme eſt.*

DIVERGIA, diuerticula, ductus, deriuationes aquarũ. Siculus Flaccus limit. conſt. *Territoria alia fluminibus finiuntur, alia ſummis montium, ac diuergiis aquarum.* Aggenus Vrbicus: *Iunguntur ſuperciliis, nec non itineribus, vel diuergiis aquæ.* Idem: *Per ſummum montis, per diuergia aquæ ad locum illum.* Frotin. de limit. agr. *Finitur ripis per deuexa collium, arboribus, diuergiis aquarum.*

DIVIANA, Diana. Varro lib. 4. de L. L. *Luna quòd ſola noctu lucet, itaque ea dicta noctiluca in Palatio, nam ibi noctu lucet templum. Hanc, vt ſolem Apollinem, quidam Diuianam vocant Apollinis, vocabulum Græcum alterum, Latinum alterum.*

DIVIDIÆ, triſtitiæ. Varro Corollario: *Diuidiæ mihi fuerunt tam deſiduò abfuiſſe te.* Propertius:

Diuidias mentis conficit vnus amor.

Fulgent. Accius Phœniſſis: *Ne eorum diuidiæ diſcordes diſſupent, diſturbent tantas & tam opimas ciuium diuitias.* Non. Plaut. Caſinâ: *Nam quod tibi eſt ægrè, idem mihi eſt diuidiæ.* Idem Bacchidibus: *Caue tibi ducenti nummi diuidiæ ſuant.* Idem Sticho: *Sed tùm cogito potius quàm in diuidiam veniam.*

DIVIDIA, tædium. Accius Armorum iudicio: *Huius me diuidia*

cogit plus quàm par eſt loqui. Turpil. Epiclero: *Sperabam conſilia mea diuidia tibi cùm ætas acceſſet, non fore.* Plaut. Sticho: *Hæc mihi diuidia & ſenio ſunt.*

DIVIDICVLA, caſtella, è quibus è riuo communi aquam quiſque in ſuum fundum ducit. Feſt.

DIVIDOS, ſeparatos. Accius Andromedâ. *Nóſque vt ſeorſim diuidos letho offeras.* Non.

DIVIPOTES, Dei potentes. Θεοὶ δυνατοὶ. Dicuntur & κάβειροι, à Syriacâ, ſeu Phœniciâ voce *kabir*, quæ eius gentis linguâ *potem*, ſeu *potentem* ſignificat.

DIVISSE, diuiſiſſe. Accius Prometheo: *Vnde ignes mortalibus diuiſſe cluet doctus Prometheus clepſiſſe dolo.* Varro lib. 6. de L. L.

DIVITARE, ditare. Turpilius: *Dij me diuitant.* Accius Aſtyanacte: *Nihil credo auguribus, qui aures verbis diuitant alienas, ſuas vt auro locuplent domos.* Gell. lib. 14. cap. 1.

DIVITIOR, ditior. Cic. Orator. lib. 3. *Inde ille licentior & diuitior fluxit Dithyrambus.* Terent. Phormione: *Quàm iniquè comparatum, eſt, ij qui minus habent, ſemper aliquid addant diuitioribus.* Cornel. Nepos in vita Phocionis: *Fuit enim perpetuò pauper, cùm diuitiſſimus eſſe poſſet.* Lucr. lib. 5.

Diuitioris enim ſectam, plerumque ſequuntur.

Sidon. lib. 4. epiſt. 3. *Volumen iſtud quod tute ſuper ſtatu animæ rerum verborúmque ſcientia diuitiſſimus, propalauiſti.*

DIVORTIVM, deflexus de via. Virg. 9. Æneid.

Obiiciunt equites ſeſe ad diuortia nota.

DIVRNARE, diu viuere. Claudius annal. lib. 1. *Nam hæc maximè verſatur Deorum iniquitas, quòd deteriores ſunt incolumiores, neque optimum quemque inter nos ſinunt diurnare.* Gell. lib. 17. cap. 2.

DIVTINE, pro diu. Plaut. Rudente: *Ille qui conſultè, doctè atque aſtutè cauet, Diutinè ei vti benè licet partum benè.*

DIVTVLE, diu. Apul. Florid. *Iamiam ſudoro adſatim corpore, diutulè obrigui.* Ibid. *Diutuléque nec aſſerere velle, nec reddere.* Ibid. *Itaque expeditâ dexterâ adeunt ac ſalutant, & ſi diutulè ille quippiam percontetur, ambulant diutulè, & fabulantur.*

DIXIS, pro dixeris. Plaut. Aululariâ: *Ne iſtuc dixis.* Idem Milite: *Tute ſcis ſoli tibi, mihi ne dixis, ſcire nolo.* Idem Pœnulo: *Ain tu dixe Syncraſtum haſce eſſe ingenuas ambas ſurreptitias Carthaginenſes?*

DO

DO, pro domum. Ennius: *Endo ſuam do.* Sic *cæl* pro cælum, *guberna* pro gubernacula, *pa* pro parte, *po* pro populo, *famul* pro famulus, Oſci dicebant, Dores ſecuti, qui dimidiatas pro totis vſurpabant voces, vel extremas vocum partes abſcindebant, dicentes: Δῶ, κάρα, ἱδρῶ, δαΐ, σκέπα, κεὶ, ἴει, γλάφυ, ὕφα, & ſimilia, pro δῶμα, κάρηνον, ἱδρῶτα, δαΐδι, σκέπασμα, κείμενον, ἴεσαν, γλαφυρὸν, ὕφασμα. Auſon. Monoſyllabis:

Et cuius de more quod adſtruit, endo ſuam do.

DOLAMEN, dolatio. Apul. Florid. *Vel etiam colliculus ſepimine conſeptus,*

cratus, vel truncus dolamine effigiatus.

DOLARE, in obſcœno ſignificatu. Apul. lib. 9. Metam. *At verò adulter, belliſſimus ille puſio, inclinatam dolio pronam vxorem fabri, ſuperincuruatus ſecurè dedolabat.*

DOLATILIS, dolatus. Auctor finiũ regundorum: *Scutanei ſunt, hoc eſt, dolatiles, alij qui ſunt lapilli facti tornatiles.*

DOLONES, gladioli ſunt in baculo ligneo tecti, ne videantur: à dolo dicti. Eorum in prælio quondam erat, in peregrinationibus adhuc remanet vſus. Sueton. Claudio Cæſar. cap. 13. *Reperti & equeſtris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro præſtolantes, alter vt egreſſum theatro, alter vt ſacrificantem apud Martis ædes adoriretur.* Virg. lib. 7. Æneid.

Tila manu, ſæuóſque gerunt in bella dolones.

Ad quẽ locum Seruius *dolones* eſſe ait virgas intra quas lateat pugio. Dicuntur & vela minora, quæ ſuper maiora celeritatis cauſsâ eriguntur, *dolones*. Liuius lib. 47. *Sublatis dolonibus effusè effugere contendit.*

DOLITVS, pro dolatus, abraſus, effoſſus. Varro Agathone: *Núm nam celatus in manu ſcyphus cælo dolitus artem oſtentat Mentoris.* Non. Lucr. lib. 5.

Materiem dolere & lauare & radere tigna.

DOLITVS etiam pro *doluit* poſitum inuenitur in antiquo monumento Romæ: NYMPHÆ. IVLIÆ. MELLIFL. BENEMERENTI. DE. FR'ATR. SVI. CONIVGE. VIX. ANN. CVM. EO. VI. DECESS. XXVII. PIISSIMA. DE QVA. NIHIL. ALIVD. DOLITVS. EST. NISI. MORTEM.

DOMIDVCVS, Deus cui antiqui ſacrificabant, cùm noua nupta domum deduceretur. Præfecti & hi erant nuptiis. *Iugatinus, Mutinus, Virginenſis, Manturna, Cinxia, Subigis, Materprema, Viriplaca*, &c.

DOMINVS, præbitor conuiuij antiquis, *dominia*, præbitiones, largiores, ſeu conuiuia hilariora dicta. Lucil. *Primùm dominia atque ſodalitia omnia tolluntur.* Cic. frumentariâ in Verrem: *Huius argento dominia veſtra, huius ſignis forum comitiúmque ornaui.* Idem in Vat. *Quum ipſe epuli dominus Q. Appius albatus eſſet.* Varro Papiapapæ, ἢ ἐγκωμίων: *Aut dominum, aut vinum, aut aliud quid ni laudato.* Turpil. Philopatro:

——*fortè eo die*
Meretrices ad me delenificè Atticæ
Conuenerant, condixerántque cœnam apud
Me, Thais atque Erotium, Antiphila, Pythias,
Ego dextra accubui domina.

Varro Eudymionibus: *Diſcumbimus multi, tum dominus maturè ouo cœnam committit.* Lucil. lib. 6.

——*qui te bone Iuppiter, inquit,*
Craſſo Mutiũ cum cœnas dominus foris. Non.

DOMVITIO, domum reuerſio. Cornificius lib. 3. ad Heren. *Iam domuitionem reges Atridæ parant.* Apul. *Choragio itaque perfecto domuitionem parant.* Cic. lib. 1. de diuinat. *Sed Rodiuũ claſſi propinquum reditum ac domuitionem dari.* Apul. lib. 1. Metamorph. *Eíque cauſis peregri*

regrinationis diuturnæ & domuitionis anxiæ, & ſpoliationis diurnæ aperio. Idem lib. 2. *Protinus exſurgo, & appellatâ proſperè Byrrhenâ, titubante veſtigio domuitionem capeſſo.* Et lib. 3. *Iam denique nec larem requiro, nec domuitionem paro.* Idem lib. 10. *Iamque ex arbitrio diſpoſitis coemptiſque omnibus domuitionem parabat.* Et lib. 11. *Gratis perſolutis tardam ſatis domuitionem comparo.* Accius Aſtyanacte:

——— *hunc extiſpicem*
Regionum fac deſiſtat, aſt exercitum
Morari, nec me ab domuitione arceat
Obſcœno omine.

DOMVIS, pro domus. Varro ταφῇ μεν ἐπεσε: *Perrexit in interitu parteis domuis.*

DOMVTIO, dominatus. Pacuu. Hermionâ: *Nam ſolus Danaus hîc domutionem tenet.* Lucil. Satyr. lib. 26. *Domutionis cupidi imperium regis penè imminuimus.*

DONATICÆ CORONÆ, quibus victores in ludis donabantur, aliàs *prouinciales dictæ.* Tertull. *Sunt & prouinciales coronæ imaginum iam, non virorum capite maiora quærentes.*

DONICVM, pro donec. Plaut. Aululariâ: *Aut ſi reſpexis donicum ego te iuſſero.* Idem Moſtellaria: *Vſque dum mantant, neque id faciunt donicum parietes ruant.* Et Pſeudolo: *Adeò donicum ipſas ſeſe ludos fieri ſenſerit.* Truculento: *Vſque adeò donicum eduxit foras.* Vidulariâ: *Vidulum apponite huc, ego ſeruabo quaſi ſequeſtro detis: neutri reddibo donicum, hæc res diiudicata erit.* Priſc. lib. 6. & lib. 13.

In libello Velij Fidi Romæ. CVOM ANTE HOS DIES CONLVGEM ET FILIOM AMISERIM. ET PRESSVS NECESSITATE CORPORA EORVM FICTILI SARCOFAGO COMMENDAVERIM DONICVM IS LOCVS QVEM EMERAM ÆDIFICARETVR VIA FLAMINIA INTER MILIAR. II. ET III. libellus hic conſcriptus Antonini Pij anno XVII. Antiò Pollione & Opiniano Coſſ. Symm. lib. 1. epiſt. 11. *Donec ſtatio Formiani multâ fruge & aliis id genus in vſum neceſſariis inſtruatur.*

DORMITIO, oſcitantia. Varro ſexageſimo: *O ſtulta noſtri pectoris dormitio.* Idem: *Quid mihi cum ſomno, ſi dormitio tollitur.* Non.

DR

DRAPETÆ, fugitiui. Plaut. Curculione: *Conſtant, conferunt ſermonem inter ſe drapetæ, obſtant, obſiſtunt, incedunt cum ſuis ſententiis.*

DRVNGVS, globus. Veget. lib. 3. cap. 16. *Scire dux debet, contra quos drungos, hoc eſt, globos hoſtium, quos equites oporteat ponere.* Vopiſc. in Probo: *Triumphauit de Germanis & Blemiis omnium gentium drungos vſque ad quinquenarios homines ante triumphum duxit.*

DV

DVBIENVS, priſcis, qui nunc dubius: ſicut *ſocienus*, pro ſocius apud Plautum in Aulularià.

DVBITATIM, dubitanter. Siſenna hiſtor. lib. 4. *Quod hoſtem non dubitatim cum pluteis ac ſcalis*

ſcalis iter facere cernebat. Cœlius Annal. lib. 3. *Imperator conclamat de medio, vt velites ſiniſtro cornu remoueantur, & Gallis non dubitatim immittantur.*

DVCALITER, à duce. Sidon. lib. 8. epiſt. 6. *Quo ferunt nullum rem militarem præſtabiliùs, neque ducaliùs adminiſtraſſe.*

DVELLICVS, pro bellicus. Lucr. lib. 2.

Sæpe itaque ex vno tondentes gramina campo
Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles:
Buceriæque greges, ſub eodem culmine cœli.

Plaut. Epidico: *Nempe quem in adoleſcentiâ memorant apud reges armis arte duellica diuitias magnas indeptum?*

DVELLONA, pro Bellona. Varro lib. 4. Analog. Sic *duidens*, hoſtia bidens: *duicenſus*, cum altero, hoc eſt, cum filio cenſus. Feſt. Gloſſarium: *Duellum*, πόλεμος ἀρχαίοις. *Duellona*, πολεμική.

DVELLVM, bellum. Plaut. Aſinariâ: *Sicut ego feci, quæ domi duellique mali feciſti.* Idem Amphitruone: *Amphitruo noli Amphitruonem duello perdere.* Ennius lib. 1. annal.

Horrida Romuleûm certamina pungo duellûm.

Plaut. Amphitruone: *Duello extincto maximo, atque internecatis hoſtibus.* Idem Captiueis: *Domi bellique duellatores optimi.*

DVELLVS, bellus, hoc eſt, formoſus, pulcer. Nævius Danaë:

Contemplo placitæ formam & faciem virginis Duellæ.

Quintil. lib. 1. cap. 4. orator. inſtit. *Sed B, quoque in locum aliarum dedimus aliquando, vt Byrgus & Bruges, & Balæna, nec non fecit eadem ex duello bellum, vnde duellos quidam dicere bellos auſi.* Sic *duilem*, χολὴν, pro bile vſurparunt.

DVICENSVS, Gloſſis δεύτερον ἀπογεγραμμένος. vide *Improlus*, & *Duellona.*

DVIS, pro bis. Cic. Oratore: *Quid verò licentius, quàm quod hominum etiam nomina contrahebant, vt eſſent aptiora: nam vt duellum bellum, duis bis; ſic Duilium eum, qui Pœnos claſſe vicit, Bilium nominauerunt, cùm ſuperiores appellati eſſent ſemper Duilij.*

DVIS, dederis. Gloſſarium: *Duit*, δοίη. *duint*, δοῖεν. Cato de R. R. cap. 141. *Vti tu pecua ſalua ſeruaſſis, duiſque bonam ſalutem valetudinémque mihi domui familiæque noſtræ.* Apul. Apologiâ: *In hac etiam ætate qua nunc eſt, quæ iſtum deperduint, multa ſunt.* Plaut. Captiueis: *Eum ſi reddis mihi, præterea vnum nummum ne duis.* Idem eâdem: *Per Deos atque homines ego te obteſtor Hegio, ne tu iſtunc hominem perduis.* Et ibidem: *At ob eam mihi libellam pro eo argenti ne duis.* Idem Aſinariâ: *Non magni pendo ne duit, ſi non vult.* Ibidem: *Hercle Dij iſtum omnes perduint.* Et Aululariâ: *Ne mihi ex inſidiis verba imprudenti duit.*

DVLCARE, vide *Edulcare.*

DVLCICVLVS, dulcis. Plaut. Pœnulo: *Huius mel, huius labellũ, huius cor, huius lingua, huius ſuauium, huius dulciculus caſeus.* Cic. lib. 3. Tuſcul. quæſt. *Eripiamus huic ægritudinem, collocemus in culcitrâ plumea, pſaltriam adducamus, demus ſcutellam dulciculæ potionis.*

DVLCIT,

DVLCIT, pro dulcet. Lucr. lib. 2.

Humor dulcit, vbi per terras crebrius idem Percolatur.

DVLCITAS, dulcedo. Apul. de mundo: *Sic faciles vitium lapsus & palmarum ardua, persicorum rubor, lenitas mali gignitur, dulcitas fici.*

DVLCITER, dulcè. Apul. 10. *Iã tibiæ multiforatiles cantus Lydios dulciter consonant.* Accius Tereo: *O suauem linguæ sonitum! ô dulcitas conspirantis animæ.* Cæcil. Syracusis: *Tanta huic inuasit in corda indulcitas.* Non.

DVLICE', δουλικῶς, seruiliter, vernaliter. Plaut. Milite: *Euge, euge euschemè hercle adstitit & dulicè & comœdicè.*

DVMECTA, dumeta. Fest. Varro lib. 5. de L. L. *Tesca dumecta sunto, quoad ego castè linguâ nuncupauero.*

DVO, pro duos. Plaut. Pseudolo: *Lanios inde arcessam duo cum tintinnabulis, eadem duo greges virgarum indidem vlmearum adegero.* Virg. 11. Æneid.

Si duo præterea tales Idea tulisset Terra viros.

Plaut. Mostellariâ: *Viden' pictum vbi ludificatur cornix vna volturios duo? cornix astat, ea volturios duo vicissim vellicat.* Et Epidico: *Quæ senes duo doctè ludificetur.* Terent. Adelphis: *Tu istos duo olim pro re tollebas tua.* Varro de R. R. lib. 1. *Duo villicos & duas villicas.* Idem lib. 2. *Satis esse duo, & id marem & fœminam.* Et: *Eò calcem cribro secretum indito altè digitos duo.* Ex tumulo quod posuit Petronio Antigenidi Hiarus:

BIS QVINOS ANNOS,
MENSESQVE DVOS,
DVO SOLES
IN SVPERISQVE FVEI TENERE NVTRITVS AMATVS.

DVONVM, pro bonum, vel donum. Gloss. *Duonum* ἀγαθόν. Varro lib. 6. Analog. *Omnia dapatilia Comisse Iani, Cusiones duonus Ceures Iano venit.* Liuius Andronicus odyssea: *Topper citi ad ædeis venimus Circa, simul duonorum portant ad naues milia.* In carmine Cn. Martij vatis: *Quamuis nouentium duonum neginate: id est, negate & repudiate donum, etiam eorum quos noueritis.* Fest.

DVPLICARII, quibus ob virtutem duplicia cibaria dabantur. Varro lib. 4. Analogiæ. Glossarium: *Duplarius*, διμοιρίτης.

DVPLIONEM prisci dixere, pro duplum: à διπλοῦς. Pompeius.

DVRATEVS, id est, ligneus. δοῦρον enim antiquo Græcorum sermone ξύλον sonat. Homerus odyss. ε.

Αὐτὰρ ὁ τέμνετο δοῦρα.

Hinc δούρειος, & δουράτεος. Homerus: ἵππον δούρειον. Apollonius, ἄργεν δουράτεον. Lucr. lib. 1.

Nec clam durateus Troianis Pergama partu
Inflammásset equus nocturno Graiugenarum.

Valer. Flaccus lib. 2. Argonautic.

— *manet immotis nox duria fatis.*

hoc est, nox illa, quâ durius, seu ligneus equus in vrbem admissus.

DVRITER, pro durè. Cæcil. Fallac. *Nam qui duriter vos educauit atque aspere non negat.* Ennius Phœnicis: *Quam tibi orationem ex ore duriter dictis dedit.* Nouius Zonâ: *Duriter me habere, vigilasse.* Afran. Priuigno: *Viuax, vetus, quàm duriter*

ter

ter nunc consulito tergo meo. Terent. Andriâ: *Primò hæc vitam parcè ac duriter agebat.* Idem Adelphis: *Factum à vobis duriter, immisericorditer, atque etiam illiberaliter.* Lucr. lib. 5.

Atque extra numerum procedere membra mouentes
Duriter.

DVRITVDO, durities. Cato in Veturium: *Quin illius, inquit, impudentiam notat, & duritudinem.* Gell. lib. 17. cap. 2.

DVSMOSVM, pro dumosum. Prisci enim s, inserebant, dicentes: *cosmittere, Casmenæ,* pro committere, Camenæ. Fest.

E

E, pro I, antiqui posuerunt. Ennius lib. 1. annalium:

Juno, Vesta, Ceres, Deiana, Menerua,
Venus, Mars. Idem ibidem:
Romulus in cælo cum DIs genetalibus
ævum Degit.

Idem lib. 2.

O pater, ô genetor, ô sanguen DIs
oriundum.

Apul. de Deo Socratis. Cic. lib. 1. Tuscul. quæst. Seruius Æneidos lib. 6. Lactant. lib. 1. cap. 15. Lucr. lib. 5.

Quàm tũ conscindunt hominem cuppedinis acres
Sollicitum curæ.

E, literâ finientes Ablatiui, veteribus in i, desierunt. Vide *Parti.*

EA

EABVS, pro eis fœmin. Cassius Heminâ lib. 4. annal. *Scriba pontificius, qui cum eabus stuprum fecerat.* Prisc. lib. 7. Cato de R. R. cap. 152. *Eas in asserculo alligato, eabúsque latera doliis intrinsecus vsque benè perfricato, ne fex in lateribus adhæresçat.*

EAMPSE, pro eam ipsam. Plaut. Aulularià: *Credo ego illum vt iussi eampse anum edisse, huius nutricem virginis.* Idem Trucul. *Quia huc adducturum te dixeras ipsum, non eampse.* Et Pœnulo: *Propudium, quasi bella sit, quasi eampse reges ductitent.* Rudente: *Etiamne adueniens complectar eius patrem? non censeo. quid matrem? non censeo. quid eampse illam?* Apul. de Dæmon. Socratis. *Sed in diuinam & humanam partem seiugatam eampse, & interruptam & veluti debilem passa est.*

EAPSE, id est, ea ipsa. Plaut. Milite: *Nam vnum conclaue concubinæ quod dedit miles, quo nemo nisi eapse inferet pedem.* Idem Rudente: *Eapse sic succincta aquam calefactat, vt lauemus.* Et Trinummo: *Nimis argutè obrepsisti in eapse occasiunculâ.* Truculento: *Neque eam rationem vnquam eapse edocet Venus.*

EB

EBORATVM, eburnum, seu ebore ornatum. Plaut. Aulularià: *Istas magnas factiones, animos, dotes dapsiles, clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram nihil moror.* Idem Sticho: *Lanam purpurámque multam, qui ventrem vestiam, lectos eboratos, auratos.* Sidon. lib. 8. epist. 8. *Licèt tu deductum nomen à trabeis, atque eboratas curules, & gestatorias bracteatas & fastos recolas purpurissatos.* Idem lib. 8. epist. 12. *Hic tessera frequens ebo-*

ratis reſultatura purgorum gradibus.

EBRIACVS, ebrius. Plaut. Amphitruone: *Homo ebriacus ſomno ſanari ſolet.* Idem Milite: *Tibi ego dico, ebriacus ne ſis, heus te alloquor.* Gloſſarium: *Ebriacus*, μεθυσθής.

EBRIOLVS, ebrius. Plaut. Curculione: *Tun' etiam cum nocturnis oculis odium me vocas, ebriola, perſola nugæ.* Idem eadem: *Operto capite calidum bibunt, triſtes atque ebrioli incedunt.*

EBRIVLARE, inebriare. Laber. Citherâ: *Ebriulati mentem hilarem arripiunt.*

EC

ECCERE, iuſiurandum per Cererem: aliàs *ecere*, quaſi per ædem Cereris, vt *æquirine*, per ædem Quirini. Plaut. Amphitruone: *Eccere, iam tuatim facis, vt tuis nulla apud te ſit fides.* Idem Caſinâ: *Conicite nunc iam ambo, huc eccere vxor æqua.* Idem Menæchmis: *Prandi in naui, inde huc egreſſus ſum, te conueni, eccere.* Milite: *Eccere autem capite nutat, non placet.* Persâ: *Eccere autem quem conuenire maximè cupiebam, egreditur foras.* Truculento: *Iam enim eccere ibo in forum.* Gloſſarium: *Eccer*, κῦ τῆς δήμητρος.

ECQVÆ? pro an quædam. Plaut. Pſeudolo: *Ecquam ſcis filium meum tibicinam amare?* PS. οὐ δῆτ negare. ST. *Liberare ecquam velit?* PS. δῆτ nec τοῦτο negare. ST. *ecquas viginti minas per ſycophantiam atque perdoctos dolos paritas vt auferas à me.* Idem Rudente: *Ecquas conditiones audes ferre?* Terent. Eunucho: *Ecquid nos amas de fidicinâ iſthac?* Lucr. lib. 5.

Ecquænam fuerit mundi genitalis origo
Et ſimul ecquæ ſit finis.

ECHINVS, eſt vas ſalis, ſeu ampulla vitrea, in modum Echini marini. Alij lignum dicunt cum vncinis, in quo calices ponuntur: alij ampullam ſcorteam. Lucil. Satyris:

——— *echinus*
Cinnabari infectus.

Horat. lib. 1. Satyrâ 6.

——— *adſtat echinus*
Vilis, cum paterâ, guttus, campana ſupellex. Acron.

ED

EDEATRÆ, qui præſunt regiis epulis. ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων dicti. Feſt.

EDECVMATA, electa. Idem. Gloſſarium: *Edecimatus* ἀδοκιμάσθη. Symmachus lib. 5. epiſt. 81. *Cuius inſtruendi cauſsâ amicis noſtris negotium dedimus, vt equos lectiſſimæ nobilitatis edecument.* Et lib. 6. epiſt. 10. *Præſumo autem eos qui dicuntur acciti autoritate præcelſi viri, edecumatos eſſe.* Idem lib. 7. epiſt. 48. *Diuidentur enim ſinguli, vt ex diuerſis prouinciis edecumem lectores.* Idem lib. 9. epiſt. 12. *Lectiſſimos genere & velocitate præſtantes diligenter edecumes.* lib. 9. epiſt. 37. *Parem fide atque induſtria virum tua edecumare poſſit electio.* Et lib. 10. epiſt. 2. *Magnis comœdiis edecumati apponuntur actores.*

EDENTARE, dentibus nudare. Plaut. Rudente: *Nimis velim improbiſsimo homini malas edentauerint.* Macr. lib. 1. Saturn. cap. 3. *Sunt & alia*

alia ſcommata minus aſpera, quaſi edentatæ belluæ morſus.

EDIM, pro edam. Pompon. Conditione: *Vix vnus quod edim inuenio, nam quid fiet ſi quam duxero.* Cæcil. Aſoto: *Nihilne tibi eſſe quod edim.* Horat. lib. Epodôn, od. 3.

Edit cicutis allium nocentius.

EDITIS, pro edatis. Nouius Buccula: *Quod editis nihil eſt, ſi vultis quod cacetis, copia eſt.* Plaut. Pœnulo: *Eſt domi quod edimus, ne nos tam contemptim conteras.* Aululariâ: *Quid tu malum curas, vtrum crudum an coctum edim.* Pſeudulo: *Viuis conuiuis inteſtina quæ exedint.* Pœnulo: *Nam cui paratum eſt, quod edit.*

EDOLARE, ad vnguem abſoluere. Varro Bimargo: *Cùm tot comœdias ſine curâ abſoluimus, ego vnum libellum non edolem, vt ait Ennius.* Non.

EDONES, phagones. Varro ταῖς μυίπαις, ἢ ἀπάντησις: *Edones Romam vt turba intendat annona, ſed propter phagones ficedulam pinguem, aut turdum niſi volantem non video.* Idem.

EDVLCARE, dulcius facere. Matius Mimiambis: *Quapropter edulcare conuenit vitam, Curáſque acerbas ſenſibus gubernare.* Gell. lib. 15. cap. 25. Sidon. lib. 5. epiſt. 4. *Vt contracta apud vos offenſæ amaritudinem politis affatibus dulcare non deſinant.*

EDVLIS, quod poteſt edi. Horat. ſerm. 14.

Vinea ſubmittit capreas non ſemper edules.

EDVLITAS, edulium rerum dilargitio, in populum fieri à principe per annonæ caritatem ſolita. Lamprid. in Alex. Seuero: *Cùm edulitatem pop. Rom. ab eo peteret, interrogauit per curionem quam ſpeciem caram putarent.*

EDVSA, POTINA, Deæ præſides puerorum. Varro Cato, vel de liberis educandis: *Cùm pro cibo ac potione initiarent pueros, ſacrificabantur ab edulibus Eduſæ, & à petione Potinæ nutrici.* Non.

E P

EFFECTIVS, plenius, melius. Apuleius Florid. *Vel inde ante aram Bathylli ſtatua à Polycrate tyranno dicatæ, qui nihil videor effectiùs cognouiſſe.*

EFFEXIS, effeceris. Plaut. Caſinâ: *Si effexis hoc, ſoleas tibi dabo, & annulum in digito, & bona plurima.* Idem Pœnulo: *Egóne ſi iſtuc lepidè effexis, vt ego te hodie non emittam manu?*

EFFIGIA, effigies. Afran. Vopiſco: *Cuius te ſuſcitat imago? cuius effigia cognatus patre?* Marcellus. Lucr. lib. 4.

Dico etiam rerum effigias tenuéſque figuras.

Idem eodem libro:

Ergo lintea de ſummo cum corpore fucum
Mittunt, effigias quoque debent mittere tenues Res quæque.

Plaut. Rudente, *Veneris effigia hæc quidem eſt.* Apuleius de Dæm. Socrates: *Item Deorum effigiæ & exuiæ, templorum religiones & regiones.*

EFFLICTIM perire, vehementer amare. Plaut. Pœnulo: *Earum hic adoleſcens vnam efflictim perit.* Laber. Beloniſtriâ: *Domina noſtra priuignum ſuum amat efflictim.* Pom-

pon. Dotatâ: *Scio Pol te illum amare efflictim.* Plaut. Amphitruone: *Nunquam ædepol quenquam mortalem credo ego vxorem ſuam ſic efflictim amare, perinde vt hic te efflictim deperit.* Idem Caſinâ: *At puellam eam hic ſenex efflictim amat.*

EFFLICTE diligere, dixit Syramachus lib. 1. epiſt. 90. *Si tibi per eum quem ſanctè atque efflictè diligis rederentur.*

EFFVTIRE, cum mendacio dicere. Terent. Phormione: *Ne vos fortè imprudentes effutiretis foris.* Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 5. *Nec hæc ſic agit, vt ex tempore quaſi effutire videatur.*

EG

EGELIDVS, tepidus, minùs gelidus: vbi τὸ e, minuit. Suetonius: *Aquâ egelidâ perfundebatur.* Catullus: *Iam vel egelidos refert tepores.* Autor de obitu Mœcenatis:

Verberat egelido garrula vere nemus.

Egelidus etiam nimis gelidus: ſicut edurus, valdè durus. Auſonius ad Paulinum:

Egelidâ vt teneant hiemes Idem:

Impiger egelido mouet arma Seuerus ab Iſtro.

Vtramque ſignificationem eodem verſu complexus eſt Ouidius:

Egelidũ Borean, egelidúmque Notũ.

quam κακοζηλίαν, vt inquit Seneca, eruditi homines non probant.

EGERIÆ nymphæ ſacrificabant parturientes, vt faciliùs partum egererent. Feſt. Egeria alia celebratur in luco Aricino, cum quâ Numa Pompilius conſuêſſe, & ſuper cultu religionis collocutum ſimulauit, vt pop. Rom. belli prædæque ſtudio flagrantem ad pacis artem abſtraheret. de quâ Ouidius Faſtor. lib. 3.

Egeria eſt quæ præbet aquas, Dea grata Camenis,
Illa Numæ coniux conſiliúmque fuit. Iuuenalis Satyrâ 3.

In vallem Egeriæ deſcendimus & ſpeluncas
Diſſimiles veris.

EGESTOSVS, pauper. Aurel. Victor, epiſt. in Neruâ: *Puellos puerósque natos parentibus egeſtoſis ſumptu publico per Italiæ oppida ali iuſſit.*

EGREGIISSIMVS. Pacuu. Medeâ: *Mulier egregiiſsimâ formâ.* Priſc. lib. 3. Gell. lib. 14. cap. 5. *O, inquit, egregie Grammatice, vel, ſi id magis, egregiiſsime.*

EGREGIVS, pro magis egregium. Lucr. lib. 4.

Nam nihil egregius, quàm res diſcernere apertas
A dubiis, animus quas ab ſe protinus abdit. Iuuenal Satyrâ 4.

Egregiùs cœnat meliúſque miſerrimus.

Sic *Induſtrior*, pro magis induſtrius. Cato oratione, ne quis iterum conſul fiat: *Imperator laudem captat, exercitum meliorem & induſtriorem facit.* C. Gracchus contra Æmilium Tuberonem: *Vtrùm inimicorum meorum factio, an magis ſolitudo patriæ te impulit, vt in me induſtrior ſis, quàm in te.* Priſc. lib. 3.

EGRETVS, ADGRETVS, pro egreſſus, adgreſſus. Ennius lib. 1. annalium:

Adgrettus fari. Feſt.

EI

EI, pro I, pleno antiqui ſcripſere; at vbi

vbi exile eſt i, per ſe iubebant ſcribi; quod Lucil. lib. 9. Satyr. præcipit his verbis:

Jam PVEREI *venére, e, poſtremum facito atque* I,
Vt plures puerei fiant, i, ſi faci' ſolum
PVPILLI, PVERI, LVCEILI, *hoc vniu' ſi et,*
Hoc ILLI *factum eſt vni, tenue hoc facies* I:
Hoc ILLEI *fecere, addes* E, *vt pinguiu' fiat.*
MEILE *hominum, duo* MEILIA, *item huic vtroque opu'* MEILES,
MEILITIAM: *tenue* I, PILAM *qua ludimu'*, PILVM
Quo pinſo, tenues I: *plura hæc feceri'*, PEILA
Quæ iacimus, addes E, PEILA *vt pleniu' fiat.*
MENDACEI, FVREI *que, addes* E, *cùm dare* FVREI *Iuſſeris.*

Quintil. lib. 1. cap. 7. Velius, Longus, Terentius. Scaurus de Orthographiâ.

E I, terminatio Genitiui ſing. tertij ordinis apud antiquos, in nominibus Græcis, præſertim propriis, vt *Achilleï*. Horat. carm. lib. 1. *Matroníſque Phrygũ claſſis Achilleï. Herculei*, Catullus:

Sed te iam ferre Herculei labos eſt.

Themiſtoclei: Theophanei, Cicero ad Atticum. *Simonidei*, Auſonius: *Concedat Cei Muſa Simonidei.* Deſinebat etiam in i, abiectâ s, vltimâ literâ, vt *Ogygi*. Varro de R. R. lib. 3. *Quæ ante cataclyſmum Ogygi conditæ dicuntur. Herculi*, idem de L. L. lib. 7. *Herculi an Herculis clauam dici oporteret. Perſi*, Saluſt. lib. 1. hiſtor. *Ad bellum Perſi Macedonicum.* Tacitus annal. lib. 4. *Ad bellum Perſi. Chremi*, Terent. Andriâ: *Puerum inde abiens conueni Chremi. Agathocli, Achilli, Euripidi, Periphani, Sphingi*, Plautus. *Timarchidi*, Cicero in Verrem: *In Timarchidi poteſtate. Ariſtoteli, Themiſtocli, Iſocrati*, idem. *Fortis Achathi: acris Oronti: Immitis Achilli: pellacis Vlyſi*, Virgilius. Quod idem vſurpat Gell. lib. 5. *Auditores illos Vlyſi labores ſuos illuſtriſſimè narrantis.*

EICERE, pro eiicere. Lucr. lib. 4.

—— *& inde*
Ne radicitus è vita ſe tollit & eicit.

Virg. Bucolicis:

Tityre paſcentes à flumine reice capellas.

E II, pro ei. Plaut. Aululariâ: *Agri reliquit ei non magnum modum.* Idem Curculione: *Is Summanum ſe vocari dixit, ei reddidi.* Prologo Caſinæ: *Senex hic maritus habitat, ei eſt filius.* Ciſtellariâ: *Feci eius ei, quod me orauit, copiam.* Lucr. lib. 5.

Nam primum quidquid fulgoris diſperit ei. Eodem lib.
—— *& à terris altũ caput obſtruere ei.*

Lib. 6.

Scilicet & fluuius qui non eſt maximus ei eſt. Eodem lib.
Et manibus nitidum teneris opus effluit ei.

EL

ELACATENA, genus ſalſamenti, quod vulgo dicitur *Melandrea*. Alio nomine *elacata* vocatur. Auſonius:

Vrentes thynni & malè ſpinũ tecti elacatæ.

Colum. lib. 8. cap. 17. *Tum ſcombri, Carchariaque & elacatæ ventriculos.*

culos. Plin. lib. 32. cap. vlt. *Fabri, glauciſci, glanius, gonger, gerres, galeos, garus, hippos, hippioros, hirundo, holipneumon, hippocampus, hepar, helacathenes.* De *Melandria* Varro lib. 4. de L. L. Plin. lib. 9. cap. 15. Athen. lib. 3. cap. 20.

ELECEBRÆ, meretrices ab eliciendo argento. Plaut. Truculento: *Mala es, atque eadem, quæ ſoles, elecebra.* Idem Menæchmis: *Nam hîc ita ſunt meretrices omnes, elecebræ argentariæ.*

ELAPSE, pro ea ipſa: *elopſe*, pro eo ipſo. Plaut. Curculione: *Non ego nunc mediocri incedo iratus iracundia, Sed elapſe illâ, qua excidionem facere condidici oppidis.* Ibidem: *Non ædepol nunc ego te mediocri mactabo infortunio, ſed illopſe illo, quo mactare ſoleo, quoi nihil debeo.*

ELECTABO, eliciam. Plaut. Aſinariâ: *Quæ illæc præda eſt. Ibo adnorſum, atque electabo quidquid eſt.* Idem Mercatore: *Ne te imprimeret imprudentem, atque electaret.* Idem Truculento: *Iámne electat legiones, quas ſpoliare velit?*

ELECTILIS, electus. Plaut. Moſtellariâ: *Muſicè Herclè agitis ætatem, ita vt vos decet, vino & victu, piſcatu probo electili vitam colitis.*

ELECTIBILIS, pro electilis, vt *vtibilis*, pro vtilis, dixit Apuleius lib. 10. Metam. *Et tamen quotidie partes electibiles comparere nuſquam.*

ELEGANS, pro nimis molli, etiam in vitio. Cic. in Clodio: *Tu elegans, tu ſolus vrbanus, quem decet mulicbris ornatus, quem inceſſus pſaltriæ, qui leuare vultum, mollire vocem potes.* Cato de moribus: *Auaritiam omnia vitia habere putant ſumptuoſus, cupidus, elegans, viriosus.* Plaut. Trinummo: *Elegans, deſpoliator, latebricola, hominum corruptor.*

ELEVIT, maculauit. Lucil. lib. 6. Satyr.

——— *hic veſtimenta luto ſi*
Fortè eleuit, ob id riſum magnum atque cachinnum
Subiicit imprudens. Non.

ELICES, ſulci aquarij, per quos aqua collecta è liris ducitur. Gloſſis ἀναπηγὴ ὀχετῶ. Vocantur aliàs *inlices* à Feſto, & *incillæ*: vnde *elicatores*, Gloſſis ὑδροσκόποι. Colum. lib. 2. cap. 8. *Sed quamuis tempeſtiuè ſementis confecta erit, cauebitur tamen, vt patentes liras crebróſque ſulcos aquarios, quo nonnulli elices vocant, faciamus.*

ELIMINO, exeo. Accius Phœniſſis: *Egredere, exi, efferte, elimina vrbe.* Varro Serrano περὶ ἀρχαιρεσίων: *Occipitium dare Deo oſtendo, ex oraculo elimino.* Non.

ELIMINO, extra limen eiicio. Gl. *Eliminauit*, ἐξέβαλε. Ennius Medeâ: *Antiqua herilis fida cuſtos corporis, Quid ſic extra ædes exanimata eliminor?* Pompon. cœnâ: *Vos iſtic manete, eliminabo extra ædes coniugem.* Pacuu. Duloreſte: *Vbi illic eſt? me miſeram, quónam clam vos eliminat?* Accius Meleagro: *Timidè eliminor, clamore ſimul ac nota vox ad aures accidit.* Horat. epiſt. 5. lib. 1.

——— *ne fidos inter amicos*
Sit, qui dicta foras eliminet.

Macr. ſomnio Scip. lib. 1. c. 2. *Hoc totum fabularũ genus, quod ſolas aurium delicias profitetur, è ſacrario ſuo in nutricũ cunas ſapientiæ tractatus eliminat.* Sidon. epiſt. 4. lib. 3. *Nec arctati carminis breuitas longitudinẽ falerati ſermonis eliminat.* Et lib. 4. ep. 10.

Poſt

Postquam me soli patrij finibus eliminatum, peregrinationis aduersa fregerunt.

ELIQVARE, liquorem emittere. Apul. de Asino lib. 1. *Quoad lassitudinis incommodum alui solitum ac naturale præsidium eliquaret.*

ELIQVATVS, fluidus, fluens. Sidon. lib. 2. epist. 3. *In hanc ergo piscinam fluentum de supercilio montis eliquatum, & canalibus circumactis, per exteriora natatoriæ latera curuatum.*

ELISSE, pro elisisse, ab elido, quod est excludo. Lucil. Satyr. lib. 2.

——— *in viriatum hunc*
In fauces inuasse, animámque elisse.

ELIXVM, quidquid ex aqua decoquitur: *lixa* enim *aqua* dicebatur. Varro ταφῆ μνήμης: *In pauimento non audes facere lacunam, at in humu calceos facis elixos.*

ELLEBOROSVS, ceritus, insanus. Plaut. Rudente: *Quæso sanúsne es? Elleborosus sum.*

ELLVM, en illum. Gl. *Ellam ἰνεῖνλω.* Plaut. Curculione: *Parasitum tuum video currentem, ellum vsque in platea vltimâ.* Terent. Andriâ: *Nescio qui senex modò venit, ellum, considens, catus.*

ELOGIVM, hæreditas in malo. Tacitus lib. facetiarum: *Cæso atque morum elogio in filiis relicto.* Fulgent. Plantiades.

ELOQVERET, pro eloqueretur. Ennius lib. 7. annal.

Cui res audacter magnas paruásque iocúmque
Eloqueret, quæ tincta malis, & quæ bona dictu
Euomeret, si quid vellet tutóque locaret.

Marius Victorin. de Orthographiâ.

ELOQVVTILIS, eloquens. Apul. lib. 11. *Vel ipsum numen dapsilem copiam eloquutilis facundiæ submini-strauerit.*

ELVCIFACERE, luce priuare. Laber. Mimo: *Sic ego fulgentis splendore pecuniæ volo elucifacere exitum ætatis meæ.* Non. Gell. lib. 10. cap. 17.

ELVCTAVI, pro eluctatus sum. Plaut. Trinum: *Cum hisce ærumnis eluctauit.* Idem Vidulariâ: *Quid multa verba? plurimum luctauimus.* Terent. Hecyrâ: *Dicúque illi annulum sese dum luctat, detraxisse.*

ELVCVS, imbecillitas à crapulâ, nugator. Fest. Varro lib. 5. Analog. Tertull. libro de coronâ: *Ab eluco defensare.* Gell. lib. 16. cap. 12. ex Cloatio Verrio dicit esse torditatem animi, & stuporem, qui hallucinantibus plerunque vsu venit. Apul. Apolog. *An parietes suos detersit? an, quod verius est, eluco ex crapula attentatur?*

ELVMINATVS, excœcatus. Sidon. lib. 8. epist. 12. *Nam quæ ab hominum tam procul sensu, quis ita gemino obiutu eluminatus?*

ELVVIES, purgatio. Iuuenal. Satyrâ 3.

Siccandam eluuiem, portandum ad busta cadauer.

Lucil. Satyr. lib. 26. *Vt si eluuiem facere per ventrem velis, curares omnibus, distento corpore exspiret viis.* Non. Symm. lib. 2. epist. 69. *Loquax copia est, quæ in re vsitata atque solemni verborum redundat eluuie.*

ELVVIO, corruptus mortiferi aëris tractus. Cic. offic. lib. 2. *Qui collectis cæteris caussis eluuionis, pestilentiæ, vastitatis.* Idem somnio Scipio

Scipionis: *Propter eluuiones, exuſtionéſque terrarum, quas accidere certo tempore neceſſe eſt.*

E M

EM, pro eum. Næuius belli Punici lib. 2. *Blandè & doctè percontat em, quo pacto Troiam vrbem reliquerit.* Marcell.

EMANCIPATI, qui vel ex patris iure exierunt, vel aliorum fiunt dominij. Feſt. Cic. de Senectute: *Si ius ſuum retinet, ſi nemini emancipata eſt, ſi vſque ad vltimum ſpiritum dominatur.* Plaut. Bacchidibus: *Nunc mulier tibi me emancipo, tuus ſum, tibi do operam.* Horat. libro Epedων oda 9.

Romanus (heu, poſteri negabitis)
Emancipatus fœminæ
Fert vallum & arma miles.

EMASCVLATOR, καταπύγων, pædico. Apul. Apolog. *Olim in puritiâ, priuſquam iſto caluitio deformaretur, emaſculatoribus ſuis ad omnia infanda morigerus. Emaſculare,* eſt virilia exſcindere. Apul. lib. 7. *Trucémque amatorem iſtum atque inſuauem, diſſitis femoribus emuſculare.*

EMEDVLLARE, medullam extrahere. Sidon. lib. 8. epiſt. 16. *Quæ per ætatem mundi ſeneſcentis laſſatis veluti ſeminibus emedullatæ.*

EMEM, pro eundem. Ennius annal. lib.

——— *vnus*
Surus ſurum ferret, emem defendere poſſet. Feſt.

EMERE priſcis ſumere, auferre. Plaut. *Abemito veſtem.* Idem.

EMICATIM, emicanter. Sidon. lib. 2. epiſt. 13. *Vnde poſt mixtas ſletibus preces atque multimoda ſuſpiria vix abſolutus, emicatímque proſiliens.*

EMINOR, compoſitum à minari. Plaut. Captiueis: *Eminor interminórque, ne quis me obſtiterit.* Hinc *Eminatio.* Ibidem: *Quæ illæc eminatio eſt? nam nequeo mirari ſatis.*

EMISSVS, emiſſio. Lucr. lib. 4.

Quid quæ ſunt igitur in prima fronte parata
Cùm iaciuntur, & emiſſum res nulla moratur.

EMPANDA, paganorum Dea. Feſt. Varro σκιαμαχία: *Theanna & Peranna, Empanda καὶ λαῶ, Pales, Nerienes, Minerua, Fortuna ac Ceres.* Gell. lib. 13. cap. 22.

EMVNGERE, ſine labore tollere. Terent. Phormione: *Emunxi argento ſenem.* Plaut. Bacchid. *Emungam herclè hominem probè hodie.* Et Moſtell. *Dediſti verba, probè me emunxti.* Idem Bacchid. *Cano capite atque albâ barbâ ſic miſerum me auro eſſe emunctum.*

EMVNGERENTVR, pro emungerent. Varro de liberis educandis: *Eam conſecuti ſunt corporis ſiccitatem, vt neque ſpuerent, neque emungerentur.* Non.

EMVSSITATA, ad amuſſim facta. Plaut. Milite: *Ineſt in hoc emuſſitata ſua ſibi ingenua indoles.*

E N

ENCOMBOMATA, genera veſtium puellarum. Varro Cato, vel de liberis educandis: *Vt puellæ potius habeant in veſtitu chlamidas, encombomata ac parnacidas, quàm togas.*

ENDO, pro in, dixerunt veteres. Ennius

Ennius lib. 7. annal.
Omnibus endo locis ingens apparet imago
Triſtitias. Calpur. lib. 9.
Lucr. lib. 2.
Endo manu validas potis eſt moderanter habenas. Idem lib. 4.
——— *alióque eſt altera nata*
Endo ſtatu. Et lib. 5.
Nec iacere endo manus, via qua munita fidei. Idem lib. 6.
Quod genus endo mari ſpirat fons dulcis aquaï.
Cic. lib. 2. de Legibus: *Quos endo cœlum merita vocauerunt.* Ennius lib. 17.
Endo mari magno.
Macr. lib. 6. cap. 2. Idem ibidem:
Conſilio endo foro. Lact. lib. 5. cap. 9. Lucil. Satyris: *Endo pauimento.* Cic. de Oratore lib. 3. Quintil. lib. 9. cap. 4. Ennius de Scipione:
Si fas endo plagas cœleſtum ſcandere quenquam eſt,
Mi ſoli cœli maxima porta patet.
Seneca lib. 19. epiſt. 9. Ennius lib. 5. annal.
Vincla ſuis magnis animis abrumpit, & endo
Fert ſeſe campis per cærula lataque prata.
Macr. lib. 6. cap. 3.

ENDOGREDI, ingredi. Lucr. lib. 9.
——— *viámque endogredi ſceleris.*
Idem lib. 4.
Endogredi pariter porrò ſimulacra.
Ibidem:
Aera ſi credas priuatum lumine poſſe Endogredi.

ENDOTVETVR, intuetur. Ennius lib. 1. annal.
Endotuetur ibi lupus fœminas cõſpicione
Hinc campum celeri paſſu permenſa parumper
Coniicit in ſyluam ſeſe.
Quintil. lib. 1. cap. 10.

ENDOPEDITVS, impeditus. Lucr. lib. 1.
——— *niſi materies æterna teneret*
Inter ſe nexus minus aut magis endopedita. Idem lib. 2.
Endopedita ſuis perplexis ipſa figuris. Et lib. 6.
Endopedita ſuis arctè cõnexa cohæret. Idem lib. 4.
Et multo citius quanto minus endopediti
Pauca queunt.

ENDOCEPTA, incepta, ἐγχειρήματα. Næuius Lycurgo: *Peſſimorum peſſime, audax, ganeo, lurco, aleo, endocepta per te temeriter face miſſa.* Sic Ennius lib. 16. annal.
——— *tamen endouolans ſummum abſtulit haſta*
Inſigne. pro inuolans.
Macr. lib. 6. cap. 1. Saturn.

ENDOITIVM, pro initio dixerunt. Sic *endo procinctu*, pro in procinctu: *endoplorare*, pro implorare. Eodem modo *endoterciſi dies* dicuntur, pro interciſi, notantúrque antiquo in Calendario duabus hiſce literis, EN.

ENDOPERATOR, Imperator. Ennius lib. 1. annal.
Omnis cura viris vter eſſet endoperator
Expectant. Idem lib. 16.
Nauorum imperium ſeruare eſt endoperantum. Ibidem:
Cum legionibu' quom proficiſcitur endoperator.
Feſt. Cæcilius Vindex apud Caſſiodorum de Orthograh. Lucr. lib. 4.

Endoperatores pugnare, & prælia obire.

ENDIÆVM, foramen dicitur in naui, per quod emittitur ſentina; vnde medici *endiaum filum* vocant lineum, quod in extremo clyſterio, ſiue ſacculo quo aluus perluitur, relinquitur, per quod clyſmos emittitur. Feſt. lib. 5.

ENDROMIS, veſtis ad defendendum frigus. Iuuenal. Sat. 3.

Nec dolet igniculum bruma ſi tempore poſcas Accipit endromiden.

Vſus & idem Sat. 6. Et Martial. lib. 14. epigr. 126. & lib. 4. epigr. 16. Hinc *endromidatus*, endromide indutus. Sidon. lib. 2. ep. 2. *In carbaſo ſudat vnus, alter in bombyce, tu endromidatus exterius, intrinſecus faſciatus.* Tertull. de pallio: *Endromidis ſolocem aliqua multitia ſyntheſi extruxit. Tribuit hic endromida cleomacho pugili.* vt & Pollux lib. 2. Ἀθλητὰις δ' ἂν προσήκοιεν καὶ ἐνδρομίδες.

ENEBRÆ, & INEBRÆ, aues in auguriis, quæ agentem morantur, vt *enebra picus.* Vide *Inebra.* Gloſſarium: *Eniber*, ὄρνις ποτηρά. *Enibra*, ἀναβολή.

ENIM, initio orationis pro etenim. Terent. Hecyrâ: *Enim laſſam oppido tum aiebant.* Plaut. Aulul. *Enim mihi quidem iam æquum eſt.* Caſinâ: *Enim iam magis appropero.* Milite: *Enim agnoui nunc.* Cic. ad Atticum lib. 4. *Macroni vix video or præſto eſſe: enim auctionem.* Lucr. lib. 2.

——— *enim diſtantia cùm ſit*
Formarum finita. Et lib. 6.
Nec iam relligio diuûm, nec numina magni
Pendebantur: enim præſens dolor exſuperabat.

ENIXIM, enixè. Siſenna hiſt. lib. 4. *Ergo illos malos & audaces ſemper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia feciſſe ac dixiſſe ſentio.* Non.

ENVCLEATE, purgatè, dictum à nucleis, teſtâ ſeparatis. Cic. Tuſcul. lib. 4. *Habes eum, qui de perturbationibus enucleatè diſputat.* Idem de oratore: *Modò id eleganter, enucleatéque faciat, eum ſolum Atticè dicere.*

E P

EPEVS FVMIFICVS, pro coquo (ab Epeo, Fabro Trojani equi) Plautus in ſuis comœdiis dixit, vt refert Varro lib. 4. Analog.

EPICROCVM, amiculum croceum tenue. Feſt. Næuius Coſmotria: *Riſi egomet caſſabundum ire ebrium: diabathra in pedibus habebat, atque amictus erat epicroco.* Varro lib. 6. de L. L. Gloſſæ: *Epicrocum*, ἐξώτης αἶδος: ἢ χιτώνιον ἁρμένιν κατώτερον.

EPILIMMA, viliſſimum vnguentum. Feſt.

EPITAPHISTA, epitaphiorum conſcriptor. Sidon. lib. 1. epiſt. 9. *Merito enim collata veſtris mea carmina, non heroicorum phaleris, ſed epitaphiſtarum naniis comparabuntur.*

EPISTYLIVM, trabs, quæ ſuper columnam ponitur. Feſt. Plutarch. in Pericle: κίονας ἔθηκε καὶ τοῖς ἐπιστυλίοις ἐπέζευξε; *columnas erexit, & epiſtylia ſuperimpoſuit.* Auſon.

Cunctaque marmoreis ornata periſtyla ſignis,
Mœniaque in valli formam circundata limbo.

Varro lib. 3. de R. R. cap. 5. *Cùm*

à ſummâ macerie ad epiſtylium tecta ſit porticus rete cannabinâ, & ab epiſtylio ab ſtylobatem, hæ ſunt auibus omne genus oppletæ.

EPITYRVM, cibus Siculis frequens. Plaut. *Si vnum epityrũ edam apud illum, eſuriens inſanè benè.* Feſt. Varro lib. 6. Analog. Heſychius Epityra vocat fraces & magmata oliuarum, (τῶν ἐλαικῶν ἐκπιέσματα.) Quomodo fiat Epityrum docent M. Cato de R. R. cap. 119. & Columella lib. 12. cap. 27.

EPVLONI, epulones. Feſt. Plaut. Persâ: *O mi Iupiter terreſtris, te coëpulonus compellat tuus.* Apul. lib. 9. *Sed arrepto ferro quo commodum inter ſuos epulonos caſeum atque alias prandij partes diuiſerat.*

EPVLVM, & EPVLÆ. Lucil. Satyr. lib. 14.

Inde epulum cibus atque epulæ Iouis omnipotentis. Iuuenal. Satyrâ 3.

Vnde epulum poſſis centum dare Pythagoreis.

E Q

EQVES QVADRVPES, pro equo. Virg. Georg. 3.

— *atque equitem docuere ſub armis*
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos. Ennius lib. 7. annal.

Denique vi magnâ quadrupes eques atque elephanti
Proiiciunt ſeſe.

Gell. lib. 18. cap. 5.

EQVILA, equa. Varro Lege Mœniâ: *Nemo eſt tam negligens, quin ſummâ diligentia eligat aſinum, qui ſuam ſaliat equilam.* Plaut. Ciſtellariâ: *Adhinnire equilam ego poſſum hanc, ſi detur ſola ſoli.* Priſc. lib. 3.

EQVIRE dicuntur equæ, cùm coitum appetunt: ſicut *ſubare* ſues, *catullire* canes. Colum. lib. 7. *Equienti mulæ cruda braſſica datur.* Plin. lib. 10. cap. 63. *Equas domitas L X. diebus equire, antequam gregales: ſues tantùm coitu ſpumam ore fundere.*

EQVIRIA, ludi, quos Romulus Marti inſtituit, per equorum curſum in campo Martio. Celebrabantur III I. Calend. Martias. Ouid. 2. Faſt.

Iámque duæ reſtant noctes de menſe ſecundo,
Márſque citos iunctis curribus vrget equos.
Ex vero poſitum permanſit equiria nomen,
Quæ Deus in campo perſpicit ipſe ſuo.

EQVIS, pro equabus. Varro lib. 2. de R. R. cap. 1. *Quædam è vento concipiunt certo tempore equæ, vt hîc gallinæ quoque ſolent, quarum oua ὑπηνέμια appellant: ſed ex his equis qui nati pulli, non plus triennium viuunt.* Sic lib. 3. idem: *Vt his Diis Olympum atque Helicona attribuerent homines.* pro Deabus dixit. Et Plaut. Sticho: *Ego introibo, & gratulabor voſtrum aduentum filiis*, pro filiabus.

EQVITARE etiam equum ſine inſidente dixit Lucilius in Satyris:

Queis hunc currere equum nos atque equitare videmus,
His equitat currítque: oculis equitare videmus:
Ergo oculis equitat. Non.

EQVVLVS, & EQVVLEVS. Varro lib. 2. cap. 7. de R. R. *Sunt qui dicunt poſt annum & ſex menſes*

equulum domari posse. Pomp. Decumâ fullonis: *Vbi insilui in cochleatum equuleum, ibi tolutim tortor.* Cic. Hortensio: *Vt fame debilitatur equuleorum nimis effrenata vis.*

E R

ERCTVM, à coërcendo, vnde *hercisci* legitur in libro legum Romanarum; significátque *erctum* citum patrimonium diuisum, siue partitam hæreditatem. Scribit enim Seruius, in iure esse scriptum *ercto*, non cito, quod ipse interpretatur patrimonio, vel hæreditate non diuisâ. *Erctum ciundum*, hæreditas diuidenda. *Hercisere* autem prisci dixerunt diuidere. Cic. pro Cecinnâ: *Cùm ipse sextulam suam nimis exaggeraret, nomine hæredis arbitrum familiæ erciscundæ postulauit.* Idem lib. 1. de oratore: *Idcirco quibus verbis ercisceri oporteat nescit, idem familiæ erciscundæ caussam agere non potest.* Apul. lib. 9. *Nec erciscundæ familiæ, sed communi diuidundo formulâ dimicabo.*

ERGASTVLVM, carcer. ἐργαστήριον. Iuuenal. Satyrâ 8.

Nempe in Lucanos aut Thusca ergastula mittas.

Pompon. *Qui domi erant vincti, quique in ergastulo custodiebantur.* Etiam pro ipsis in ergastulo catenatis positum. Varro: *Misitque mox nuncium, qui tota ergastula libertate donaret.* Plin. *Coli rura ab ergastulis pessimum est, vt quidquid agitur à desperantibus.*

ERGASTVLVS, custos pœnalis. Lucil. Satyr. lib. 15. *Non ergastulus vnus & alius iudicem opposuit, vt nemo sententiam liberè quasi ergastulus possit dicere.* Cic. *Sed nos miramur ergastulorum non eadem emolumenta esse, quæ imperatorum.*

ERICIVS, erinaceus. Varro sexagesimo: *Se circumspexisse atque inuenisse, cùm dormire cœpisset, tam glaber, quàm Socrates gallum esse factum ericium pilis albis cum proboscide.* Non. Isid. lib. 12. cap. 3. Glossarium: *Ericius*, ἐχῖνος.

ERITVDO, herilitas, dominium. Fest. *Nam Erus antiqui scripsere, à Græco* ἔρως, *vnde* ἔραμαι. Glossarium: *Erus*, δεσπότης. *Eritudo*, δεσπότεια.

ERRABVNDVS, errans. Virg. Bucolicis:

Si qua fortè ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia.

Liuius lib. 1. ab Vrbe: *Cùm nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas peruagarentur.*

ERRANTIA, error. Accius Neoptolemo: *Satis iam dictum est, neque ego errantiam animi prauè morigerabor.* Non.

ERRO quam insistas viam, pro non intelligo dixit Plautus in Milite.

ERVDITIVS. Cic. de senectute: *Qui si eruditiùs videbitur disputare.* Colum. Agricult. lib. 1. cap. 1. *Duo volumina similium præceptorum de vineis Iulius Græcinus composita facetiùs & eruditiùs posteritati tradenda curauit.*

ERVGERE, vnde eructare. Ennius Annalibus:

Contempsit fontes quibus exerugit aquæ vis.

Gell. lib. 10. cap. 7. *Vinúmque eructum ac fœtidum potare.*

ERVILLA, eruum, ab ἔρος, vel ἐρέβινθος.

ἐρόβινον. Varro lib. 1. de R.R. cap. 33. *Serendum viciam, lentem, cicerculam, eruillam, cæteraque quæ alij legumina, alij legeria appellant.* Colum. lib. 1. *Saterna putat agros ſtercorari lupino, faba, vicio, eruillo.* Virg. Bucolicis:

Ehen quam pingui macer eſt mihi taurus in eruo.

Horat. Satyrâ 6. lib. 2.

——— *me ſylua cauiſque*
Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur eruo.

ERVMPITVR, pro erumpit. Lucr. lib. 6.

Verſabundaque portatur poſt incita cùm vis
Exagitata foris erumpitur.

ERYTHRVM mare, pro Erythreum. Plinius: *Erythro mare orti.* ex Chariſio.

ES

ESCARIÆ, menſæ quadratæ, quibus homines epulabantur. Feſt.

ESCARIAM vuam Plinius lib. 4. cap. 3. commemorat. *In pergulis verò ſeruntur eſcariæ appellatæ, eduræ acinis, albæ nigræque: & bumaſti totidem coloribus.*

ESCENDO, pro deſcẽdo, exſcendo, vel adſcendo. Saluſt. Iugurthâ: *Quibus alleuati milites facilius eſcenderent.* Ibidem: *Pars equos eſcendere.* Varro lib. 4. de L. L. *Vnde eſcendebant ad infimam nouam viam.* Idem de R. R. lib. 1. *E vineâ in arbores eſcendit vitis.* Et: *In carnarium eſcendit.* Liuius lib. 45. *Conſuli ad quadrigas mittendas eſcendenti.*

ESCIS, ESCIT, pro eris, erit. Attius Æneadis, ſiue Decio: *Caſtra hæc voſtra eſt, optimè eſcis meritus à nobis.* In XII. Tabulis: QVOI. AVRO. DENTES. VINCTI. ESCVNT. Cic. de lege lib. 2. Ibidem: SEI. IN. IOVS. VOCABIT. SEI. MORBVS. ÆVITAT. VE. VITIOM. ESCIT. QVEI. IN. IOVS. VOCABIT. IVMENTVM. DATO. Gell. lib. 20. cap. 1. Lucr. lib. 1.

Ergo inter rerum ſummam minimámque quid eſcit.

Hinc compoſita *ſupereſcit, obeſcit, prodeſcit.*

ESSI, pro edi. Plaut. Moſtellariâ: *Poſtquam hinc peregrè eius pater abiuit, nunquam hîc triduum vnum deſitum eſt, eſſi & bibi.* Ibidem: *Haut intermiſſum eſt eſſi & bibi, ſcorta duci, pergræcari.*

ESTRIX, voratrix. Plaut. Caſinâ: *Noui ego illas ambas eſtrices, corbitam cibi com ſſe poſſunt.*

ESTVR, editur. Plaut. Moſtellariâ: *Dies noctéſque eſtur, bibitur, nec quiſquam parſimoniam adhibet: ſaginà planè eſt.* Idem Pœnulo: *Atque in totis ædibus tenebræ, latebræ, bibitur, eſtur, quaſi in popinâ, haut ſecus.* Apul. lib. 4. Metam. *Eſtur ac potatur inconditè: pulmentis acernatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis.* Ouid.

Eſtur vt occulta vitiata putredine nauis.

ESVRIALES FERIÆ, eſuriei & fami dicatæ: Plaut. Captiuis: *Neque ieiunioſiorem, neque magis effertum fame vidi, nec cui minus procedat quidquid facere occeperit, itaque guttur ventérque reſident eſuriales feriæ.*

ESVRIBO, pro eſuriam. Nonius in mortis & vitæ iudicio: *Ita mihi acioſus ſum, mihi algebo, & mihi eſuri-*

bo. Pompon. Augure: *Imò mane non eſuribis diutius.*

ESVRIES, fames. Sidon. lib. 1. epiſt. 9. *Vereor autem, ne famem populi Romani theatralis caueæ fragor inſonet, & infortunio meo publica deputetur eſuries.* Idem lib. 6. epiſt. 6. *Auidam noſtræ ignorantiæ paſcat eſuriem.*

ESVRITIO, idem. Sidon. lib. 2. epiſt. 9. *Modò nos quàm primùm hebdomadis exactæ ſpatia completa votiuæ reſtituant eſuritioni.*

ESVRIGO, fames. Varro ταφῦ μενίσσω: *Vbi lubet, licet ire occubitum, accede ſtrenuè, ſubſilimus, quod eſurigo findebat coſtas.*

EV

EVALLARE, excludere. Titin. Præliâ: *Quia ego hodie extorrem hanc domo faciam, pilatricem palliy euallauero pulcrè.* Varro ἐσωτάφιον, ἕως ἔξω τάφου: *Donec foras nos intus euallauerunt.*

EVALLATVM, euentilatum: vnde *Vallabra*, quo frumenta ventilantur. Feſt. Varro lib. 4. de L. L. Colum. lib. 2. cap. 10. Plin. lib. 18. cap. 10. *De ipsâ ratione pinſendi Magonis proponetur ſententia, triticum antè perfundi aqua multa iubet, poſtea eualli, deinde ſole ſiccatum pilo repeti.*

EVANNETVR, ventiletur. ἐκλικνίζεται. Pompon. Pannuceatis: *Dixi ego illud futurum in primâ valuâ, vix etiam hæret miſera, euannetur, & meâ ocius operâ vt fiat fecero.* Varro lib. 1. de R. R. cap. 52. *Ita fit, vt quod leuiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus ac palea, euannetur foras extra aream, ac frumentum, quod eſt ponderoſum, purum veniat ad cumbem.*

EVANTES, furore diuino afflati. Virg.

Illa chorum ſimulans euantes orgia circùm
Ducebat Phrygias.

Apul. lib. 8. *Attollentes immanes gladios, ac ſecures euantes proſiliunt.*

EVENAT, pro eueniat. Ennius Hecubâ: *Senex ſum, vtinam mortem oppetam priuſquam euenat, quod in paupertate meâ grauiter gemam.* Pompon. Præfecto morum: *Si quis amico eſt amicus, gaudet ſi quid euenat boni.* Plaut. Curculione: *Lenonis hæ ſunt ædes.* PAL. *Malè eis euenat.*

EVERRICVLVM, rete piſcatorium, à verrendo. Cic. Verr. lib. 6. *Quod vnquam iudices huiuſmodi euerriculum vllâ in prouinciâ fuit?* Varro lib. 3. de R. R. cap. 17. *Cùm neque euerriculo illi in littus educere poſſent viuam ſaginam plebeiæ cœnæ piſces.* Apul. Apolog. *Cùm animaduertiſſet Pythagoras à quibuſdam piſcatoribus euerriculum trahi.*

EVGIVM, media pars inter naturalia muliebria, ſeu pellicula, quam primo admiſſu in virgine rumpi credunt nonnulli. Græcè ὑμὴν dicitur. Laber. Centenario: *Quare tam arduum adſcendis? an concupiſti eugium ſcindere?* Idem: *Quænam mala mens, quænam deliritas vos ſuppilatores facit cum cano eugio puellitari?* Lucil. Epodis hymnis: *Sine eugio inuenta eſt.* Non.

EVIRARE, effœminare. Varro Marcipore: *Spatulæ euirauit omnes veneriuaga pueros.* Martial. lib. 5. epigr. *Spadone cùm ſis euiratior fluxo.* Gloſſarium: *Euiratus*, ἀνόλο-

ϖ&, κλναιδ&.

EVIRESCO, viridem contraho colorem. Varro Prometheo lib. 15.

Dum iis ſubernus cortex, aut cacumina
Morientum in quercu, & aritudine
Et exangui calore euireſcat colos:
Mortalis nemo exaudit, ſed latè incolens
Scythaum inhoſpitalis campi vaſtitas.

EVITARE, & INVITARE, vitam eripere. Antiquus poëta apud Ciceronem:

Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam euitari.

Plaut. Caſinâ: *Nunc quidem gladium ancilla intus Caſinam habere ait, qui me atque te inuitet.* Apul. lib. 3. *Nec enim veriſimile eſt hominem ſolitarium tres tam validos euitaſſe iuuenes.*

EVNVCHARE, caſtrare. Varro Lege Mœniâ: *Si quis patriâ maiorẽ parentem exſtinguit, in eo eſt culpa, quod facit pro ſuâ parte is, qui eunuchat, aut aliquâ parte liberos producit.* Non.

EVSCHEMÈ, decorè. Plaut. Trinum. *Haut illi euſchemè adſtiterunt, huc aliquantulum abceſſero, eſt lubido orationem audire affinium.* Idem Milite: *Euſchemè herclè adſtitit dulcè & comœdicè.*

EVOCATI qui fuerint, Dio his verbis declarat: Ἐκ τούτων δὲ δὴ τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν ἡσσάτων, σύστημα (ὃς ἀνακλήτους ἄν τις ἑλληνίσας, ὅτι πειραυμένοι τῆς χρατίας ἐπ' αὖτῶ αὖτις ἐπεκλήθησαν, ὀνομάσειεν) ἐνομίσθη. hoc eſt: *Ex his hominibus euocatorum numerus conſtitit, quos ἀνακλήθους, ſeu reuocatos Græcè nominare poſſis, quod militiâ perfuncti rurſus ad eam reuocarentur.* Cæſar lib. 3. de bello ciuili: *Cùm horum omnium ratio haberetur, ad duorum millium numerum ex Pompeianis concidiſſe reperiebamus, euocatos & centuriones complures.* Idem lib. 1. *Militibus ex concione ægros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur quadraginta in ſingulos iugera, & pro ratâ parte centurionibus, euocatiſque.* Cic. ad Appiũ: *Antonium præfectum euocatorum miſi ad te: cui videbitur cohortes trade.*

EX

EXAMVRCARE, purgare, defecare: dictum ab *amurcâ*, quæ olei ſanies eſt. Apul. lib. 4. *Ac dum cæleſtis vaporis flammis examurcatur, nos interdum pulpis eius valenter ſaginantes.*

EXAMVSSIM, exactiſſimè. Plaut. Amphitruone: *Si vera hæc loquitur, examuſſim eſt optima.* Idem Menæchmis: *Vt hanc rem examuſsim vobis diſputem.* Et Milite: *Ineſt in hoc emuſsitata ſua ſibi ingenua indoles*, id eſt, examinata.

EXANCLARE, exhaurire, perpeti. Plaut. Sticho: *Naiſte ædepol vinum poculo pauxillulo exanclauit.* Idem Amphitr. *Pertolerarem veruntamen, cladeſque exanclarem inpatibiles.* Ennius Eumenidibus: *Niſi patrem materno ſanguine exanclando vlciſcerer.* Accius Diomede: *Ferè exanclauimus ſauum tyranni ingenium atque execrabile.* Lucil. Satyr. lib. 30.

Quantas quoque modo ærumnas quantúſque labores Exanclaris.

Cic. Tuſcul. lib. 1. *Quòd cùm exanclauiſſet omnes labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum.* Idem Academ. lib. 4. *Credóque Clytomacho ita ſcribenti, Herculis quendam laborem*

laborem exanclatum à Carneade. Gloſſæ: *Exanclat,* ἐξαντλεῖ, δαπανᾷ. *Exanclatio* ἐπλήρωσις, ἀνειβεια.

EXANCLARI, perfici. Pacuu. Peribœa: *Non poteſt hic Mænalippe ſine tua operâ exanclari labos.* Non.

EXANIMALEM FACERE, pro occidere. Plaut. Bacchidibus: *Ni illum exanimalem faxo, ſi conuenero, nive exhæredem fecero vitæ ſuæ.*

EXANIMALIS, βιώτωρ, ψυχολέτωρ. Plaut. Rudente: *Ita malè viuo, atque ita mihi multæ in pectore ſunt curæ exanimales.*

EXASCIARE, rudi Mineruâ expolire. Tranſlatum à fabris, qui ligna primùm dolant & exaſciant, inde leuigant & poliunt. Plaut. Aſinariâ: *Iam hoc opus eſt exaſciatum, ſi ille argentum huc priùs hoſpes adfert, continuò nos ambo excluſi ſumus.*

EXBALLISTARE, balliſta expugnare. Plaut. Pſeudolo: *Ego hunc communem meum atque noſtrum omnium hoſtem exballiſtabo lepidè.*

EXBOLAS quaſſant, Pacuuius in Tunicularià dixit, id eſt, eiiciunt, à Græco ἐκβολή. Varro lib. 6. de L. L.

EXBVÆ, epotæ, à buâ potionis genere. Feſt.

EXCALCEATVR, pro excalceat. Varro Pſeudapolline, θεῶν παιδώσεως: *Quod in eius Dei templo calceati introeunt: nam in oppido, quæ eſt ædes Apollinis, & qui ibi ad Herculis introeat, nemo ſe excalceetur.* Marcell.

EXCANDESCENTIA, iracundia. Cic. 4. Tuſcul. *Ira, excandeſcentia, odium, inimicitia, diſcordia.* Idem eodem lib. *Excandeſcentia autem eſt ira naſcens, & ſine modo exiſtens.*

EXCANTARE, excludere. Plaut. Bacchid. *Credo cuiuis excantari non poteſt.* Varro Eumenidibus: *Vbi vident, ſe cantando ex arâ excantare non poſſe, diripere incipiunt.* Lucil. Satyr. lib. 2. *Quæ ego nunc Æmilio præcanto, atque erigo, atque excanto.*

EXCELSITAS. Cic. officior. lib. 3. *Etenim magis eſt ſecundùm naturam excelſitas animi & magnitudo.*

EXCETRA, vipera. ὕδρα Gloſſis. Plaut. Perſâ: *Cum leone, cum excetra, cum ceruo, cum apro Ætolio, cum auibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mauelim, quàm cum amore.* Idem Caſinâ: *Iam tibi iſtuc cerebrum diſpercutiam, excetra iu, ludibrio peſſima adhuc quæ me habuiſti.* Idem Pſeudolo: *En excetra, quæ tibi amicos tot habes.*

EXCIPIVM, exceptio. Feſt.

EXCISSATVM, laniatum, vulneratum. Plaut. Clitellariâ: *Non quaſi vt hæ ſunt limaces liuidæ, Diobolares, ſceniculæ, miraculæ, Cũ extritis talis, cũ crotillis cruſculis, Capillo ſciſſo, atque exciſsatis auribus.* Varro, Feſt. Non.

EXCOGERE, extorquere, cogere. Innoc. de caſ. litt. *Si in monte fuerit conſtitutus, excogimus finem habere, contra duas paginas fundorum; & ſi ſigna conueniunt, excogimus obſeruare.* Idem: *In montanis locis terminos excogimus requirendos.*

EXCVNEATVS, cuneis expulſus. Apul. Florid. lib. 3. *Extimus quiſque excuneati quæruntur.*

EXCVRIARI, curiâ excludi. Varro ὑπεροψύγη: *Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat.* Non.

EXCVTIÆ, ſcopæ dicuntur paruulæ, quibus mundantur veſtes. Plaut. Curculione: *At ita me Volſellæ, pectent,*

Eten, ſpeculum, calamiſtrum meum benè me amiſsint, meaque excutia, linteúmque exterſum.

EXDORSVARE, dorſo nudare. Plaut. Aulul. *Dromo deſquama piſces, tu Macharionis congrum; murænam exdorſua quantum potes.*

EXDVTÆ, exuuiæ. Feſt.

EXEDRA, locus erat porticibus patens, in quo Philoſophi olim diſputabant. Sella item lignea, aut lapidea præ foribus. Cic. de oratore lib. 3. *Tunc deditâ opera quieſcentibus aliis in eam iam exedram veniſſe, in qua Craſſus poſito lectulo recubuiſſet.* Idem de Finibus: *Sunt in ipſis locis iudicia humanorum virorum, tamen ego illâ moueor exedrâ.* Vitruuius lib. 5. *Conſtituantur autem in tribus porticibus exedræ ſpacioſæ, in quibus Philoſophi Rhetoréſque, & qui ſtudiis delectantur, ſedentes diſputare poſſint.*

EXEMPLARE, ad exemplum formare. Sidon. lib. 4. epiſt. 16. *Quamquam hoc furtum quod deprecaris, exemplati libelli, non venia tam debeat reſpicere, quàm gloria.* Gloſſ. *Exemplare, abbreuiare.*

EXERCIRENT, ſarcirent. Terent. Heautont. *Qui opere faciendo ſumptum exercirent ſuum.*

EXERCITI, exercitus. Accius Armorum iudicio: *In quo ſalutis ſpes ſummas ſibi habet exerciti.* Idem ἐπὶ ναυσὶ μάχην: *Contrà quantum obfueris, ſi victus ſies, & quo reuoces ſummam exerciti.* Varro de vita pop. Rom. lib. 2. *Decius Imperator pro ſalute exerciti ſe diis manibus deuouit.* Non.

EXERCITIO, fatigatio, vnde *Exercitus*, fatigatus ab exercitio. Virgilius:

——— *nate Iliacis exercite fatis.*

Plautus Bacchid. *Quæ ſodales atque me exercitos habet.* Lucr. lib. 2. *Conciliis & diſſidiis exercite crebris.* Plaut. Epidico: *Multiplex ærumna exercitum habet.*

EXESOR murorum, id eſt, detritio murorum, vel exeſus. Lucr. lib. 4. & lib. 6.

Frigus vt à fluuiis, calor à ſole, æſtus ab vndis
Æquoris, exeſor murorum littora circum.

EXESSE, exedere. Varro lib. 5. de R. R. cap. 6. *Tuendi cauſsâ promendum id frumentum, quod curculiones exeſſe incipiunt.* Lucr. lib. 3.

Quem volucres lacerant, atque exeſt anxius angor.

EXESTO, extra eſto. Varro de Analog. *In ſacris reſolutoriis (ad quæ nimirum niſi ſolutis nodis accedi nefas erat) dictor clamabat: Hoſtis, vinctus, mulier, virgo, exeſto.*

EXFILARE veteres exuere, vt contrà *infilare*, amicire, vel induere dicebant: vnde *Infula* ſacerdotum ornamentum: & apud Pompeium *exfilatum brachium*, pro exſerto, quòd tum ſit extra filum, hoc eſt, veſtimentum filo contextum.

EXFIT vocabatur ſal ſordidum, quod vſtum & in ollam rudem fictilem coniectum virgines Veſtales ſerrâ ferreâ ſecabant: vnde adhuc manet *ſuffitio*, & *ſuffibulum*. Varro lib. 5. de L. L. *Eò prater ſacerdotem poblicum introëat nemo, is cùm eat ſubfibulum habeat.*

EXFVNDERE, fundo euertere. Cœlius Antipater lib. 7. *Reſpub. amiſſa, exfundato pulcerrimo oppido.* Non.

EXFVTI, exfuſi, vt mertat, pro merſat. Feſt.

EXHÆRES, hæreditate priuatus. Plaut. Moſtellariâ: *Vtinam meus ad me pater nuncietur mortuus, vt exhæredem meis bonis me faciam, atque hæc ſit hæres.* Idem Bacchid: *Ni illum exanimalem faxo, ſi conuenero, nive exhæredem fecero vitæ ſuæ.* Ex teſtamento Sempronij Tucidani deſer. Neapoli. CAIVS. TVCIDANVS QVOD PVPILLAM CVIVS IVSSV MEO CV. GE. CONTRA DECRETVM AMPLISS. ORD. VXO. DVX. EX. ESTO. id eſt, *cuius iuſſu meo curam geſſerat, contra decretum Ampliſſimi ordinis vxorem duxerat exhæres eſto.*

EXIGOR, pro à me exigitur. Cæcil. Æſchino: *Ego illud minus nihilo exigor portorium.* Non. Gell. lib. 15. cap. 14.

EXILICA CAVSSA, quæ aduersùs exulem agitur. Feſt.

EXIMIETAS. Symm. lib. 3. epiſt. 3. *Certè illud ſpondeo, multa eximietatem tuam coràm in eo reperire poſſe, quæ tacui.* Idem lib. 7. epiſt. 62. *Præſumo namque eximietatis tuæ ſtudio ſupplicationem fratris mei Calleſtiani.* Et lib. 8. epiſt. 63. *Vt cùm mihi ſpem viſendæ eximietatis tuæ promiſerit dies longior.*

EXIRE, verbum gladiatorium, pro effugere. Virg. 5. Æneidos:

Corpore tela modò atque oculis vigilantibus exit.

Manilius lib. 5.

Ille cito motu rigidos eludere cęſtus,
Nunc exire leues miſſus.

Virg. lib. 11.

——*contrà ille repugnans*
Suſtinet à iugulo dextram, & vim viribus exit.

Siluius Italicus lib. 14.

——*bonus ille per artem*
Crudo luctari pelago, atque exire procellas.

Cic. 1. Catil. *Quò ergo tunc petitiones ita coniectas, vt vitari poſſe non viderentur, parua quadam declinatione, & vt aiunt, corpore exceſſi.*

EXIVRARE, valdè iurare. Plaut. Amphitr. *Exiurasti, te mihi dixiſſe per iocum.*

EXLECEBRÆ, vis mulierum, quâ eliciunt. Plaut. Bacchid. *Excidium, exitium, exlecebra fiet hic equus hodie auro fenis.*

EXODIVM, & EXITIVM, ἔξοδος, pro exitu. Varro ἑκατόμβῃ, καὶ θυσίων: *Socrates cùm in vinculis publicis eſſet, & iam bibiſſet κώνειον in exodio vitæ.* Idem τάφῃ μεσίππῃ: *Quod cœperas modò in via narrare, ad exodium ducas.* Idem ἕως πότε, καὶ ὁρῶν: *Vitæ curſum vt cognoſcere poſſem, & quæ ſeruitutis, & quæ libertatis ab origine ad exodium ducta.* Non. Lucil. Satyris:

Dignus principio exitus exodiumque ſequetur.

Iuuenal. Satyra 3.

——*tandémque redit ad pulpita Exodium.*

EXODIVM, ἐξώδιον, cantio, quam theatro exeuntes cantabant. Sueton. in Tiberio Cæſare, cap. 45. *Vnde nota in Atellanico exodio proximis ludis aſſenſu maximo excepta.*

EXOMIDES, comici veſtitus exſertis humeris. Feſt. Gell. lib. 7. cap. 12. *Viri Romani primò quidem ſine tunicis ſola toga amicti fuerunt: poſtea ſubſtrictas & breues tunicas citra humerum deſinentes habebant, quod genus Græci dicunt Exomidas.*

EXOMIVM dixit Quintil. lib. 5. cap. 10. *Non poſſum togam prætextam ſperare,*

vare, cùm exomium pullum videam. [In vulgatis malè editum *Exordium.*]

EXOS, ſine oſſe. Lucr. lib. 3.

——— *atque vnde animantum copia tanta,*
Exos & exſanguis timidos perfluctuat artus.

EXOSSATVS AGER, dixit Perſius ſat. 6. pro ſaxis purgatus: nam *lapides in corpore terræ Oſſa reor,* dici inquit Ouidius lib. 1. Metamor.

EXOTICVM, pretioſum, peregrinum. Plaut. Menæchmis: *Mare ſuperûm omne Græciámque exoticam, oráſque Italicas omnes ſumus circumuecti.* Et Epidico: *Supparum aut ſubminiam, ricam, baſilicum aut exoticum.* Idem Moſtellariâ: *Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica, ſi tu oles.* Apul. Apolog. *Ne vllâ curâ os percolat, neque ille exotico puluere denteis emaculet, quos iuſtus carbone de roſo obtriuerit.*

EXPALLIATVS, pallio ſpoliatus. Plaut. Caſinâ: *Nec quibus modis purgem ſcio me meæ vxori, qui expalliatus ſum miſer.*

EXPALPABITVR, pro expalpabit, extorquebit. Plaut. Vidulariâ: *Seruus à patre argentum expalpabitur.* Non.

EXPALPARE, elicere. Plaut. Pœnulo: *Quid faciam? Exora, blandire, expalpa.* Pompon. Collegio: *Si quid expalpare poſſem ab illo.*

EXPAPILLATO brachio, id eſt, exſerto, papillis nudatis. Plaut. Milite: *Id erit connexum in humero læuo, expapillato brachio.*

EXPARTA, effœta, partu vacua. Varro lib. 2. de R. R. cap. 5. *Qui gregem armentorum emere vult, obſeruare debet primùm, vt ſint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quàm iam exparta.*

EXPATARE, in locum ſe patentem conferre. Pacuu. *Expatant ſe omnes, publicéque oſtendunt.*

EXPECTORARE, extra pectus eiicere. Cic. lib. 3. de Oratore: *Tum pauor ſapientiam omnem ex animo mihi expectorat.* Accius epigr. *Eloquere properè, ac pauorem hunc meum expectora.* Idem Phœniſſis: *Incuſant vltrò à fortuna opibúſque omnibus deſertum, abiectum, afflictum, ex animo expectorant.* Non.

Sic *adpectorare* dixit Cato, hoc eſt, ad pectus admouere. De vrſis cap. 29. *Has lambendo ſenſim figurant, & interdum adpectoratas fouent, vt aſſiduo incubatu calefactæ animalem trahant ſpiritum.*

EXPECVLIARI, peculio ſpoliari. Plaut. Pœnulo: *Crucior preciis emptos maximis apud nos expeculiatos ſeruos fieri ſuis heris.*

EXPEDIBO, expediam. Pacuu. Atalantâ: *Nam quod conabar, cùm interuentum eſt, dicere, nunc expedibo.* Idem Peribœâ: *Mane, expedibo actutum: ibi, quod contrà rogo, reſpondeas.* Pompon. Vernionibus: *Sed quis vtroſque error vos agitat expedibo.* Accius Nyctegreſia: *Cuncta expedibo, id modò iuſurandum dato.* Ennius Eumenidibus: *Id ego eum aptius feciſſe expedibo & eloquar.* Plaut. Truculento: *Ego expedibo, rem perdidi apud vos.*

EXPERGIFICARE, ἐγείρειν. Gell. lib. 17. cap. 12. *Vel ingenio expergificando ratus idoneas.* Apul. Florid. lib. 2. *Vario modo occinunt & occipiũt carmine: galli expergifico, bubones gemulo, vlulæ querulo, noctuæ intorto.*

EXPERGISCERET, expergiſceretur. Pōpon. Agmemnone ſuppoſito: *Ne quis miraretur, cùm tam clarè tonuerit, vt ſi quis dormitaret expergiſceret.* Non. Gloſſarium: *Expergiſcite, ἀνεγείρεσθε.*

EXPERGITVS, excitatus. Varro lib. 6. de L. L. *Nec mirum cùm non modo Epimenides poſt annos quinquaginta expergitus, à multis non cognoſcatur, ſed etiam Teucer Liuius poſt annos duodecim, quis ſit, ignoratur.* Lucil. lib. 13.

——— *ergo*
E' ſomno pueros cum manè expergitu' clamas.

Diom. lib. 1. Priſc. lib. 15. Lucr. lib. 3.

Maior enim turbæ diſiectus materiai
Conſequitur leto, nec quiſquam expergitus extat.

Valer. Antias lib. 2. *Tum biſſenos incubuiſſe ſopitis, inieciſſe maditatis vincula, expergitóſque illos ſtatim perdocuiſſe regem, quibus ad terras modis Iupiter poſſet ſacrificiis elici.* Macr. Saturn. lib. 5. Arnob. lib. 5. Apul. lib. 2. Metam. *Tunc demũ Diophanes expergitus ſenſit imprudentiæ ſuæ labem.* Ibid. *Tandem expergitus, & nimio pauore perterritus, cadauer accurro.* Et lib. 4. *Et ecce nocte promotâ, latrones expergiti, caſtra mouent.* Hinc *expergitè*, vigilanter, diligenter. Apul. lib. 2. de aſino aureo: *Meque reſpectans, vide, oro, inquit, faciem, quàm expergitè munus obeas.* Et lib. 8. *Nam ſi quid in vltimo fortunæ turbine reſpicis, expergitè mihi auſculta.*

EXPERGO, expergefacio. Accius Antigonâ: *Heus vigiles properate, expergite pectora tarda ſopore.* Santra Nunciis Bacchis: *Extemplò exit, vadit quâ genitrix, & omneis vocis expergit ſono.* Marcell.

EXPETERE, accidere. Plaut. Amphitr. *In ſeruitute expetunt multa iniqua, habendum & ferendum hoc onus eſt cum labore.* Idem Persâ: *Ita res ſuppetit ſubitò mihi.*

EXPETESSO, expeto. Plaut. Epidico: *Quid ego faciam nunc? conſilium à te expeteſſo Apœcides.* Idem Milite: *Quæ te amat, tuámque expeteſſit pulcram pulcritudinem.* Ibidem: *Vt eius mihi ſit copia, quem amo, quémque expeteſſo.* Et Rudente: *Qui ſunt qui à patrona paces mea expeteſſunt?* Et Trinummo: *Nec ſatis cogitatum eſt, vtram potiùs harum mihi artem expeteſſam.*

EXPLENVNT, explent. Feſt. Sic *prodinunt, ſolinunt*, &c.

EXPORGERE, exporrigere. Terent. Adelphis: *Mitte iam iſtæc, da te hodie mihi, exporge frontem.* Plaut. Pſeudolo: *Exporgi melius eſt lumbos atque exſurgier.*

EXPORRECTVM, pro experrectum, excitatum. Varro Eumenidibus: *Quare ſi in ſomnum recideris, ὁ δίκαιος eris iterum exporrectus.* Non.

EXPRETA, experta, paſſiuè, quaſi ex peritia habita. Plaut. Bacchid. *It magiſter quaſi lucerna, vncto expretus linteo.*

EXPVGNASSERE, expugnaturum eſſe. Plaut. Amphitr. *Sin aliter ſient animati, neque dent quæ petat: ſeſe igitur ſumma vi eorum oppidum expugnaſſere.*

EXPVLSIM, ab expellendo. Varro Serapi: *Rectè purgatum ſcito, quoniam videbis Romæ in foro ante ianuas pueros pilâ expulſim ludere.* Nigidius comment. lib. 20. *Cuiuſmodi*

modi genus aduerbiorum aduerbij motu quâ euenit, vt cursim, pulsim.

EXQVISITIM, exquisitè. Varro Aiace Stramentitio: *Atqui ager medicos exquisitim conuocabas, vt conualescerem.* Non.

EXSCVLPERE, extorquere. Lucil. Satyr. lib. 2.

Esuriente leoni ex ore exsculpere praedam. Ibidem:

——— *iámque ex testibus ipse rogãdo Exsculpi dicam.*

Plaut. Cistellariâ: *In quæstione vix exsculpsi vt diceret.* Terent. Eunucho: *Posúmne ego hodie ex te exsculpere verum?*

EXSENSVS, ἀναίσθητος, sine sensu. Næuius Alcesti: *Corpore pectoreque vndique obeso, mente exsensa, tardi gemulo senio oppressum.* Gell. lib. 19. cap. 7.

EXSEQVIARI, funus comitari, exsequi ac parare. Varro Bimargo: *Ipsum propter vix liberi semiatrati exsequiantur.* Non. Hinc Varroni *Exsequiaria.*

EXSICO, pro exseco. Plaut. Rudente: *Quin tu in paludem is, exsicásque arundines, quîs pertegamus villam dum sudum est.* Sic Varro libris de R. R. *Præsicare, resicare, desicare*, dixit.

EXSINCERATVM, quasi non sincerum, cruentatum, impurum. Plaut. Mostellariâ: *Lubet cauere malam rem prius, quàm vt meum tergum exsinceratum fiat.*

EXSOLVTE, absolutè, indubiè. Innoc. de cas. litt. *Vnus est qui aquam perennem habet, ipse finem exsolutè facit.* Idem: *Riuus qui in fluuium descendit, sine dubio exsolutè finem facit.*

EXSPECTO, inspecto, inspicio. Innoc. *Exspectant terminos lapideos.* Idem: *Fines curtiores quod exspectant orientales.*

EXSPES, sine spe. Accius Euryface: *Ille orbus, exspes liberum.* Idem Medeâ: *Exsul inter hostes, exspes, expers, desertus, vagus.* Horatius de arte poëticâ:

—— *quid hoc si fractis enatat exspes Nauibus.*

EXSVGEBO, pro exsugam. Plaut. Rudente: *Ni hunc amittis, exsugebo quidquid humoris tibi est.* Idem Epidico: *Iam ego me vortam in hirudinem, atque horum exsugebo sanguinem.* Turpilius Leucadiâ: *Iam ego tibi istam tristiciam exsugebo.*

EXSVLTARE, exsilire. Cic. Academ. 3. *Et vt nos nunc sedemus ad Lucrinum, piscículosque exsultantes videmus.* Virg.

Exsultántque vada atque æstu miscentur arenæ.

EXTARIS aulâ, olla in qua coquuntur exta. Plaut. Rudente: *Semper petunt aquam hinc, aut ignem, aut vascula, aut cultrum, aut veru, aut aulam extarem, aut aliquid.*

EXTEMPVLÒ, continuò, extemplò. Plaut. Aululariâ: *Nam si ignis viuet, tu extinguêre extemplo.* Idem Curculione: *Eaque extemplo, vbi vino has conspersi fores, de odore adesse me scit.* Modus verò loquendi ex Augurum disciplina prouenit, qui statim obseruatis auspiciis de templo, seu loco augurali recedebant.

EXTEREBRARE, scrutari, extorquere. Plaut. Astrabâ, cùm in curiosum iocaretur: *Exterebratum quidem pertundis.* Non.

EXTERNAVIT, consternauit, dementem fecit. Catullus:

Ah misera assiduis quàm luctibus ex-

ternauit
Spinosas Erycina ferens in pectore curas.

Apul. lib. 3. *Sic externatus animi attonitus in amentia vigilans somniabam.* Glossarium: *Externatus*, ἐκτὸς φρενῶ.

EXTERRICINEVS, ante tempus natus, vel potiùs eiectus: dictus, quòd eum mater exterrita aluo deiecerit. Fest. Vocatur à Græcis ἠλιτόμην@; qualem fuisse Euristen Homerus ait.

EXTIMVS, extremus. Varro Hæresiarchâ: *Porrò inde ab vnoquoque compito ternæ viæ oriuntur, ex quibus singulæ exitum ac telos habent, proprium à primo compito dextimam viam munit Epicurus.* Idem Orthograph.

Ergo inter Solis stationem & sidera septem
Exporrecta iacet tellus: huic extima fluctu
Oceani interior Neptuno cingitur ora.

Plaut. Truculento: *Bona perdidi, mala repperi, factus sum extimus à vobis.* Prisc. lib. 3.

EXTISPICES, aruspices dicti, quòd exta spiciant. Varro Serrano, ἀρχαιρεσίων: *Subsilio & hostias extispici disputanti relinquo.* Accius Medeâ: *Principio extispicum ex prodigiis congruens ars te arguit.* Græcis σπλαγχνοσκόποι, & ἱπατοσκόποι.

EXTISPICIVM. Suetonius in Nerone cap. 56. *Ante paucos cùm periret menses, attendit & extispicium, nec vnquam litauit.*

EXTORRIS, extra terram & terminos eiectus. Accius Eurysace: *Nunc per terras vagus, extorris, exturbatus, regno atque mari super Oceani stagna alti patris terrārum anfracta reuisam.* Non. Virg. 4. Æneidos:

Finibus extorris cōplexu auulsus Iuli.

Salustius bello Iugurthino: *Sicuti videtis extorrem passim domo inopem.* Sueton. Oct. Augusto cap. 12. *Nursinos grandi pecunia, & quam soluere nequirent, multatos, extorres egit oppido.*

EXTRABVNT, exibunt. Afranius Auctione: *Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.* Non.

EXTRARIVS dicitur, qui est extra focum & sacramenta. Afranius Suspectâ: *Vt me esse in hac re dicunt abs te extrarium.* Lucr. lib. 4.

Post extraria lux oculos perterget & aër
Alter, & illa foris quæ verè transpiciuntur.

EXTREMIVS, magis extremum. Apul. lib. 1. de asino: *Pol tu quidem, inquiam, dignus es extrema sustinere: si quid tamen nouissimo est extremius.*

EXTRILIDVS, exalbidus. Gell. lib. 19. cap. 1. *Atque ibi hominem conspicimus impauidum atque extrilidum, ploratus quidem nullos, sicut cateri omnes, nec vllas eiusmodi voces cientem.*

EXTVNDERE, extorquere. Virg. Georg. 1.

Et varias vsus meditando extunderet artes
Paulatim.

Afranius epistolâ: *Atque adeò extundo, ex officio datur mihi custodiendus.*

EXVVIÆ, ab exuendo. Accius Meleagro: *Remanet gloria apud me, exuuias dignaui Atalantæ dare.* Virg. Georg. 2.

Cum positis nouus exuuiis nitidúsque iuuentâ

iuuentâ Voluitur.
Serenus Samonicus cap. 32.
Quondam etiam nimio præceps vrina fluento
Irrigat exuuias, obſcœnéque inficit imbre.

F

HDigamma Æolicum, antiquis interdum pro litera V, ponebatur: vt, *SerHos*, *Hulgos*, *Hixit*, *aHom*, *DaHos*, *oHom*: pro ſeruus, vulgus, vixit, æuum, Dauus, ouum. Interdum pro H, vt *Hircus*, *Holus*, *Hoſtis*, *Hoſtia*, *Hormia*, *Fœdus*, *Helena*. Feſt. Quintil. Varro, Priſc. Dion. Halicarnaſſ. Sic Plaut. Milite: *Neque enim Heminas octo expromſi in vrceum*: pro heminas. In antiquo monumento Rom. TIBVLLA C. SEMPRONII. F. MANILII. NEPTIS. INFERNO. PLOTONI. TRICORPORI. VXORI. CHARÆ. PROSERPINÆ. TRICIPITI. QVE. CERBERO. MVNVS. MECVM. FERENS. DAMNATAM. DEDO. ANIMAM. HIHAMQVE. HOC. ME. CONDO. MONVMENTO. NE. OBRVTIS. DOMVS. LAPSV. FILIIS. SEX. QVOS. P. SCIPIO. PATRIIS. CAMERTIBVS. E. SALO. ET. LIBYA. INCOLVMES. RESTITVERAT. IN. DESOLATA. OBRITATE. SVPERSIM. MISERA. HIXI. ANN. XXXIX. MEN. I. D. VI. HOR. SCIT NEMO. QVIETEM. POSTERI. NON. INVIDEANT. QVI. SECOS: MANES. SENTIAT. IRATOS. HALE. HITA. IN. FRONT. B. XX. IN. AGR. P. XXXIX. In alio: T. CLAVDIVS DRVSI F. CÆSAR AVGVSTVS GERMANICVS. PONT. MAX. TRIB. POT. VIIII. IMP. XVI. COSS. IV. CENSOR. P P. AVCTIS POP. ROM. FINIBVS POMOERIVM AMPLIAHIT. TERMINAHITQ. In l. 9. ſi poſt. ff. de peric. & com. rei vend. *Arbores vento Hi deiectæ.* pro vi. Hinc Nonius exponens *concelebrare*, dicit eſſe, *diu amare*: pro quo legendũ *diHamare*. Digamma hoc, pro B, etiam vſurpatur: veluti, *FœHus* pro Fœbus, in l. vlt. ff. ad S. C. Treb. Et contrà B, pro F, Græcis: Βρύγες, pro φρύγες: & Ἀφροδίτη, ἀπὸ τὸ ἀβρὸν τῆς διαίτης: ſi Didymo fides. Contrà H, pro F, vt *Hana*, pro fana: *Horda* bos, pro forda. Feſt. *Hordicidiæ feriæ*, pro Fordicidiæ. Varro. *Hortes*, pro fortes. Iſidor. Plaut. Milite: *Tibi ego dico, an heriatus ne ſis, heus te alloquor*: pro feriatus.

FABAM nec tangere, nec nominare Flamini Diali fas erat, quòd ea putaretur ad mortuos pertinere. Nam & Lemuralibus iacitur laruis, & parentalibus adhibetur ſacrificiis, & in flore eius luctus literæ apparere videntur. Feſt. Gell. lib. 10. cap. 15. Plutarch. in Problematib. Fabius Pictor lib. 1. ex lege Flaminicâ: *Capram & carnem incoctam, & hederam & fabam, neque tangere flamini Diali mos eſt, neque nominare.*

FABRA, æ. Apul. Apolog. *Læuitas illa, ſpeculi fabra, & ſplendor opifex.*

FABRE,

FABRE, perfectè, benè, pulcrè. Antidamus: *Fabrè compoſitum animal hominem quis ferat ſic ex re petuatum? quis aduerruncaſſit tã aretinas hominum mentes?* Plaut. Menæchmis: *Hoc facinus pulcrum eſt, hoc probum eſt, hoc lepidum eſt, hoc factum eſt fabrè.* Idem Pœnulo: *Baſilicè exornatus incedit, & fabrè ad fallacias.* Apul. Floridorum lib. 2. *Quem comperio inter ſeſſularios artifices, genuinis faberrimè ſcalpẽdis, laudem magis quàm opem quæſiſſe.* Idem lib. 2. de aſino: *Sub extremâ ſaxi margine poma & vuæ faberrimè politæ dependent.*

FABRICANTVR, deponens. Cic. offic. lib. 1. *Vt enim pictores, & ij, qui ſigna fabricantur.* Idem de oratore lib. 3. *Capitolij faſtigium illud & cæterarum ædium non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt.* Idem paſſiuè vſurpauit de vniuerſ. lib. 1. *Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲ Græci vocant.*

FABVLINVS, & AIVS LOCVTIVS, Dij quibus ſacrificabant, cùm pueri fari cœpiſſent. Varro in Catone, ſiue de liberis educandis: *Alij Statano & Statilioro, quorum nomina habent ſcripta Pontifices, ſic cùm primò fari incipiebant, ſacrificabant Diuo Fabulino.* Non. Recèns verò natis præerant *Naſcio, Vaticanus, Leuana, Rumina, Cunina, Potina, Educa, Oſſilago, Carna, Iuuentas, Orbona,* &c.

FABVLO, pro fabulor. Gloſſ. *Fabulat,* λαλεῖ. Plaut. Milite: *Ego ſtulta atque mora multum, quæ cum inſano fabulem.* Idem Truculento: *Non didici fabulare.* Apul. Florid. *Vt cum omnibus hominibus ſecurè & intrepidè fabularet.*

FABVLOSITAS. Plin. lib. 7. cap. 27. *Fortitudo in quo maximè extiterit immenſæ quæſtionis, vtique ſi recipiatur poetica fabuloſitas: Q. Ennius T. Cæcilium Dentrem fratremque eius præcipuè miratus, propter eos Sextum Annalem adiecit.* Idem lib. 7. cap. 52. *Ariſtæi etiam animam viſam euolantem ex ore, in Proconneſo, corui effigie magna fabuloſitate.* Apul. lib. 1. de aſino aureo: *Nihil hac fabulâ fabuloſius, nihil iſto mendacio abſurdius.*

FACE, fac. Ennius lib. 1. annal.

Tu verò face quod te cum precibus pater oro.

Plaut. Aſinar. *Face iam tu præco nũc omnem auritum populum.* Eâdem: *Sermoni iam finem face tuo, huius ſermonem accipiam.* Et Caſinâ: *Face Chaline me certiorem quid meus vir me velit.*

FACELLA, eſt acetarium: vnde in vitis Imperatorum *facellaria* dicuntur vaſa, in quibus reponuntur acetaria. Epigr. in pict. menſ.

Auguſtum penitus torret phaetontius ardor,
Quem recreat feſſum gallo, facella, melo.

FACERE, pro ſacrificare. Virg. Bucolicis:

Cùm faciam vitulâ pro frugibus ipſe venito.

Nouius virgine prægnante: *Sequere me, puriter facias volo: igni & aquâ volo hunc accipere.* Plaut. Aulularià: *Mulſi congialem plenam faciam tibi fidelium.* Idem Sticho: *Iámne exta cocta ſunt? quot agnis fecerat?* *Facere corpus* dixit Phædrus, pro inoleſcere, pingueſcere. fab. 46. *Aut quo cibo feciſti tantum corporis?*

ris? Cui contrarium apud Lucretium lib. 1. & Ciceronem lib. 7. epiſt. *Corpus amittere*; quod eſt macreſcere. Plinius non abſimiliter Phædro dixit lib. 26. cap. 12. *Folia caput facere, quando iam in ſemen excreſcunt.* Et: *Numerum facere* Cyprianus & Paulinus.

FACESSERE, facere. Virg. 4. Æneid.

Imperio læti parent ac iuſſa faceſſunt.

Ennius annal. lib. 1.

Hæc effatus, ibique latrones dicta faceſſunt.

Afranius Imis: *Mulſa atque moleſta, potin' vt dicta faceſſas.* Non.

FACESSO, abeo, recedo. Pacuu. Teucro: *Te repudio, nec recipio naturam, dico faceſſe.* Ibidem: *Faceſſite hinc omnes, parumper tu mane.* Afranius Liberto: *Nolo hic te videat, dominus eſt, puer faceſſe hinc.* Ennius Eumenid. *Dico viciſſe Oreſtem, vos ab hoc faceſſite.* Titin. Geminâ: *At aliquis veſtrorum nunciet geminæ, vt res ſuas procuret, ædibus faceſſat.* Plaut. Rudente: *Siquidem ſis pudicus, hinc faceſſas.* Idem.

FACETIÆ HABERE, deridiculo. Apul. Apologiâ: *Atque ego ſcio nonnullos, & cumprimis Ælianum iſtum facetiæ ſibi habere.*

FACETOSVS, pro faceto. Cic. de fin. bon. lib. 2. *Res tota, Torquate, non doctorum hominum, velle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui nominis, quos quidem dies quemadmodum agatis, & in quantum hominum facetoſorum vrbanitatem incurratis, non dico (nihil opus eſt litibus) tantùm dico, magis fuiſſe veſtrùm agere Epicuri diem natalem, quàm illam teſtamento cauere, vt ageretur.*

FACIE, pro faciei. Lucil. lib. 7.

Qui te diligit ætati faciéque tuæ ſe
Fautorem oſtendat, fore amicum polliceatur.

Gell. lib. 9. cap. 14. Idem Satyris: *Et primùm facie honeſtas accedit.*

FACIES, pro faciei. Claudius lib. 1. annalium: *Extemplò ſilentio facto, cum voce maximâ inclamat, ſi quis ſecum pugnare vellet, vti prodiret: nemo audebat propter magnitudinem atque immanitatem facies.* Idem lib. 9. cap. 13. Sic *Rabies*, pro rabiei. Lucret. lib. 4.

Quodcunque eſt, rabies vnde illi hæc ſemina ſurgunt.

Dies. Virgil. Georg.

Libra dies ſomnique pares vbi fecerit horas.

Res. Lucr. lib. 3.

Aut aliæ cuius deſideriũ inſideat res.

Fides. Pacuu. Armorum Iudicio: *Fides ſacratum ius perpetùo falleret.*

FACITVR, ποιεῖται, fit. Titin. in 5. *Quantâ ſtultitiâ cupidinis petunt conſilium, bona gratia, vt parui faciatur.* Varro Cynico: *Si me herculè pergunt, & Deorum curâ non ſatisfacitur reipub.* Priſc. lib. 8.

FACTIO, malorum conſpiratio. Saluſt. bello Iugurth. *Inter bonos amicitia, inter malos factio.* Plaut. Bacchid. *Mane, hic Mneſilochus Nicobuli filius per vim vt retineat mulierem? quæ hæc factio eſt?*

FACTIO, opulentia, nobilitas. Titin. Fullonibus:

Sed iam hercle metuo Cæſo ne nimis ſtultè fecerim,
Qui ex tantâ factione atque opibus ea ſum auſus aggredi.

Cæcilius Philumenâ: *Lata eorum famam occultarat factio.* Turpil. Traſileonte: *Non vtilitate & factione fre-*

tus intercedere. Non. Plaut. Aulul. *Iſtas magnas factiones nil moror.* Et Ciſtellariâ: *Neque nos factione tantâ, quantâ tu, ſumus.* Hinc

FACTIOSVS, diues. Plaut. Aulul. *Venit hoc mihi in mentem Megadore, te eſſe hominem diuitem,*
Factioſum: me autem eſſe hominem pauperum pauperrimum.

FACVL, facilè. Varro Bimargo: *Quod vtrum ſit magnum, an paruum, facul, an difficul.* Lucil. lib. 6. Satyr.

——— *peccare impunè rati ſunt*
Poſſe, & nobilitate facul propellere iniquos.

Afranius Auctione: *Haut facul* (vt ait Pacuuius) *fœmina inuenietur bona.* Pacuu. Teucro: *Nos illum interea perficiendo propitiaturos facul remur.* Accius Meleagro: *Erat vtile iſtuc ferre aduorſam fortunam facul.* Non.

FÆCIALES, legati pacis. Gloſſ. σπονδοφόροι. Varro de vita pop. Rom. lib. 3. *Si cuius legati violati eſſent, qui id feciſſent, quamuis nobiles eſſent, vt dederentur ciuitati, ſtatuerunt, fæcialéſque, qui de his rebus cognoſcerent, iudicarẽt, & ſtatuerẽt, & conſtituerẽt.* Idem de vita pop. Rom. lib. 2. *Et priuſquã indiceretur bellũ iis, à quibus iniurias factas ſciebãt, fæciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos oratores vocabant.*

FÆCVLA, condimentum. Horat. lib. 2. Sat. 8.

——— *qualia laſſum*
Peruellunt ſtomachum, ſiſer, alec, fæcula Coa. Lucr. lib. 2.
Fæcula iam de quo genere eſt inulæque ſapores.

FÆMINAL, pudendum muliebre, interfæmineum. Apul. Apologiâ: *Sed enim fæminal nullo pacto reperiẽs mundiùs dicere, ad mea ſcripta confugit.* Idem de aſino aureo lib. 2. *Pauliſper etiam glabellum fæminal roſeâ palmulâ potiùs obumbrans de induſtriâ, quàm Theſeus verecundiâ, præliare, inquit, & fortiter præliare.*

FOENISICIA, æ, & orum, ſectio fœni: *fœniſeces*, qui ſecant. Varro lib. 1. de R. R. cap. 47. *Herba in pratis ad ſpem fœniſiciæ nata non modò non euellenda.* Idem cap. 49. *Tum de pratis ſtipulam raſtellis eradi, atque addere fœniſiciæ cumulum.* Ibidem: *Quo facto ſicilienda prata,* id eſt, falcibus conſectanda, *quæ fœniſeces præterierunt.* Idem cap. 9. *Mercenarij conductitiis liberorũ operis res maiores in vindemiâ ac fœniſiciâ adminiſtrant.* Colum. lib. 2. cap. 18. *Altero tamen anno minora pecora poſt fœniſicia permittemus admitti.*

FOETIS, pro fœtibus, Accius Bacchis: *Vbi ſanctus Cytheron frondet viridantibus fœtis.* Non.

FOETVTINÆ, fœtida loca. Apul. Apolog. *Lingua mendaciorum & amaritudinum præminiſtra ſemper in fœtutinis & olenticetis ſuis iaceat.*

FAGVTAL, ſacellum Iouis, in quo erat fagus, quæ Ioui ſacra habebatur. Varro lib. 4. Analog. Plin. lib. 16. cap. 10. *Syluarum certè diſtinguebatur inſignibus, Fagutali Ioui, etiam nunc vbi lucus fageus fuit porta querquetulana, colle in quem vimina petebantur, tòtque lucis, quibuſdam & geminis.*

FALÆ, turres ligneæ, ab altitudine, à falanto, quod Etruſcis cœlum. Plaut. Moſtellariâ: *Iſti qui trium nummorũ cauſsâ haſtis ſubeunt ſub falas.* Ennius lib. 14.

Malos diffindunt, fiunt tabulata falaque. Feſt.

FALANTVM, vel PHALANTVM, Thuſcis & Hetruſcis cœlum dicitur; vox ab Hebraico deriuata פלא, quod mirabile, difficile, arduum dicitur: vel à Græco φάλαγγον: vnde & *Palatium*, quod priùs *Phalantium* dicebatur.

FALARICA, telum miſſile, quod è falis mittebatur. Ennius Annal.

Quæ valido venit contorta falarica miſſu. Virg. Æneidos 9.

Sed magnum ſtridens contorta falaria venit
Fulminis acta modo.

FALCES, & HARPAGÆ, armorum genera oppugnationibus apta. Siſenna hiſtor. lib. 4. *Falces iectas comminuunt, puteos propiùs collocatis harpagis, deiiciunt.* Cæſar lib. 3. de bello Gall. *Vna erat magno vſui res præparata à noſtris, falces præacutæ, inſertæ, affixæque longuriis.*

FALCONES, quorum pollices pedum intrò ſunt curuati ad falcis ſimilitudinem. Feſt.

FALLA, pro fallacia. Nouius Decumis: *Me non vocauit: ob eam rem hanc feci fallam.* Non.

FALLACIES, fallacia. Apul. Metam. lib. 5. *Nec ſecius & ipſa fallacie germanitatis inductu, & in ſororis ſceleratas nuptias æmula feſtinauit ad ſcopulum.*

FALLACILOQVENTIA, Cic. de Fin. lib. 4. *Quæ diligentiſſimè contra Ariſtonem dicuntur à Chryſippo ex ea difficultate illæ fallaciloquentiæ.*

FALLACIOSVS, fallax. Apul. 8. *Promiſſioni fallacioſæ mulieris oppreſſus ſuccubuit Thraſillus, & prolixè conſentit de furtiuo concubitu.*

FALSIMONIA, falſitas. Plaut. Bacchidibus: *Multi more iſto atque exemplo viuunt, quos cùm cenſeas amicos eſſe, reperiuntur falſi falſimoniis.*

FALSVM HABVIT, fefellit. Saluſtius: *Neque ea res me falſum habuit.* Plaut. Aulul. *Quanquam haut falſus ſum, nos odio haberi.* Idem Truculento: *Mihi etiamnum quid ſit negotij falſus incertúſque ſum.*

FAMA, pro infamia. Virg. 4. Æneid.

—— neq; enim ſpecie famáve mouetur.

Terent. Adelphis: *Maledicta, famam, amorem & peccatum in ſe tranſtulit.* Turpil. Pedio: *Quæſo omitte ac deſere hanc meretricem, quæ te ſemel nacta ſemper ſtuduit perdere, detegere, deſpoliare, opplereque adeò famâ ac flagitiis.*

FAMAM, pro ſpem. Virg. 4. Æneid.

—— nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famámque mouemus inanem.

FAMI, pro famis antiqui dixere. Lucil. lib. 12. *Rugoſum atque fami plenum.* Cato oratione de bello Carthaginenſi: *Pueri atque mulieres extrudebantur fami cauſâ.* Gell. lib. 9. cap. 14.

FAMIGER, & FAMIGERABILIS, celebris. Varro lib. 5. de L. L. Hinc etiam *famiger*, affabile, & ſic compoſita alia, item & declinata multa. Apul. lib. 2. Metam. *Cùm hæc etiam loca prouinciæ famigerabilis adire cuperem.* Et lib. 9. *Erat ei tamen vxorcula, etiam ſatis quidem tenuis & ipſa, veruntamen poſtrema laſciuia famigerabilis.* Idem lib. 1. de aſino aureo: *Quidam voluptatem gladiatorij ſpectaculi ſatis famigerabilis conſector, in has ærumnas incidi.*

FAMIGERATIO. Plaut. Trinum. *Hæc famigeratio ted honeſtet, me autem collutulet, etſi ſine dote duxeris.* Apul. Florid. lib. 2. *Fanum Iunonis antiquitùs famigeratum.*

FAMIGERATOR, Plaut. Trinum. *Ego de eorũ verbis famigeratorum inſcius profilui amicum caſtigatum innoxium: quòd ſi exquiratur vſque ab ſtirpe auctoritas, vnde quidquid auditum dicant, niſi id apparet, famigerator iure ſiet cum damno & malo.*

FAMILIARESCO, familiaris fio. Sidon. lib. 7. epiſt. 2. *Non minus opportunis quàm frequentibus excubiis agnoſci, innoteſcere, familiareſcere.*

FAMILIARITER (quod Græci recentiores φαμιλιαρῶς) per familias. Iul. Frontinus de cond. agr. *Agros in montibus Romani acceperunt familiariter, qui montes Romani appellantur.*

FAMINO, dicito. Feſt. Cato cap. 141. *Hoc Ianum Iouémque vino præfamino.*

FAMOSVS, infamis. Accius Philoct. *Quid tu Ægilia mea, quando ad me venis cum tuâ colu & lanâ? Non pol audeo, nam me ad famoſos vetuit mater accedere.* Cic. de Oratore lib. 2. Plaut. Aſinariâ: *Qui etiam me miſerum famoſum fecit flagitiis ſuis.* Cic. de Repub. 4. *Atque etiamſi qua erat famoſa ei cognatio oſculum non ferebant.* Lucil. Satyr. lib. 11.

Quintus Opimius ille Iugurthini pater huius
Et formoſus homo fuit, & famoſus, vtrumque.

Sueton. in Tiber. cap. 28. *Aduersùs conuitia maléſque & famoſa de ſe à ſuis carmina. Famoſus* etiam celebris, laudatus. Apul. lib. 9. *Atque hac ipsâ potiſſimum famosâ ciuitate, & inſignis tutelæ nimietate inſtinctus.*

FAMVL, famulus. Ennius lib. 8. annal.

——— *mortalem ſummum fortuna repentè*
Reddidit, vt ſummo regno famul optimus eſſet. Lucr. lib. 3.
Scipiades, belli fulmen, Carthaginis horror,
Oſſa dedit terræ, proinde ac famul infimus eſſet.

Sic per Apocopen *Fabric*, pro Fabricius dixit Ennius lib. 8.

Raſtros deinde Fabric carpſit, cauſſa poliundi Agri.

Et *forſit* pro forſitan; Horat. lib. 1. Sermonum:

Diſſimile hoc illi eſt, quia non vt forſit honorem
Iure mihi inuideat quiuis.

FAMVLANTER, ſuppliciter. Accius Tereo: *Deum natum Semelâ affare, & famulanter pete.* Non.

FAMVLANTVR, ſeruiunt. Cic. de Republ. lib. 3. *Eſt enim genus iniuſtæ ſeruitutis, cùm hi ſunt alterius, qui ſui poſſunt eſſe, cùm autem hi famulantur.* Non.

FAMVLATVS, ſeruitus. Cic. de amicitiâ: *Vt in fabulis qui aliquando, aut propter ignorationem ſtirpis & generis in famulatu fuerint cogniti, & aut Deorum, aut regum filij inuenti ſunt.* Symm. lib. 5. epiſt. 66. *Famulatus eſt enim quidam, ſi cedentibus viribus recuſemus vti laborum vacatione.*

FAMVLITAS, Accius Andromedâ: *Nam poſtquam paruos vos oppreſſit famulitas, vis atque egeſtas fa-*

ma,

na, formido, pudor.

FAMVLITIVM, ſeruitium. Varro: *Apud ignarum dominum duro famulitio adſtrictus.* Apul. lib. 8. de aſino aureo: *Habēs ex eodem famulitio conſeruam coniugem.* Idem Apolog. *Neſcis profectò, neſcis Æmiliane, Philoſophum accuſare, qui paucitatem famulitij opprobaris.*

FANATVR. Varro lib. 5. de L. L. *Atque inde Herculi decuma data ab eo eſt, quod ſacrificio quodam fanatur*, id eſt, vt fani lege ſit, id dicitur.

FANS. Plaut. Persâ: *Canis ſi in ludum iret, fieri potuiſſet, vt iam probè literas ſciret, cùm tu interim meum ingenium fans non edidiciſti atque infans.*

FARFERVS, virgultum. Feſt. Plaut. Pœnulo: *Viſcum legioni dedi fundáſque, eò præſternebam folia farferi.* Ibidem: *Diſſipabo ego te tanquam folia farferi.* Ouid.

——— *& amœnæ farferus vmbræ.*

FARREVM, genus libi ex farre. Plin. lib. 18. cap. 3. *Quin & in ſacris nihil religioſius confarrationis vinculo erat, nouæque nuptæ farreum præferebant.*

FARTIM, πύκα: ſtipatim. Lucil. Satyr. lib. 2. *Vt lurcaretur lardum, & carnaria fartim Patrum conficeret.* Virg. in Ætnâ:

Feruet opus, denſique fremunt, premiturque ruinâ
Hinc fartim Boreæ atque Noto.

Apul. lib. 3. Metam. *Aditus etiam & tectum omne fartim ſtipauerant.* Et lib. 2. *Quæ ſuis dominis parabat iuſcum fartim conciſum.*

FARTORES dicti nomenclatores, quòd clam velut infarcirent nomina ſalutatorum in aurem candidati. Feſt.

FASCEA, cortex. Varro περοντοδιδασκάλῳ: *In quibus Libya cytrus faſciis cingit forem.* Non.

FASELVS, nauigium. Saluſt. hiſt. lib. 3. *Et fortè in nauigando cohors vna grandi faſelo vecta à cæteris deerrauit.* Siſenna hiſt. lib. 4. *Proræ actuariæ trahi grandes ac faſeli primo.* Virg. lib. 4. Georg.

Et circum pictis vehitur ſua rura faſelis. Catullus:

Faſelus ille quem videtis hoſpites,
Ait fuiſſe nauium celerrimus.

FASTIDILITER, faſtidioſè. Varro Satyrâ, Cras credo, hodie nihil: *Quibus inſtabilis animus ardens mutabiliter non habere faſtidiliter inconſtanti pectore.* Non.

FASTIDIMVS BONORVM, pro bona. Lucil. Sat. lib. 7.

Triſtes difficiles ſumu', faſtidimu' bonorum.

Titinius Pſaltriâ: *Dicis tu quæſo? quòd te auertiſti? mei faſtidis? meæ deliciæ.* Turpil. Leucadiâ: *Vide, nunc faſtidit mei.* Plaut. Aululariâ: *Abiit, neque certiorem fecit, faſtidit mei.*

FASTIGATISSIMVS, ſuperbiſſimus. Sidon. lib. 1. epiſt. 9. *Sed ſeruata pace reliquorum, duo faſtigatiſſimi cōſulares, Gennadius Auienus, & Cecinna Baſilius præ cæteris conſpiciebantur.* Et lib. 2. epiſt. 4. *Ad arcem faſtigatiſſimæ felicitatis euectus.*

FATIGANT, pro fatigantur. Virg. 5. Æneid.

Olli remigio noctémque diémque fatigant.

Sic Cato in Origin. *Eodem nomine complures ex agro acceſsitauere, eò res eorum auxit.* Gellius lib. 18. cap. 12. Plaut. Amph. *Nequiter penè expediuit prima paraſitatio*, pro aucta eſt, expedita eſt. Idem Trucul. *Vt miſeræ matres ſollicitæ ex animo ſunt, cruciántque,*

ciántque, pro cruciantur.

FATISCVNTVR, pro fatiſcunt. Varro Antiquitatum humanar. lib. 14. *Altera irâ, altera vulneribus fatiſcuntur.* Accius ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ: *Tamen haut fatiſcar, quin tuam imploro fidem.* Pacuu. Duloreſte: *Vereor, ſi vnquam fatiſcar facere quidquam quod quibo boni.* Non.

FATVOS antiqui dixerunt *Vates*: pòſt *veſani* hoc nomine appellati ſunt. *Fari* enim propriè vaticinari eſt, ſeu προφητεύειν. Ennius lib. 1. Annal.

Atque Anchiſes doctu', Venus quem pulchra Dearum
Fari donauit, diuinum pectus habere.

Probus Ecloga 6.

FATVVS, infans, qui primum vocem emittit ſignificabilem. Varro lib. 5. de L. L. Cic. de oratore lib. 2. *Hoc præceptum eſt magis monitoris non fatui, quam eruditi magiſtri.*

FAVENTIA, ominatio bona, fauor. Præcones clamantes populum ſacrificiis fauere iubebant. Vnde illa formula: FAVETE LINGVIS. Feſt. Cic. lib. 1. de Diuinatione. Virg. lib. 5. Æneidos. Plin. lib. 28. cap. 21. Papinius lib. 2. Martial. lib. 9. Ouid. lib. 2. Faſtorum. & lib. 3. Amorum elegia 12. Quintil. Declamat. 365. Seru. ad 5. Æneid. Seneca de vitâ beata. Donat. in Andriam. Iulian. in oratione quæ μυσοπώγων. Attius OEnomao:

Vos ite actutum, atque opere magno edicite
Per vrbem, vt omnes qui arcana aſtúmque accolunt
Ciues, ominibus fauſtis auguſtum adhibeant
Fauentiam, ore obſcœna dicta ſegregent. Non.

FAVISSAS, cellas quaſdam & ciſternas vocarunt, quæ in aréâ ſub terrâ erant, vbi reponebantur ſigna vetera, quæ ex eo templo collapſa eſſent, & alia quædam religiosè donariis conſeruatis. Varro ad Seruium Sulpitium: *Quod Quintus Catulus dixiſſet, voluiſſe ſe aream Capitolinam deprimere, vt pluribus gradibus in eandem conſcenderetur, ſuggeſtúſque pro faſtigij magnitudine altior fieret, ſed facere id non quiſſe, quoniam fauiſſa impediſſent.* Gell. lib. 2. cap. 10.

FAVITOR, fautor. Lucil. lib. 29. Satyr. *Fauitorem me tibi antiquum amatorem putes.* Non. Plaut. Amphitr. *Virtute ambire oportet, non fauitoribus. Sat habet fauitorum ſemper qui rectè facit.* Apul. Apolog. *Ego verò quietis, & concordiæ, & pietatis autor, conciliator, fauitor.*

FAVSTVLVS PORCELLORVM, id eſt, fœtura porcorum. Feſt. ob quam fœturam Fauſtitatem Deam, quæ Alumna aliis vocatur, colebant. Horat. lib. 4. Carm. oda 5.

Tutus bos etenim rura perambulat,
Nutrit rura Ceres, almaque Fauſtitas.

FAXO, & FAXIM, pro fecero, & fecerim. Enn. Phœniſſeis: *Plus miſer ſum, ſi ſceleſtum faxim, quod dicam fore.* Plaut. Aſinariâ: *Verbum caue faxis verbero.* Ibidem: *Caue ne tu hoc faxis, quod alij ſerui ſolent.* Et: *Nam quid me facturum putas, ſi iſtuc quod dicis faxis? niſi certum eſt efficere in me omnia eadem, quæ tu in te faxis.* In XII. Tabulis. QVEI. NOX. FORTOM. FAXIT. SEI. IM. ALIQVIPS. OCCISIT.

CISIT. IOVRE. CAISOS. ESTO. SEI. LOVCEI. FORTOM. FAXIT. TELOQVE. SE. REPREHENDIER. PROHIBESIT. SEI. IM. ALIQVIPS. OCCISIT. IOVRE. CAISOS. ESTOD. AST. SEI. LOVCEI. FORTOM. FAXSIT. &c. Macr. lib. 1. Saturnal. cap. 4. Plaut. Bacchid. *Ni illum exanimalem faxo, ſi conuenero.* Idem Menæchmis: *Metuo, ne quid mali faxit mihi.* Ibidem: *Elleborum potabis faxo viginti dies.* Et Milite: *Nouo modo tu homines crucias, ſiquidem te quidquam quod faxis pudet.* Idem Pſeudolo: *Piſtrinum in mundo ſcibam, ſi id faxim, mihi.* Pœnulo: *Malefaxim lubens.* Truculento: *Quod cùm celamus faximus conſcios.* Idem Freto: *Hoc illud eſt, quod arietini reſponſum magnis ludis dicitur, Peribo ſi non fecero, ſi faxo vapulabo.* Gell. lib. 3. cap. 3. Horat. lib. 2. Satyr. 6.

——— nihil amplius opto,
Maiâ nate, niſi vt propria hæc mihi
munera faxis.

FE

FEBRIENS, febricitans. Sidon. lib. 6. epiſt. 1. *Quis febriens agrotanti tactu pulſum diſtinguat incolumem?*

FEBRVARE, purgare. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *In eorum enim ſacris liba cùm ſunt facta, incerni ſolent farris ſemine, ac dicere, ſe ea februare.* Non.

FEBRVVM, purgamentum. Varro lib. 5. de L. L. *Rex cùm ferias menſtruas Nonis Februariis edicit, hunc diem februatum appellat. Februum enim Sabini purgamentum, & id in ſacris noſtris verbum.* Ouid. Faſtorum lib. 2.

Februa Romani dixere piamina patres,
Nunc quoque dant verbo plurima ſigna fidem.

FEDVS, pro hedus dixere priſci. Feſt.

FELIX ARBOR Catoni pro ea, quæ fructum fert. Veranius apud Macrobium lib. 3. cap. vlt. *Felices infeliceſque arbores enumerat.* Et Plin. lib. 16. cap. 27.

FELLARE, exſugere. Varro Manio: *Tum eum ad quem veniunt in hoſpitium lac humanum fellaſſe.* Non.

FEMINE, pro femore. Plaut. Milite: *Ecce autem auortit niſus lauâ, in femine habet lauam manum.* Sueton. Tito Veſpaſ. cap. 4. *Taricheam & Gamalum vrbes validiſsimas Iudææ in poteſtatem redegit, equo quadam acie ſub feminibus amiſso.* Varro lib. 2. cap. 8. de R. R. *Solo vt nec carneo, nec nimium duro, ſed vt fermentato ac molli, ac feminibus ſummis, corpori ſuppreſſo.*

FENESTRVLA, feneſtella, parua feneſtra. Apul. de aſino aureo: *Curioſus alioquin & inquieti procacitate præditus aſinus, dum obliquata ceruice per quandam feneſtrulam, quid nam ſibi vellet tumultus, proſpicere geſtio.*

FERABITE, Nonius poſitum ait pro agreſti, ſeu ferâ vite. Siſenna hiſtor. lib. 4. *Et partim ferabite, partim lauro & arbuſto ac multa pinu, ac myrtetis abundant.*

FERALIA, Diis manibus ſacrata feſta, à feriendis pecudibus. Feſt. Varro. Vel à ferendo. Ouidius Faſtorum lib. 4.

Hanc quia iuſta ferunt dixere feralia

lia

lia lucem,
Vltima placandis manibus illa fuit.

FERCTVM, genus libi. dictum quòd crebrò ad ſacra ferebatur cum ſtrue, altero libi genere, quæ qui adferebant, *ſtrufertarij* appellabantur. In form. ſacrif. *Iupiter hoce fercto obmouendo bonas preces precor, vti ſies volens propicius mihi, liberiſque meis, domo familiaque meæ:* MACTE HOCE FERCTO ESTO. Cato cap. 134.

FERENTARII, leuis armaturę milites, qui fundis & lapidibus pugnabant. Feſt. Cato de re militari: *Inde partem equitatus atque ferentarios prædatum emiſit.* Saluſt. bello Catilinæ: *Poſtquam eò ventum eſt, vnde à ferentariis prælia committi poſſent.* Plaut. Trinummo: *Nam illum tibi ferentarium eſſe amicum inuentum intelligo.*

FERETRIVS, Iupiter dicitur, à ferendo. Propert. lib. 4.

Nunc Iouis incipiam cauſsas memorare Feretri.

FERME', pro valdè. Lucr. lib. 3.

Turpis enim fermè contemptus & acris egeſtas,
Semota ab dulci vita ſtabilique videntur.

Gell. lib. 14. cap. 2. *Sed eum conſtabat virum eſſe formè bonum, notæque & expertæ fidei, vitæque inculpatiſsimæ.*

FERRITERI, qui ferrum terunt, vincti compedibus. Plaut. Trinum. *Oculi -- crepidæ, cruri -- crepidæ, ferriteri, maſtigiæ.*

FERRITRIBACES, iidem. Plaut. Moſtellariâ: *Vbi ſunt iſti plagipatidæ, ferritribaces viri? iſti qui hoſtis trium nummorum cauſsa ſubeunt ſub falas.*

FERVAT ignis, pro ferueat. Pompon. Fullone: *Facite vt ignis feruat, ligna inſtipite, far concidite.* Accius Achille: *Ne tum cùm feruat pectus iracundiâ.* Non. Virg. Georg. lib. 3.

Omnia tum pariter vento nimbiſque videbis Feruere.

Terent. Adelphis: *Ego illius ſenſum pulchrè calleo, cùm feruit maximè, tam placidum, quàm ouem reddo.*

FERVITVR, pro feruet. Afranius Vopiſco: *Quantâ vociferatione feruitur! hei miſeræ mihi.*

FESCENNINI, verſus obſcœnitate & conuitiis referti, qui in nuptiis putabantur faſcinum arcere. Feſt. Macr. lib. 2. Saturnal. *Pollio, cùm feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet: at ego taceo, inquit, nam non facilè eſt in illum ſcribere, qui poteſt proſcribere.*

FESTINATIM, feſtinanter. Siſenna lib. 4. *Prætor feſtinatim de caſtellis ad caſtra maxima pedites conduxit.* Pompon. Aſinariâ: *Exilii de nocte ad molam fullonis feſtinatim.* Marcell.

FESTINEM me facit, pro feſtinantem. Titin. lib. 5. *Nunc hoc vror, nunc hæc res me facit feſtinem.* Idem.

FESTIVITER, feſtiuè. Næuius Geminâ: *O domus parata pulcræ familiæ feſtiuiter.* Idem. Gell. lib. 1. cap. 2. *Seuerè ſimul ac feſtiuiter ſeiunxit.* Idem lib. 18. *Hæc ibidem addit feſtiuiter.*

FESTRA, antiquè pro feneſtra. Feſt. Macr. Saturnal. lib. 3. cap. 12. *Item Antonius Gnipho, vir doctus, cuius ſcholam Cicero poſt laborem fori frequentabat, Salios Herculi datos probat in eo volumine, quo diſputat, quid ſit Feſtra, quod eſt oſtium minuſculum*

lum in ſacrario, quo verbo Ennius etiam vſus eſt.

FETVRA, pro fetu. Virg. Georg. lib. 3.

Cætera nec fetura habilis, nec fortis aratris. Idem Bucolicis:

——— *at tu*
Si fetura gregem ſuppleuerit, aureus eſto.

Varro lib. 2. cap. 2. de R. R. *Deinceps dicam de paſtione, feturâ, nutricatu, ſanitate.*

FI

FI, FITO, & FITE, & FITVM EST, à fio. Craſſus lib. 16. Iliados:

O ſocij nunc fite viri.

Cato de prædâ mil. diuidendâ: *Tu dines fito.* Liuius odyſseâ: *Fit quoque fitum eſt.* Non. Plaut. Circul. *Sequere huc Palinure me ad fores, ſi mî obſequens.* Idem eâdem: *Fite mihi volentes, propitiæ.* Horat. Satyr. 5. lib. 2.

——— *ſi cognitor ipſe.*

Plaut. Persâ: *Age ſi benignè, ſubueni.* Idem Pœnulo: *Qui non editis, ſaturi fite fabulis.* Et Amphitr. *Vnum ſupereſt, id ſi fiat, Amphitruones fitote gemini.*

FICITAS, & FICITORES, fructus fici, ac eiuſdem collectores. Næuius: *Ficitores omnes ficitatem capiunt ſine moleſtiâ.* Non.

FICOLEA, palus ficulneus. Feſt.

FICTVS, pro fixus. Varro lib. 3. de R. R. *Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus, ſub ordines ſingulos tabulæ fictæ.* Ibidem: *Sed omnia ſepta adficta villæ.* Ibidem: *Duabus virgis viſcatis defictis.* Et: *Aut exſculpta, aut adficta firmiter.* Cic. de orat. lib. 3. *Nullam partem corpori ſine neceſſitate aliqua adfictam, totámque formam quaſi perfectam arte reperietis, non caſu.* Scaurus de vita ſua: *Sagitta confictus.* Lucr. lib. 3.

Te ſequor ô Graiæ gentis decus, ínque tuis nunc
Ficta pedum pono preſſis veſtigia ſignis.

FIDE, pro fidei. Plaut. Aulular. *Fide cenſebam maximam multo fidem.* Horat. carm. lib. 2. *Conſtantis iuuenem fide.* Ouid. Metamorph. lib. 3. *Prima fide vociſque datæ certamina ſumpſit.*

Plancus ad Ciceronem: *Quo obſide fide illius & ſocietate in republ. adminiſtranda vterer.* Sic *die, acie,* pro diei, aciei. Saluſtius Iugurth. *Vix decimâ parte die reliqua.* Ibidem: *Et iam die veſpera aderat.* Idem hiſtor. lib. 1. *Dubitauit acie pars.*

FIDELE, pro fideliter. Plaut. Captiueis: *Fac fidelè, ſis fidelis, caue fidem fluxam geras.*

FIDELIA, Samium vas. Plaut. Aulariâ: *Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam.* M. Curius ad Cic. lib. 7. epiſt. famil. *Sine eum me bonum virum eſſe putare, nec ſolere duos parietes eadem dealbare fideliâ.*

Perſius pro vaſe, quo ſalſamenta conduntur, poſuiſſe videtur, Satyrâ 3.

Diſce, nec inuideas, quòd multa fidelia putet,
In locuplete penu.

FIDIOR, fidelior. Iuſtinus lib. 6. *Vt eos ſibi fidiores, & dominis infeſtiores redderet.*

FIDVS, fœdus. Ennius Annali 1.

Accipe, dáque fidem, fidúſque feri benè firmum.

Macr. lib. 6. Saturn. cap. 1.

FIDVSTA, quæ maximæ ſunt fi-

dei. Feſt.

FILICATA, patera in filicis ſpeciem cælata. Feſt. Cic. Paradoxo 1. *Quid Numa Pompilius? minúſne gratas Diis immortalibus capides ac fictiles vrnas fuiſſe, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur?* Caper: *Filicem, non felicem dicendum, vnde & filicata opera priores dixerunt celata, à filice, quam ita credo dictam, quòd ſit minus felix aruis.*

FILICONES, mali & inutiles, à filice, herbâ ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, & nullius vſus. Horat. lib. 1. ſerm. Sat. 3.

Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.

Virg. Georg. lib. 2.

Et filicem curuis inuiſam paſcit aratris.

FILIE, pro fili, antiquè. Liuius odyſſeâ: *Iupiter pater noſter Saturni filie.* Priſc. lib. 7.

FILIIS, pro filiabus. Plaut. Sticho: *Sed ego ibo intro, & gratulabor voſtrum aduentum filiis.* Priſc. ibid.

FINIS VLLA, pro vllus. Accius Phœniſſis: *Neque vlla finis curas datur.* Lucr. lib. 5.

Ecquænam fuerit mũdi genialis origo,
Et ſimul ecquænam finis.

Virg. 4. Æneidos:

Quam feſſis finem rebus ferat.

Cœlius lib. 5. hiſtor. *Aliquam huic bello finem facere.* Caſſius Hemina hiſt. lib. 4. *Quâ ſine omnes res aguntur.* Varro Meleagris. *Currere, vigilare, eſurire, quando hæc facere oportet, quam ad finem.* Siſenna hiſtor. lib. 4. *Et prope mediam ad finem ripæ peruenerant.* Varro de vita pop. Rom. lib. 4. *Ita huius belli horribilis finis facta.*

FINITORES, qui agrorum fines diuidunt. Plaut. Pœnulo: *Eius nunc regiones, limites, confinia determinabo, eius rei ego ſum factus finitor.*

FIRMITVDO, firmitas. Cic. de Republ. lib. 1. *Habent æquabilitatem quandam, qua carere diutius vix poſſunt liberi, deinde firmitudinem.* Plaut. Aſinariâ: *Si iſtam antiquam firmitudinem obtines, ſalui ſumus.*

FISCELLVS, caſei mollis appetitor; ſicut *Catillo*, catillorum liguritor. Feſtus. Nam *fiſcella*, forma eſt vbi caſei exprimuntur.

FISSICVLARE antiqui vocabant τὸ δυσκοπεῖν, à fiſſo iecoris: & δυσκοπίαν *fiſſiculationem.* Apul. de Deo Socratis: *Vel ſomniis confirmandis, vel extis fiſſiculandis.* Martianus: *Fiſſiculatis extorum proſiciis.* Idem: *Hæc aruſpicio exta fiſſiculabant, admonentia quædam.*

FITVR, pro fit. M. Cato Cenſorius in Q. Thermum: *Poſtquam diutius fitur.* Idem de L. Viturio: *Græco ritu fiebantur Saturnalia.* Priſc. lib. 8.

FL

FLABELLARE, flatu excitare, ſufflare. Gloſſarium: *Flabello*, ῥιπίζω. Tertull. de ſpectac. cap. 25. *Inter ſe de commercio ſcintillas libidinum conflabellabant.*

FLABRA, venti. Lucr. lib. 5.

Inde loci ſequitur calor aridus, & comes vna
Puluerulenta Ceres, & Eteſia flabra Aquilonum. Idem lib. 6.
Anni tempore eo quo Eteſia flabra feruntur. Ibidem:
Nam dubio procul hæc aduerſo flabra feruntur

Flumine

Flumine Ibidem:
Tempore eo fiet quo Eteſia flabra Aquilonum
Nubila coniiciunt in eas tunc omnia parteis. Ibidem:
——— *quam freta circum*
Feruiſcunt grauiter ſpirantibus incita flabris.
Virg. 2. Georg.
Ergo non hyemes illam, nec flabra, nec imbres Conuellunt.

FLACCET, languet. Afran. Diuortio: *Diſperij, perturbata ſum, iam flaccet fortituao.* Ennius Thyeſte: *Inflaccebunt conditiones, repudiato & reddito.* Lucil. lib. 8.
Illa eſt macredo ſi lorum longiu' flaccet.
Accius Achille: *An ſceptra iam flaccent feras?* Non.

FLACCISCO, pro flacceſco. Pacuu. Chryſe: *Interea loci fluctì flacciſcunt.* Sic *incuruiſcere, luciſcit*, &c.

FLACVIT, ἐμαράνθη, à flacceſco. Varro lib. 1. de R. R. cap. 13. *Quod enim infertur recens, minus bonum: id cùm flacuit, melius.*

FLAGITARE, olim infamium fuit, monuítque Scalig. in Feſto. Cato: *Intercutibus ſtupris flagitatus.* h. e. inteſtinis probris infamatus. Hinc *Flagitium* pro infamia. Plaut. *Maiore cum flagitio reddes poſtea.*

FLAGRATORES, qui mercede flagris cædebantur, de quibus Plautus Moſtell. *Vbi ſunt iſti plagipatidæ, ferritribaces viri, qui haſtis trium nummorum cauſſa ſubeunt ſub falas.*

FLAGRIONES, ſerui, verberones. Afran. Vopiſco:
——— *tu flagrionibus priuiuio.*
Iucunditatis plus ineſt in te, mihi
Quam commercatis conquiſitè edulibus. Non.

FLAGRITRIBÆ, qui flagris exercentur. Plaut. Pſeudolo: *Quos dum ferias, tibi plus noceas, eo enim ingenio hi ſunt flagritribæ.*

FLAMEVS, quo amiciebatur nubens boni ominis cauſsâ, quòd eo *Flaminica*, id eſt, Flaminis Dialis vxor, cui diuortium facere illicitum, aſſiduè vtebatur. *Flameum, φοινικίδα* vocat Syneſius in epiſtol. Ἀλλ' ἐν φοινικίδι καὶ τότε καὶ διαφανὴς ὁ νεκρόφαλος χρύσει καὶ λίθοις ἐξηρτε τότε περιέκειτο. Iuuenalis Satyrâ 10.
——— *ſedet ille parato*
Flameolo.
Lucanus lib. 2.
Lutea demiſſos velarũt flamea vultus.

FLAMMANDVS, flamma exurendus. Tacitus lib. 15. *Aut crucibus affixi, aut flammandi.*

FLAMMEARII, infectores flãmei coloris. Plaut. Aululariâ: *Flammearij, violarij, carinarij, aut manulearij, aut murobathrarij.*

FLAMMIDVS, φλογώδης. Apul. de Deo Socratis: *Quin in eo quoque aëre animalia gignerentur, vt igni flammida, in vnda fluxâ, in terra glebulenta.* Ibid. *Igitur terrena nequaquam; deuergunt enim pondere: ſed nec flammida.* Et de mundo: *Namque humidis arida, & glacialibus flammida confundit.*

FLAMMIGARE, φλογίζειν, flammas eructare. Gell. lib. 17. cap. 10. & Macr. lib. 5. cap. 17. *Pindarus veritati obſequutus dixit quod res erat, quódque oculis deprehenditur, interdiu fumare Ætnam, noctu flammigare.*

FLAVISSÆ, theſauri antiquis.

Varro epiſtolâ ad Seruium Sulpitium : *Quintum Valerium Soranum ſolitum dicere, quos theſauros Græco nomine appellaremus, priſcos Latinè flauiſſe dixiſſe, quod in eas non rude æs argentúmque, ſed flata ſignataque pecunia conderetur.* Gell. lib. 2. cap. 10.

FLEMINA, cùm è labore viæ ſanguis defluit circa talos. Feſt. Plaut. Epidico : *Ita dum te ſequor, laſſitudine me inuaſerunt miſerum in genua flemina.*

FLERE OCVLIS, longo ac largo fletu corrumpere. Apul. Metam. lib. 5. *Locúmque illum quo fuerat Pſyche deſerta feſtinantes adueniunt, ibique deflebant oculos, & plangebant vbera.*

FLETVS, actiuè, profluens, lacrumans. Apul. lib. 7. Metam. *Nam mater pueri mortem deplorans acerbam, fleta ac lacrymoſa, fuſcáque veſte contecta.*

FLIGI, affligi. Accius Ægyſtho: *Heu, cuiatis ſtirpem fundítus fligi ſtudet.* Idem ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ : *Nec perdoleſcit, fligi ſocios morte, campos contegi.* Liuius Ægyſtho : *Ipſe ſe in terram fligit, ſaucius cadens.* Lucr. lib. 2.

——— *nam cita ſuperne*
Obuia cum flixêre, ſit vt diſperſa repentè *Diſſiliant.*

Hinc *flictus.* Auſon. epiſtol. ad Paulin.

Cymbala dant flictu ſonitum.

Cic. 2. Nat. *Lapidum flictu elici ignem ſæpe videmus.*

FLOCCI, nihili. Plaut. Epidico: *Dum ego tibi placeam, atque obſequar, meum tergum flocci facio.* Terent. Eunucho : *Inuidere omnes mihi, ego non flocci pendere.*

FLOCES, fex vini. Cæcil. Polumenis : *Ego neque florem, neque floces volo, vinum volo.* Gell. lib. 11. noct. Attic. cap. 7. *Cùm dicere vellet, inopi quendam miſeróque victu viuere, & furfureum panem eſitare, vinúmque eructum ac fœtidum potare; hic, inquit, eques Romanus apludam edit, & floces bibit.* Ibidem : *Item floces audierat priſcâ voce ſignificare fecem è vinaceis expreſſam, ſicuti fraces ex oleis : idque apud Cæcilium in Polumenis legerat.*

FLORARE, & DEFLORARE, florem decerpere, eligere. Symmach. lib. 5. epiſt. 80. *Vt ex omnibus quadrigis quas ſcripſiſti eſſe venales, præſtantiores curſu, & genere pollentes defloret electio.*

FLVCTI, pro fluctus. Pacuu. Chryſe : *Interea loci fluctí flacciſcunt, ſileſcunt venti, mollitur mare.* Accius Clytemneſtra : *Fluctí immiſericordes iacere, & atra ad ſaxa illidere.* Non.

FLVCTIFRAGVM littus, in quo fluctus franguntur. *Fragi* enim antiquis frangi. Luer. lib. 1.

Denique fluctifrago ſuſpenſa in littore veſtes
Vueſcunt, eadem diſpanſa in ſole fereſcunt.

Sic *frangi fluctus* lib. 6. dixit Lucretius, quod Homerus expreſſit Iliados δ.

Ὡς δ' ὅτ' ἐν αἰγιαλῷ πολυηχέϊ κῦμα θαλάσσης *Ὄρνυτο.*

FLVCTVATIM, iactanter, ſolutè. Afran. Pompâ : *Tene tu, in medio nemo eſt, magnificè volo & fluctuatim ire ad illum, accipe hoc tegmentum, & ſuſtine.*

FLVMICELLVS, fluuiolus. Innocent. de caſ. liter. *Inter montem & mon-*

& montẽ viam habet, ſub via flumicellũ, & trans flumicellum aquam viuam.

FLVMINEA, flumen, fluuius. Innoc. de caſ. liter. *Subtus fluminea tranſiens, & ſub flumineam poſita vinea.* Idem: *Super ſe autem vallem, & in ipſa valle aqua viua circa flumineam.* Idem: *Sub ſe caſa flumineam habet finem facientem.* Ibidem: *Super ſe montis iugum, & in ipſum iugum fluminea excurrit.*

FLVONIA Iuno, mulieribus culta, quòd eam ſanguinis florem in conceptu retinere putabant. Feſt.

FLVOR, ῥύμα, fluxus. Apul. Apolog. *Nam vt Epicurus, profectæ à nobis imagines velut quædam exuuiæ iugi fluore à corporibus manantes.* Symm. lib. 6. epiſt. 64. *Purgatorio medicamento aluum te purgaſſe ſcripſeras, vt fluor oculorum tuorum cum cætero onere decederet.*

FLVSTRA, μαλακία, cùm in mari fluctus non mouentur: vnde verbum *defluſtrare*, quod eſt, quietum reddere, ſedare. Tertull. de pallio: *Sic & mari fides infamis, dum flabris aquæ mutantibus detranquillat probum; defluſtrat intemperatum, & extemplo de decumanis inquietat.*

FLVVIA, pro fluuius. Siſenna hiſtor. lib. 4. *Quod oppidum in excelſo loco propter mare paruis mœnibus, intra duas fluuias intra Veſuuium collocatum.* Ibidem: *Tranſgreſſus fluuiam, quæ ſecundùm Herculaneum ad mare pertinebat.* Non.

FLVVIDA, fluida. Ouid. Metamorph. lib. 4.

— fluuidóque cruore madentem
Induitur faciem. Lucr. lib. 2.
Nam quicquid fluuidum eſt è leuibus atque rotundis *Eſt.*

FO

FOCILLARI, pro focillare, fouere. Varro de vitâ pop. Rom. lib. 2. *Propter ſecundas ſublato metu, non in commune ſpectant, ſed ſuum quiſque diuerſi commodum focillatur.* Non.

FOCVLA, nutrimenta. Plaut. Perſâ: *Nam iam intus ventris fumant focula.* Idem Captiueis: *Iubeñ' an non iubes adſtitui aulas, patinas elui, laridum atque epulas foueri foculis feruentibus.*

FODARE, ſeu FODICARE, fodere, ſtimulare. Cic. Tuſc. quæſt. lib. 3. *Non eſt enim in noſtrâ poteſtate, fodicantibus iis rebus, quas malas opinemur.* Ennius lib. 7. Annal.

Illyrici reſtant ſicis Sibyníſque fodantes. Feſt.

FOETIS, pro fœtibus. Accius Bacchis: *Vbi ſanctus Cytheron frondet viridantibus fœtis.*

FOLLICVLARE, ſeu FOLLIMEN, ἄσκωμα, pars remi, quæ folliculo eſt tecta. Feſt. Hinc *Vita follicularis.*

FOLLICVLVM, pro humano corpore. Lucil. Satyr. lib. 26. *Ego quis ſum, & quo folliculo ſim indutus, non quæro.* Arnob. aduersùs gentes lib. 2. *Nihil eſt nobis promiſſum ad hanc vitam, nec in caruncula huius folliculo conſtitutis, opis aliquid ſponſum eſt, auxilíque decretum.* Eodem modo Græci θύλακον vſurpant. Theodoretus de Martyribus lib. 8. Οὐδὲ γὰρ Ἀναξάρχῳ ἐκεῖνο, ὃς ὑπέροις πλησόμενος σιδηροῖς, ἔλεγε, ὡς φάσιν: πλῆσον τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀναξάρχου γὰρ ὁ πλῆσον εἰς.

Et Diogenes Laërtius lib. 9. in Anaxarcho : πίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀναξάρχου ὦ πολήτης. Quod ad verbum expreſſit Tertullianus Apologetico cap. vlt. *Anaxarchus cùm in exitium ptiſſanæ pilo contunderetur. Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi fellem, Anaxarchum enim non tundis.*

FOLVS, holus antiquè. Feſt. Sic *folia, fircus, fedus*, pro hoſtia, hircus, hedus. Vide princip. litt. F.

FONTANA, fons. Innoc. de caſ. literar. *Sub ſe habet fontanam, quæ interpretatur terminus curſorius.* Idē: *De latus ſiniſtrum alias fontanas ſub ſe habet.* Hinc *Fontaneus.* Innoc. *Fontaneâ parte requiras, & per aquam viuam deſcendentem.*

FORAGO, filum, quo textrices diurna opera diſtinguunt. Feſt. Symmach. lib. 6. epiſt. 67. *Renuncias ſtagna verrentibus, & reſidens aut obambulans inter penſa & foragines, has ſolas arbitraris ſexus tui eſſe delicias.*

FORARE, pro perforare. Sidon. lib. 9. epiſt. 13.

Acuit quibus furorem
Bene fictа plaga cocco:
Jaculóque iam forante
Cruor incruentus exit.

FORAMINA, pro paruis foribus. Cic. 1. Tuſcul. *Nam nunc quidem illa foramina, quæ patent ad animum à corpore callidiſſimo artificio naturæ fabricata ſunt.* Siſenna hiſtor. lib. 4. *Neque porta, neque vllum foramen erat, qua poſſet eruptio fieri.* Hinc *foraminatus.* Sidon. lib. 3. epiſt. 3. *Aliy cæſim atque punctim foraminatos circulos loricarum digitis liuęſcentibus metiuntur.*

FORBEA, φορβή, omne genus cibi, quo calido veſcimur. Feſt.

FORCILLO, deprauo. Plaut. Pſeudolo: *Tu inuentus verò meam qui forcilles fidem?*

FORDA, bos prægnans. Ouid. 2. Faſt. *Forda ferens bos eſt, fœcundaque dicta ferendo.*

Vnde *Fordicidia* ſacra, quibus prægnantes publicè boues immolabantur. Varro lib. 5. de L. L. Cato lib. 2. de R. R. cap. 5. Celebrabantur VII. Calend. Maij.

FORIA, ſtercora liquidiora. Hinc *conforire*, ſtercoribus inquinare. Pompon. Macco : *Conforiſti me Diomedes.* Varro epiſt. ad Fuſium: *Quintiporis Clodiani poëmata ac foria gargaridians dices : ô fortuna, ô fors fortuna.* Non.

FORICÆ, cloacæ publicæ. Iuuenal. Satyra 3.

——— *inde reuerſi*
Conducum foricas, & cur non omniâ

FORINSECVS, exteriùs. Apul. lib. 3. *Paulatim terram reſultat, mox in altum ſublata forinſecus totis alis euolat.* Idem lib. 4. *Priùs maluit rerum ſingula per latiorem feneſtram forinſecus nobis ſcilicet rapienda diſpergere.* Sidon. lib. 1. epiſt. 2. *Si actionem diurnam, quæ eſt forinſecus expoſita, perquiras.* Et lib. 2. ep. 2. *Huic baſilicæ appendix piſcina forinſecus connectitur.*

FORIOLVS, ſolutæ ventris, qui foria facilè emittit. Laber. Panilicis: *Foriolus eſſe videris in coleos cacas.*

FORIS, pro fores, in vnitatis numero. Plaut. Caſinâ : *Nunc huc meas fortunas eo queſtum ad vicinas: ſed foris concrepuit, atque ea ipſa eccum egreditur.* Idem eadem : *Cupio illam operam ſeni ſurripere, forem obdo,*

do, ne ſenex me opprimat. Horat. lib. 1. Serm.

——— *pugnis cæſus, ferróque petitus*
Excluſus fore.

Ouid. 2. Faſtor.

——— *cuſtos in fore nullus erat.*

Plaut. Amphitr. *Orationem comprimam, crepuit foris.* Idem: *Sed foris concrepuit noſtra.* Varro γερροδιδασκάλῳ: *In quibus Libyca citrus faſciis cingit forem.* Apul. lib. 1. Metamor. *Ego verò adductâ fore, peſſuliſque firmatis.* Idem lib. 9. *Iam forem pulſare validiùs.*

FORIS AGRVM, pro extra. Auctor de limitibus: *Conſtitutus ſit fluuius qui foris agrum non vagatur.*

FORMA, pro lege. l. forma. ff. de cenſib. l. decernimus. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. formam. C. de offic. præf. præt. Orient. l. 3. C. de canon. largit. lib. 10. Græci *Typum* vocant in nouell. 165. 166. 167. 168.

FORMIÆ, hormiæ, nauium tutæ ſtationes: vnde *Formiæ* oppidum appellatum, quòd illic portus eſſet tutus, quò nauigantes curſum dirigerent.

FORMICALIA SACRA, quibus far in fornaculis torrebant. Feſt.

FORMICINVS gradus, tardiſſimus. Plaut. Menæchmis: *Atque eccum incedit, mouet formicinum gradum.*

FORMOSITAS, pulchritudo. Apul. lib. 4. *Inacceſſæ formoſitatis admiratione ſtupidi.* Ibid. *Iam ſaxo etiam huius ipſius illicitæ formoſitatis pœniteat.* Idem lib. 6. *Tunc conferens pyxidem Proſerpinæ: petit de te Venus dicito, modicum de tua mittas ei formoſitate.*

FORMVCAPES, forcipes dictæ, quòd formum, hoc eſt, calidum, capiant.

FORMVS, calidus. Vnde *formucapes*, quæ poſtea forcipes. Arnob. lib. 2. *Nec vt formis erubeſcerent maſculorum calamiſtris vibrare cæſariem.* Item *formidoloſus*, à formo, id eſt, ſanguine, *cùm ſe à cute, vel à præcordio contrahit ſanguis. Nam timor ſanguinem gelat, qui coactus gignit formidinem.* Verba ſunt Iſidori lib. 10. quæ etiam illud 3. Æneid. illuſtrant: ——— *gelidúſque coit formidine ſanguis.*

FORNACATORES, qui in balneo accendendi ignis curam habent; à fornace. Vnde & *Fornacarius*, qui fornacem cuſtodit. Paulus ff. lib. 33. t. 7. l. 13. *Inſtrumento balneario legato, etiam balneatorem contineri Neratius reſpondit: continetur autem & fornacator.* Vlpianus ad edictum 18. ff. ad legem Aquil. l. 29. *Si fornacarius ſeruus coloni ad fornacem obdormiſſet.*

FORNICARE, in fornicis modum efformare. Sidonius lib. 1. epiſt. 5. *Quos antiquitas è fundamentis aduſque aggerem calcabili ſilice cruſtarum crypticis arcubus fornicauit.*

FORNVS, fornax, ſeu furnus. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Cocula quæ coquebant panem primùm ſub cinere, poſtea in forno.* Non.

FORTIS, pro formoſa. Plaut. Milite: *Ecquid fortis viſa eſt.* Idem Bacchid. *Sed Bacchis etiam tibi fortis viſa eſt.*

FORTIS, diues. Plaut. Trinum. *Eum ſororem deſpondiſſe in tam fortem familiam.* Lucil. lib. 30. *Omnes formoſi fortes, ergo improbus es tu.*

IOVS. ESTO.

FORTVNAS, pro fortunæ. Næuius bel. Punici lib. 1. *Venit in mentem hominum fortunas.* Sic Liuius odyſſeâ: *Atque* [*eſcas*] *habemus mentionem.* Ibidem: *Nam Diuæ* [*monetas*] *filiam docuit.* hoc eſt, μνημοσύνης. Ibidem: *Mercurius, cúmque eo filius* [*Latonas.*] Lucr. lib. 4.

Cùm iam deſtiterant ea ſenſibus vſurpare, ac
Relliquias tamen eſſe [*vias*] *in mente patentes.*

Accius Phœniſſis: *Neque vlla interea finis* [*curas*] *datur.* Priſc.

FORTVNATIM, proſperè. Ennius 2. Annal.

Me regat æqua fides regno, vobíſque Quirites
Res fortunatim, feliciter, ac benè vortat.

Non. Plaut. *Si dederit Iupiter, vt fortunatim omnia ſuccedant.*

FORVM, pro forium Plautus dixit: vt *marum*, pro marium, apud Priſcianum Næuius. Plaut. Curculione: *Placidè egredere, & ſonitum prohibe forum, & ſtrepitum cardinum.*

FORTVNASSINT, proſperent. Afranius Emancipato: *Deos ego omneis vt fortunaſſint precor.* Plaut. Trinummo: *Dij fortunabunt noſtra conſilia.* Cic. ad Curionem: *Tibi patrimonium Dij fortunent.*

FORVS, pro forum. Pompon. Petitore: *Balneum, forus, mácellus, fana, portus, porticus.* Lucil. Satyr. lib. 3.

Romanis ludis forus olim ornatu' lucernis.

Chariſius lib. 1. Gloſſarium, *Forus, ἀγορὰ, ὁ φόρος.*

FR

FRACCESCERE, friari, putefieri vetuſtate. Varro lib. 1. de R.R. cap. 55. *Hæc de quâ fit oleum congeri ſolet aceruatim per dies ſingulos in tabulatâ, vti ibi mediocriter fraccéſcat, ac primus quiſque aceruus demittatur per ſerias ac vaſa olearia ad trapetas.* Idem cap. 13. *Quod enim infertur recens minus bonum, id cùm fracuit melius.* Et cap. 55. *Olea lecta ſi nimium diu fuit in aceruis, caldore fraceſcit, & oleum fœtidum fit.* Cato de R. R. cap. 64. *Factores volunt, vt in tabulato diu ſit, vt fracida ſit.*

FRAGESCERE, frangi. Accius Euryſace: *Nunquam erit immanis, cùm meâ operâ extinctum ſciat, qui frageſcat.* Item Ægyſtho: *Neque fera hominum pectora frageſcunt donec vim perſenſerint imperij.* Non.

FRAGIVM, fractura. Apul. 9. *Tunc vxor egregia diras deuotiones in eum precata, & crurum ei fragium abominata.* Plaut. Amphitruone: *Nam ſi me irritaſſis, lumbi fragium hinc auferes.*

FRAGMEN, fruſtum. Auctor de agrim. *Nam alios tegularum fragminibus circumcalcauimus.*

FRATILLI, κρόσσαι, villi ſordidi in tapetis. Feſt.

FRATRARE, & FRATERCVLARE puerorum mammæ dicuntur, cùm primùm incipiunt tumeſcere, quòd fratres pares oriantur. Plautus: *Tum mammulæ primùm ſororiabant. illud volui dicere fraterculabant.* Feſt.

FRATRES, puellæ blandientes, interdum ſuos vocabant amatorculos, & eos, quibus cum conſueuerant;

uerant ; vt contrà adoleſcentuli ſuas cum quibus caput collimabant amicas, *ſorores* blandè appellabant. Tibull. lib. 3. Eleg.

Hæc tibi vir quondam, nunc frater caſta Neæra
Mittit, & accipias munera parua rogat. Propert. lib. 2.

Cùm tibi nec frater, nec ſit tibi filius vllus,
Frater ego tibi ſum.

Martial. ad Ammianum:

O quàm blandus es Ammiane matri!
Quàm blãda eſt tibi mater Ammiane!
Fratrem te vocat, & ſoror vocatur.

Seneca in Phædrâ: *Vel me ſororem Hippolyte, vel famulam voca.* Petron. Arbiter: *Recipies, inquam, neruos tuos, ſi triduo ſine fratre dormieris.* Idem: *Si non faſtidis fœminam ornatam, & hoc primùm anno virum expertam concilio tibi, ô iuuenis, ſororem. Habes & tu quidem fratrem, neque enim me piguit quærere, ſed quid prohibet, & ſororem adoptare, eodem gradu venia?*

FRAVDVS SIT, fraudem commiſerit, vel fraudatus ſit. Plaut. Aſinariâ: *Non placet, metuo in commune, fraudem ne quam frauſus ſiet.* Liuius lib. 23. *Qui capitalem fraudem frauſi, quique pecunia iudicati in vinculis eſſent.*

FRAXARE, vigiliam circumire, quòd eo labore homo frangatur. Feſt. Vnde *Fraxatores*, vigiles, quos Græci dicunt περιπολμένους, ac *Circitores* Latinè poſsũt ad verbum vocari. Pro eo qui hortum frequenter obit ne fures intrent, *Circitorem* inuenimus vocatum in Priapeiis:

Quid mecum tibi circitor moleſte?
Ad me quid prohibes venire furem?

Et *ſtator* idem Petronio: *Nec libidinem*, inquiens, *concitant, niſi aut ſeruos viderint, aut ſtatores altiùs cinctos.*

FRENDERE, τρώκειν, frangere. Pacuu. Antiopâ: *Fruges frendo ſolas, ac ſicco robore.* Serenus Samonicus cap. 3. *Copia farris vti fredentibus edita ſaxis.* Attius Troadibus: *Saxo fruges frendam.* Hinc *nefrendus*, vel *nefrendis*, puer, qui per ætatem dentibus frangere non poteſt, ſeu ſenex edentulus: & *freſſa faba*, quæ Gloſſis τρυγμός. Varro lib. 1. de R. R. cap. 4. *Amiſſo nomine lactantis dicuntur nefrendes, ab eo quòd nondum fabam frendere poſſint.* Colum. lib. 2. cap. 11. *Cicera freſſa bubus erui loco datur in Hiſpania Betica.* Cato c. 90. *Poſtea fabam freſſam puram, & far purum facito. Frendere* etiam eſt ἐμπεῖειν τοὺς ὀδόντας. Pacuuius:

— perditâ illuuie atque inſomniâ,
Frendere noctes miſera quas perpeſſa ſum.

Plaut. Captiueis: *Nimis hercle ego illum malè formidabam, ita frendebat dentibus.* Idem Trucul. *Hoc vide, dentibus frendit, icit femur.* Virg. 8. Æneidos:

— huc ora ferebat & illuc
Dentibus infrendens.

Idem lib. 3.

Dentibus infrendens gemitu.

FREQVENTARIVM, frequentem. Feſt.

FRETVS, pro fretum. Ennius:

Craſſa puluis oritur, omnem peruolat cœli fretum. Lucr. lib. 6.

Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus ad æſtum.

Nouius Macco:

Dubij fauentem per fretum introcurrimus.

Lucil. Serrano: *Cœli nomine & falſi fretus.* Varro Gallo, ſeu Fundanio: *Inter Italiam & Siciliam eſt fretus inter Rhegium & Meſſanam.*

FRETV, pro freto. Lucr. lib. 1.
Angustóque fretu rapidum mare diuidit vndis.
Cic. Verrin. act. 5. *Vt ille in dolore cruciatúque moriens peranguſto fretu diuiſa ſeruitutis ac libertatis iura cognoſceret.* Gell. lib. 13. cap. 19.

FRIARE, quod Græcis ἐπιπνεῖν, eſt fricando ſpargere. Varro lib. 1. de R. R. cap. 9. *Si ſit terra alba, ſi nigra, ſi leuis, cùm fodiatur facilè frietur, naturaque non ſit cineritia.* Idem lib. 3. cap. 16. *Colligendum eas* (apes) *in vas aliquod, & reponendum in tecto loco & tepido, promendæ quàm maximè tempeſtate bona, & cinere facto è ficulneis lignis, infriandum paulò plus caldo quàm tepidiore.* Idem cap. 56. lib. 1. *Alius aliud adfriat, aut adſpergit, vt Calchidicam, aut Caricam cretam, aut abſynthium.* Lucr. lib. 1.
Scilicet & glebis terrarũ ſæpè friatis.

FRIGEDO, pro frigore. Varro Cras credo, hodie nihil: *Atque vt igni feruido medullitus aquiloniam intus ſeruat frigedinem.* Non.

FRIGIT, ſubſilit, erigit. Accius Meleagro: *Frigit fricantem corpus aërium occultè abſtruſo in flumine.* Idem ibidem: *Frigit æſtas rubore ex oculis fulgens flammeo.* Afran. Priuigno:
Occaſione certâ mulier inuolat
In collũ, plorat, orat, occurrit nepos
Puſillus, neptis porrò de lecto frigit.
Non.

FRIGVTTIRE, vel, vt Apuleius, *fringultire*, ſubtiliter adgarrire. Plaut. Caſinâ: *Nam quid fri-guttis? quid iſtuc tam auidè cupis?* Ennius Alceſtide: *Hæc anus admodum friguttit, nimirum ſe ſauciauit flore Liberi.* Fulg. Placiades. Apul. Apologia: *Etiam honeſta dictu ſordidè blateret, ac ſæpè in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omninò obmuteſcat.* Idem Florid. lib. 3. *Merulæ in remotis teſquis fringultiũt.* Et iterum Apolog. *Priuignũ meum fratrem Pontiani, vix ſingulas ſyllabas fringultientem.* Sidon. lib. 7. ep. 9. *Paucis angulatim fringultientibus.* Et lib. 9. epiſt. 2. *Improborum paſſerum fringultientes ſuſurros.*

FRIT, ſpicæ ſupremitas appellatur. Varro lib. 1. de R. R. cap. 48. *Illud autem ſummâ in ſpicâ iam matura, quod eſt minus quam granum, vocatur frit.*

FRITINNIRE, pipare. Ennius annal. *Nefrende fritinni ſuauiter.* Varro Virgulâ diuinâ:
Et pullos peperit fritinnientes,
Quos non lacte nouo leuata paſcat,
Sed pancarpineo ocymo coacto
Libamenta legens caduca victus.
Ad quos tum volucres venit puſillos
Vſque ad limina nidica eſca vilis.

FRIVOLA, vaſa fictilia quaſſa propriè. Iuuenal. Sat. 3.
——— *iam poſcit aquam, iam friuola transfert*
Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant.

FRONS, in maſcul. Titin. Setinâ: *Quaſi hermaphroditus ſimbriatũ frõtem geſtitas.* Cæcil. Subdititio: *Nam hi ſunt inimici peſſimi, fronte hilaro, corde triſti, quos neque vt apprehendas, neque vt mittas ſcias.* Plautus: *Nam coloratum frontem habet.* Cato de re militari: *Vna repugnatio eſt, fronte longo, quadrato exercitu.* Cato

origi

originum lib. 5. *Postridie signis collatis æquo fronte, peditatu, equitibus, atque aliis, cum hostium legionibus pugnauit.* Non. Gell. lib. 15. cap. 9.

FRONS, pro pudore ponitur. Est enim imago quædam animi, mentis motum specie sua exprimens, dum vel læta est, vel tristis. Isidorus lib. 11. cap. 1. *Inde homo perfrictæ frontis dicitur; ideóque Genio sacram nonnulli tradunt.* Sicut enim *Iunoni brachia, pectus Neptuno, cingulum Marti, renes Veneri, pedes Mercurio, digitos Mineruæ consecrauit antiquitas*; ita *frons Genio* dicata fuit; quippe seueritatis & clementiæ index.

FRVCTI, pro fructûs. Turpil. Canephoro: *Satis fructi reddunt.* Idem Hetærâ: *Hæc si impetro abs te vt facias, satis fructi cepero ex te.* Terent. Adelphis: *Nunc exactâ ætate hoc fructi pro labore ab iis fero.*

FRVCTVIS, pro fructus. Varro lib. 1. de R. R. cap. 2. *Contrà vt caprini generis Mineruæ nihil immolarent propter oleam: quod quam læserit fieri dicunt sterilem: eius enim saliuam esse fructuis venenum.* Idem Meleagris: *Quæro vtrùm fructuis, an delectationis causa fructus vt vendatis.* Idem τάφη μετάπτωτ: *Aliquot Romæ sunt, qui cellas vinarias fructuis causâ parant, vt vendant.* Non.

FRVGES, pro Phryges dixerunt antiqui, Græcas ex Latino agro planè exstirpantes literas. Ennius annali 14.

Vi patefecerunt Fruges.

Pacuuius Ilionâ: *Profectò aut inibi est, nam iam potiuntur Frugum.* Non. Quintil. lib. 1. instit. Cic. in Oratore.

FRVISCOR ILLVD, pro fruor illo. Næuius Partu: *Nam quod magnopere quæsierunt, fruiſci non queũt.* Gell. lib. 17. cap. 2. Cœlius lib. 1. *Domus suas quemque ire iubent, & sua omnia fruiſci.* Non.

FRVMEN, μήρυξ. guttur, rumen. Varro Marcipore: *Deinde mittit virile veretrum in frumen, offendit buccam Volumnio.*

FRVNISCOR, & FRVNITVM priſci dixerunt, pro fruor. Lucil. Satyr. lib. 18.

——— *æquè hæc fruniſcor ego ac tu.*

Charisius.

FRVOR, passiuè dixerunt veteres. Varro lib. 4. Analog. *Fructus à ferendo res, & hæ quasi fundus, & hæ quæ in fundo ferunt, vt fruantur.*

FRVS, FRVNDIS, ab Ennio declinatum, annali 7. *Rurescunt frundes.* Ibidem: *Poplea frus.* Varro Parmenone: *Cæditur lucus, alta frus decidit patulis ramis.* Idem Antiquit. human. lib. 15. *Frus, fœnum, messis.* Et de R. R. lib. 1. *Unde frus ouibus & bubus fiet.* Vmbri enim & Tusci u, ferè semper pro o, efferebant; *Rurescunt frundes*, pro roreſcunt frondes. Sic *Cumes, humo, funs.* Auson. Grammatico mastige. Charis.

FRVSTATIM, minutatim, per frusta. Pompon. Verre: *Ægroto, verùm illi valent, qui luctantur cum leonibus, vt te obiectes frustatim passerinum prandium.* Non. Apul. lib. 2. de asino aureo: *Quæ suis dominis parabat iuscum fartim circumcisum, & pulpam frustatim concisam.*

FRVSTILLATIM, idem. Lucil. Satyris: *Non frustillatim, nec minutatim duri.* Plaut. Curcul. *Iam ego*

te faciam, vt hic formicæ frustillatim differant.

FRVSTRO, pro frustror. Pompon. Maiali: *Miseret me eorum, qui sine frustis ventrem frustrarent suum.* Marcell.

FRVTEX, pro rustico. Plaut. Mostellariâ: *Nec verisimile loquere, nec verum, frutex, comesse vt quemquam quisquam absentem possiet.*

FRVTICARI, pro fruticare. Cic. ad Atticum lib. 15. *Excisa enim est arbor, non euulsa, itaque quàm fruticetur vides.* Sic Tacitus lib. 4. *Grauem & sapientem virum fuisse comperior*, pro comperio.

FRVTINAL, templum Veneris Fruti: quæ vox est detruncata ab ἀφροδίτη. Solinus: *Dum simulacrum dedicat Veneri matri, quæ Fruti dicitur.*

FRVX, frugi homo. Ennius Annal. lib. 9.

Sed quid ego hæc memoro? dictum factúmque facit frux.

Idem lib. 17.

Si luci, si nox, si mox, si iam data sit frux. Prisc. lib. 6.

FRVX, frugis, à quo fruges. Auson. Monosyll.

Ante equidem campis quàm spicea suppeteret frux.

F V

FVAM, pro sim, vel fiam. Ennius Hectoris lytris: *At ego Omnipotens te posco, vt hoc consilium Achiuis auxilij fuat.* Titin. Fullonià: *Per hercle verò Tiberi, nunc tecum obsecro, vt mihi subuenias, ego ne maialis fuam.* Afran. Promo: *Caue ne pendeas, si fuas in quæstione.* Pacuu. Duloreste: *Responsa explanat, mandat ne matri fuat cognoscendi vnquam, aut intuendi copia.* Liuius Herm. *Obsecro te Anticile, matri ne quid aduorsus fuas.* Non. In XII. Tabulis: SERVILIS. VNCTVRA. CIRCOMPOTATIO. QVE. QVOM. FONVS. EXSEQVIANTOR. VINEIVE. RESPERSIO. NEC. FVAT. Lucr. lib. 4.

Tantaque in his rebus distantia differitásque est,
Vt quod aliis cibus est, aliis fuat acre venenum.

Idem lib. 5.

Quanta hæc quaque fuat, tanta hinc videatur in alto.

Plaut. Captiueis: *Si abeamus hinc, si fuat occasio.* Idem Amphitruone: *Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obuiam obsistat mihi.* Ibidem: *Istuc si fuat, illum sanè non esse oportuit.* Eâdem: *Istuc si fuat, Amphitruones sitote gemini.* Et Bacchidibus: *Caue tibi ducenti nummi diuidiæ fuant.* Milite: *Quid fuat me nescio.*

FVCILIS, falsa, à fuco. Sicut ab herbâ *herbilis.* Fest.

FVERET, pro esset. Lucr. lib. 3.

In dubio fueret vtrorum ad regna cadendum. Idem lib. 5.

Quàm commune malum fueret fœdúmque futurum.

FVGIT vinum, pro deterius fit, vappescit. Cic. offic. lib. 3. *Si quis vinum fugiens vendat sciens.*

FVISSE antiqui rem dicebant pro periisse. Virg. Æneid. lib. 2. *Fuimus Troës.* Plaut. Capt. *Nunc illud est cùm me fuisse quàm esse nimio mauelim.* Et Trucul. *Ita tibi penè fuit Phronesium.* Apul. lib. 8. *Equisones, opilionésque & bubsequa, fuit Charite nobis.*

FVLGIT,

FVLGIT, pro fulget. Lucil. Satyr. lib. 7.

Primum fulgit, vti caldum ex fornacibu' ferrum.

Lucr. lib. 6. (*multa*

Fulgit item nubes ignis cùm semina Excussere. Idem lib. 5.

Multa videmus enim cœlestibus incita flammis

Fulgere, cùm cœli donauit plaga vapores. Idem:

Fulgit item cùm rarescunt quoque nubila cœli.

Pompon. Macco sequestri: *Simile est, quasi cùm è cœlo fulgit propter lunam lucifer.* Accius Bacchis: *Latum in Parnasso inter pinos tripudiantem, in circulis ludo atque tædis fulgere.* Pacuu. Medo:

Linguæ bisulcæ iactu crispo fulgere.

Lucil. Sat. lib. 11.

Conuentus pulcer bracæ saga fulgere torques

Manli. Non.

FVLGORIRE, fulgorem facere. Næuius Sangâ: *Suo sonitu claro fulgoriuit Iupiter.* Fest.

FVLGORITVM, fulmine tactum. Lucil. Sat. lib. 26. *Luporum exactorem, siluanum & fulgoritarum arborum.* Non. Plaut. Trinummo: *Nam fulgoritæ sunt hîc alternæ arbores, sues moriuntur anginâ hîc acerruma.* Senec. quæst. nat. 2. cap. 21. *Quid quòd omnibus fulguritis odor sulphureus est.* Apul. de Deo Socratis: *Postremò cuncta ariolûm præsagia, tonitruum piacula, fulgoritorum bidentalia, carmina Sibyllarum.*

FVLGVRATORES, fulgurum inspectores. Cato de moribus Cl. Neronis: *Hæruspicem fulgouratorem si quis adducat.* Cic. de Diuinat. lib. 2. *Non intelligis eadem vti posse & aruspices, & fulguratores, & interpretes ostentorum?*

FVLMENTVM, & FVLMENTA, æ, fulcrum lecti. Varro: *Fulmenta lectum scandunt.* Lucil. lib. 4. Satyr. *Sufficit huic clauis fulmentas quattuor addit.*

Idem lib. 28. *Fulmentas clauis æneis subcudere.* Plaut. Trinummo: *Fulmentas iubeam supponi foco.*

FVNERÆ apud Romanos dicebantur, quæ sanguine defuncto proximæ funeris ergò lessum faciebant, & veris lacrymis funus prosequebantur (nam præficæ planctus tantùm, non doloris sunt principes) seu quæ proxima ad funus consanguinitate accedebant, & ad quas funus ipsum pertinebat: vt sunt mater, soror, vxor, auia, socrus, filia, neptis, fratris & sororis filia. Has Solon terminat ἐσχατιαδῶν, id est, citra fratris aut sororis nepotes; vocátque ἐπιτυμβίους: τύμβος enim funus. Igitur decemuiri, cùm leges Solonis, adiuuante interprete Hermodoro Ephesio, in Latinum conuerterent, τὰς ἐπιτυμβίους Solonis *Funeras* appellarunt. Ennius apud Cic.

Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletum

Faxit. Cur? volito viuu' per ora virûm.

Virg. 9. Æneid.

——— *nec te, tua funera, mater*

Produxi præsiue oculos, aut vulnera lani,

Veste tegens.

FVNEREPVS, funambulus, σχοινοβάτης. Apul. Florid. *Nam si mimus es, riseris: si funerepus, timue-*

ris : ſi comœdia eſt, faueris : ſi philoſophus, didiceris. Ibid. *Comœdus ſermocinatur, Tragœdus vociferatur, funerepus periclitatur, præſtigiator furatur.*

FVNGI OFFICIVM, pro officio. Lucil. Sat. lib. 1.

Munu' tamen fungi & muros ſeruare potiſſent.

Turpil. Epiclero : *Sed vola, vt familia noſtra officia fungatur ſua.* Titin. Geminâ : *Ædepol hominis ignaui functus officium.* Lucil. lib. 5. *Liuiu' pauper ait ſe ingentia munera fungi.*

Pacuu. Duloreſte : *Nónne officium fungor vulgi, atque ægrè madefactum feram.* Non. Terent. Heautont. *Clitipho hominis & frugi & temperantis functus officium.* Idem Adelphis : *Æſchinus neque boni, neque liberalis functus officium eſt viri.* Idem Phormione : *Functus adoleſcentis eſt officium liberalis.* Plaut. Trinummo : *Sequere hâc me gnata, vt munus fungaris tuum.* Idem Menæchmis : *Nam paraſitus octo hominum munus facilè fungitur.* Suetonius Octauiano Auguſto cap. 35. *Quo autem lecti probatique, & religioſius, & minori moleſtiâ ſenatoria munera fungerentur.*

FVNIS aurea, in fœmin. Lucr. lib. 2.

Haut (vt opinor) enim mortalia ſæcla ſuperne
Aurea de cælo demiſit funis in arua.

FVRATRINA, furtum. Apul. lib. 6. *Sed obſeruatis omnibus, furatrina facili flauentis auri mollicie congeſtum gremium.* Idem lib. 8. *Et puellæ, ſi vellet, quamquam velle non poſſet, furatrinæ coniugalis incommodaret rudimentum.* Et lib. 10. *Et diu quidem pulcherrimè mihi furatrinæ procedebat officium.*

FVRES ſerui dicti. Virg. Bucolicis :

Quid domini faciant, audent cùm talia fures?

Terent. Eunucho : *Cedo alios, vbi centurio eſt Sanga, & manipulus furum?*

FVRIARE, in furorem concitare. Horat. lib. 1. oda 25.

Quum tibi flagrans amor & Cupido,
Quæ ſolet matres furiare equorum,
Sæuiat circum iecur vlceroſum.

FVSTVARIVM, pœna militaris, quâ qui deliquerant militum fuſte feriebantur. Liuius lib. 5. *Fuſtuarium meretur, qui ſigna relinquit, aut præſidio decedit.* Cic. Philip. 3. *Nam ſi ille conſul, fuſtuarium meruerunt legiones, quæ conſulem reliquerunt.* Polybius : ξυλοκοπῶνται δὲ, καὶ ὁ κλέψας τι τῶν ἐκ τῆ στρατοπέδυ, καὶ μὴν ὁ μαρτυρήσας ψευδῆ παραπλησίως.

FVTARE, arguere ; vnde *Confutare.* Plaut. Trucul. *Id quoque interim futatum nomen commemorabitur.* Cato poſuit pro ſæpius fuiſſe. Feſt.

FVTILE', futiliter. Ennius Phœnice : *Vt quod factum eſt futilè amici nos feramus fortiter.* Non.

FVTILE Lutatius Grammaticus ait eſſe vas lato ore, fundo anguſto, quo vtebantur in ſacris Deæ Veſtæ : quoniam enim aqua ad ſacra Veſtæ in terra non ponitur (quod ſi fiat piaculum eſt) excogitatum eſt vas, quod ſtare non poſſet, ſed compoſitum ſtatim funderetur. Hinc homo commiſſa non retinens *futilis* dicitur.

FVTVRVM FVISSE. Eutrop. lib. 3. *Nec dubium eſt vltimum diem illum*

lum Romani ſtatus futurum fuiſſe, ſi Hannibal mox poſt victoriam ad peruadendam vrbem contendiſſet.

G

G, & C, inuicem commutârunt antiqui: *acitare* dicentes, pro agitare, *calbei*, galbei, *cerrones*, gerrones, *culiocæ*, gulliocæ, *clucidatum*, glucidatum. In lege Numæ Pomp. AGNOM FOEMINAM, pro agnum. In XII. Tabulis: NEI CVM EO PACIT, pro pagit, ſeu pangit. In libris augurum: INTEREA CONRECIONE, CORTVMIONE. Similiter in antiquis marmoribus & numiſmatis: *Curges, Calba, Cabinus, Oculnius*, pro gurges, Galba, Gabinus, Ogulnius. *Germalum* montẽ Romæ nominat Varro lib. 4. de L. L. *Cermalum* Feſt. *Ancras* arborum interualla Feſtus, *Angras* Iſidorus. *Caius* vulgo, *Gaius* in Pandectis Florentinis. *Gummi* communiter, *cummi* Cinna & Cato, à Græco κόμμι. *Vaca* oppidum, & *Vacenſes* Saluſtio: *Vaga*, & *Vagenſes* Plutarcho & Ptolomæo, quibus pleraque Saluſtij exemplaria accedunt. Præterea *Sigambri*, *Nongæa*, *Nonagriâ*, *Lygurgus*, habent veteres libri; pro quibus iam dicimus Sicambri, Noncæa, Nonacria, Lycurgus.

G, pro N, ponebatur apud antiquos, ſequente videlicet alio g, aut c, aut n, de quo Varro lib. 1. Analog. *Aggulus*, *aggens*, *agguilla*, *iggerunt*: in eiuſmodi Græci & Attius noſter binam g, ſcribunt, alij n, & g, quod in hoc veritatem facilè videre non eſt. Similiter *ageeps*, & *agcora*. Priſc. lib. 1. Ita *ſtagneum*, pro ſtanneum. Plautus: *Muriaticam autem video in vaſis ſtagneis*. Feſt. Scribonius Largus: *Pyxide ſtagneâ*, *vaſe ſtagneo*. Gloſſarium: *ſtagneum*, κασσίτερον.

GA

GABALVS, crux. Gloſſ. βάσανος. Varro ἄμμον μετρεῖς, καὶ φιλαργυρίας: *Nos barbari, quòd innocentes in gabalum ſuffigimus homines, vos non barbari noxios abſoluitis*. Non.

GALBEVM, & GALBANVM (vnde *Galbanatus* Martiali) ornamenti genus, quo delicatiores vſi. Cato originum lib. 7. *Mulieres opertæ auro purpuráque arſineâ: ret, diadema, coronas aureas, ruſceas, faſcias, galbea, lineas pelles, redimicula*. Feſt.

GALBVLVS, vel GALGVLVS (vtroque enim modo dicitur) πυρλὸς, nux Cypariſſi. Varro lib. 1. de R. R. cap. 40. *Non enim galbuli qui naſcuntur, id eſt, tanquam pilæ paruæ corticeæ, id ſemen: ſed in iis intus primigenia ſemina dedit natura*.

GALEOLA, vaſa ſinuoſa. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Vbi erat vinum in mensâ poſitum, aut galeola, aut ſinum*. Non.

GALLA, vile potionis genus. Lucil. Satyr. lib. 25.

Quin gallam bibere, ac ruges conducere ventri
Farre aceroſo, oleo decumano, pane coëgit
Cumano. Feſt.

GALLA item ſuto ium inſtrumentum, quod ὀπήτιον, ſeu ſubulam vocamus. Macr. Saturnal. lib. 2. cap. 2. *Plancus in iudicio fortè amici cùm mole*

molestum testem destruere vellet, interroganit (quia sutorem sciebat) quo artificio se tueretur? ille vrbanè respondit, Gallam subigo : sutorium hoc habetur instrumentum, &c.

GALLARE, bacchari. Varro Eumenidibus: *Nam quæ voluptas hîc adest gallantibus? quæ casta vestis?* Idem ibidem : *Cum illo aduento video Gallorum in templo frequentiam, qui dum esset iam hora Deam adlatam imponerent ædis signo : sic Deam gallantes vario retinebant studio.* Non.

GALLVLASCERE, pubescere. Nouius Exodo: *Puerum mulieri præstare nemo scit quanto melior sit, cuius vox gallulascit, cui iam ramus roborascit.* Idem.

GAMMAM vocant rei agrimensoriæ autores limitem lapidem ad figuram literæ Γ exstructum. Hygen. de limit. constit. *Gamma de petrâ siccâ constructa.* Autor agrim. *Vsque ad collem exit, non grandes fines habet, in gamma iacet.* Frontinus lib. 2. *Termini si transuersi positi fuerint gammam faciũt.* Sic. Flacc. de cond. agr. *Aliquando etiam petras occurrentes in finibus notatas inuenimus, & quasdam notas habentes in versuris gammas.* Idem : *In versuris notatæ sunt, aut decussis inueniuntur, aut gammæ.* Xenophon lib. 7. Cyri pæd. Συσκάπτες τῶ ἑαυτῶν φάλαγγα, ἐποίουν ὡς κύκλοισιν, ὅπως ὥσπερ γάμμα ἐκαλλίρωθεν τῶ ἑαυτῶν τάξιν ποιήσαντες. Hinc *Gammatus.* Latinus & Mysrontius de finib. reg. *In quibus alij gammati, alij velut locorum natura permisit, ita positi sunt.* Iidem : *Quæ tamen vicem limitum exspectant à regammantibus lineis, vel percurrente rigore.* Autor de limit. *Si in termino inueneris suæ normæ factura designat limitem gammatum.* Innoc. *Limes gammatus currit*, hoc est, tortuosus.

GANGRÆNA, cancer. Lucil. Satyr. lib. 1.

Serpere vti gangræna mala ad quem herpestica posset.

Varro de vita pop. Rom. lib. 3. *Quo facilius animaduertatur per omnes articulos populi hasce mali gangrænam sanguinolentam permeasse.* Idem περὶ ἐξαγωγῆς : *Cùm sciamus digitum præscidi oportere, si ob eam rem gangræna non sit ad brachium ventura.* Idem.

GANEVM, vel GANEA, locus vinolentiæ & libidini aptus. Varro Sesquiulysse : *Qui se in ganeum accensum coniecit amicæ.* Terent. Adelphis : *Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum.* Cic. in Pisonem : *Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo.* Hinc *ganeo*, qui geneas frequentat. Cic. in Catilinam : *Quis ganeo, quis adulter, quæ mulier infamis? quis corruptor iuuentutis est?* Varro Modio : *Hoc interest inter Epicurum & ganeones nostros, quibus modulus vitæ est culina.* Idem.

GANNIRE, propriè canum est, ob herorum aduentum gestientium. Varro : *Asinos rudere, canes gannire, pullos pipare.* Lucr. lib. 5. de canibus :

——— *gannitu vocis adulant.*

Hinc Homero γάννυσθαι est ob insperatum amici aduentum gestu quodam oris gaudium exprimere, odyss. μ. & iliad. ξ.

GANNIT, latrat, inaniter loquitur. Afran. Prosâ : *Gannire ad aurem*

rem nunquam didici. Lucil. Sat. lib. 7. *Eodem pacto aggannis.* Terent. Adelphis: *Quid ille gannit? quid vis? quid ais bone vir?* Plaut. Amphitr. *Oggannis.* 5 o. *Nec gannio, nec latro.* Idem Aſinariâ: *Quin centies eadem imperem atque oggannias.* Gloſſarium: *Ganit*, λαγνεύει, σκύζει, χλευάζει. Apul. lib. 2. Metamorph. *Et ſtatim incertum quidnam in aurem mulieris obgannuit.*

GANNITIO, & GANNITVS, canum querela & murmuratio. Feſt. Lucr. lib. 5.

At catulos blandè cum linguâ lambere tentant,
Aut vbi eos lactant pedibus morſúſque petentes
Suſpenſis teneros imitantur dentibus hauſtus
Longè alio pacto gannitu vocis adulant.

GARGARIDIARE. Varro epiſt. ad Fuſium: *Quintiporis Clodiani foria ac poëmata gargaridians, dices, ô fortuna, ô fors fortuna quantis commoditatibus hunc diem!* Non.

GARVLVS homo, cordatus & acris. Varro πτερνλῦς lib. 4. *In hac ciuitate tum regnabat Dionyſius, homo garulus & acer.* Idem.

GAV, pro gaudium Oſci dixere: vt *cal*, pro cælo: *do*, pro domo: *pa*, pro parte: *po*, pro populo. Auſon. Grammaticomaſtige:

Ennius vt memorat, replet te lætificum gau.

GAVDIALIS, lætus. Apul. lib. 2. Metamor. *Quo die ſoli mortalium ſanctiſſimum Deum Riſum hilaro atque gaudiali ritu propiciamus.* Idem lib. 8. *Quippe gaudiali fugâ deteſtabilem illum exſectorem virilitatis meæ relinquentem.* Ibid. *Copia lætati largioris quæſticuli, gaudiales inſtruunt dapes.*

GAVDIBVNDVS, nimio gaudio geſtiens. Apul. lib. 8. *Salutique præſenti & futuræ ſoboli nouorum maritorum gaudibundus. Gaudimonium* etiam vſurpat Hieron. in procem. Prophet. pro gaudio.

GAVLVS, nauigium pænè rotundum, ad cuius ſimilitudinem conformatum vaſis genus eiuſdem nominis, ad lac excipiendum. Plaut. Rudente: *Præterea ſinus, epichyſis, cantharus, gaulus, cyathúſque.*

GAVNACVM, Ouidio *Gauſape*, vnde Martiali *Gauſapatus*, dicebatur maius ſagum, quod eſſet veſtimentum craſſum. Varro lib. 4. de L.L. *In his multa peregrina, vt ſagum, reno, Gallica: gaunacum, maius ſagum, & amphimallon, Græca.* Ariſtophanes: Οἱ νῦν καλοῦσι περιδρόμιδ' οἱ δὲ καυνάκην. Athen. lib. 14. Καύνακας ἀμφιβεβλημένοι. Videatur Heſychius, & Pollux lib. 6. Ælianus de animal. lib. 17. cap. 17.

GE

GELVS, GELI, GELVM, & GELO, pro gelu. Afran. epiſtolâ: *Quis tu es, ventoſo in loco, ſoleatus, intempeſtâ nocte, ſub diuo, aperto capite, ſilices cum findat gelus?* Cato originum lib. 2. *Qui lignatum atque aquatum videntur ire, ſecurim atque ſolum ferunt, gelum craſſum excidunt, eum loro colligatum auferunt.* Accius Prometheo: *Tum profuſus flamine hyberno gelus.* Priſc. lib. 6. Lucr. lib. 5.

Aſſiduúſque geli caſus mortalibus auſert.

Idem lib. 6.

Denique ſæpe geli multus fragor atque ruina.

GEMINA confidentia, par, ſimilis. Pacuu. Hermionâ : *Par fortitudo, gemina confidentia.* Cic. pro Roſcio: *Simillima ac maximè gemina ſocietas hæreditatis eſt.* Idem pro Roſcio Tim. *Par auaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia.* Idem Partit. *Memoriam, quæ eſt gemina litteraturæ quodammodo.* Horat. lib. 1. Sat. 3.

Nequitiâ & nugis proauorum & amore gemellus.

Idem lib. 1. epiſt. 10.

——— *hac in re ſcilicet vnâ*
Multum diſſimiles, ad cætera pænè gemelli. Catullus:
Morboſi pariter, gemelli vtrique.

GEMINITVDO. Pacuu. Atalantâ: *Habeo ego iſtam qui diſtinguam inter vos geminitudinem.* Non.

GEMITI, pro gemitus. Plaut. Aululariâ: *Tantum gemiti mali, mœſtitiæ hic dies mihi obtulit.*

GEMONIÆ gradus, ſcalæ, vnde præcipitabantur criminum rei, de quibus Cicero in Philip. & Sueton. in Tiberio Cæſ. cap. 53. *Imputauit etiam, quòd non laqueo ſtrangulatam in gemonias abiecerit.* Et cap. 61. *Nemo punitorum non & in gemonias abiectus vncóque tractus.* Sidon. lib. 1. epiſt. 7. *Vncum & gemonias, & laqueum per horas turbulenti carnificis horreſcens.*

GENIANVS, genialis. Varro lib. 3. de R. R. cap. 9. *Hæ nouiſſimæ in triclinium genianum introierunt è cubina, propter faſtidium hominum, veneunt propter penuriam magno.* Heluius Cinnâ: *At me nunc geniana per ſalicta Bigis reda rapit citata nauis.* Gell. lib. 19. cap. 13.

GEMVRSA, tuberculum ſub minimo pedis digito, quòd euntem gemere faciat. Feſt. Plin. lib. 26. cap. 1. *Et hic quidem morbus* (Elephantialis) *in Italia celeriter reſtinctus eſt, ſicut & ille, quem gemurſam appellauere priſci, inter digitos pedum naſcente etiam nomine obliterato.*

GENÆ, palpebræ. Ennius Annalibus:

Pandite ſulti genas, & corde relinquite ſomnum. Idem:
Imprimitque genæ genam.

Seruius. Ouid. 13. Metamorph. fab. 2.

Innuocat, & digitos in perfida lumina mittit,
Expellitque genis oculos.

Plin. lib. 11. cap. 37. *Palpebræ in genis homini vtrinque: ſed quadrupedi in ſuperiori tantùm genâ, volucribus in inferiore.* Extremum ambitum genæ ſuperioris antiqui *Cilium* vocauere, vnde & *ſupercilia.* Idem Plinius: *Quadrupedes quæ non pariunt, inferiore tantùm genâ conniuent.* Idem: *Piſces & inſecta non habent genas.*

GENERIBVS, pro generis. Accius Alcmæone: *Qui ducat? cùm te videat ſocerum generibus tantam eſſe impietatem.* Non.

GENI, pro gigni. Lucr. lib. 3.

——— *tanto magis inficiandum*
Tantum poſſe extra corpus durare, genique.

GENIALES DII, quatuor elementa, vnde omnia genita. Item *hoſpitales.* Santra de antiquitate lib. 4. *Scis enim geniales homines ab antiquis appellatos eſſe, qui ad inuitandum & largiùs apparandum cibum promptiores.*

GENIA

GENIANVS, vide ſuprà.

GENITIVVS Apollo, γενήτωρ. Cato de liberis educandis: *Nutrix hæc omnia faciebat in verbenis ac tubis, ſiue hoſtiis, vt Deli ad Apollinis genitiui aram.* Cloatius Verus ordinatorum lib. 2. *Deli ara eſt Apollinis γενήτορος, in qua nullum animal ſacrificatur.* Macr. lib. 3. Saturn. cap. 5.

GENO, is, unt. Varro Andabatâ: *Sed quòd hæc loca aliquid genunt.* Priſc. lib. 10. Varro lib. 1. de R. R. cap. 40. *Primum ſemen quod eſt principium genendi id duplex.* Ibidem: *Quædam enim ad genendum propterea vſque adeò parua, vt ſint obſcura.* Et lib. 2. cap. 2. *Nam & pingues facit facillimè, & genit lac.* Et cap. 6. *Quod ſimiles parentum genuntur eligendi & mas & fœmina.*

GENVS, pro genu. Lucil. Satyr. lib. 4.

Hæret verticulis adfixum in poſteriori
Parte, atque articulis, vt nobis talu' genúſque. Non.

Cicero Arato:

Tertia ſub canda genus ipſum lumina pandit. Idem ibidem:

Ac propter læuum genus omni ex parte locatas
Paruas vergilias tenui cum luce videbis. Ibidem:

Hæc genus ad læuum nixi delapſa reſedit,
Atque inter flexum genus & caput alitis hæſit.

GERARIA, ancilla, quæ gerit pueros. Plaut. Milite: *Iampridem quia nihil abſtulerit, ſuccenſet gerariæ.*

GERDIVS, baiulus. Lucil. lib. 30.

——— *curate domi ſint*
Gerdius, ancillæ, pueri, zonariu', textor. Non.

GERMANITVS, fideliter. Gl. ἀδελφῶς. Pompon. Præfecto morum: *Vt ſi quis amico eſt amicus, gaudet ſi quid euenat boni, cui amicus eſt germanitùs.*

GERRÆ, nugæ, ineptiæ, γέρρα, λῆρα. Athenienſes cùm Syracuſas oppugnarent atque obſiderent, crebróque gerras poſcerent; irridentes Syracuſani, gerras clamitabant. Hinc factum, vt *gerræ* pro nugis ac rebus contemptis vſurpentur. Plaut. Epidico: *Supparum aut ſubminiam, ricam, baſilicum aut exoticum, cumatile aut plumatile, cerinum aut melinum, gerræ maximæ.* Idem Pœnulo: *Nam tuæ blanditiæ mihi ſunt, quod dici ſolet, gerræ germanæ, lyræ lyræ.* Idem Aſinariâ: *Gerræ qui ſeſe parere huius legibus apparent profectò.*

GERVNDIIS in dum, more Græco vſi antiqui. Lucr. lib. 1.

Æternas quoniam pœnas in morte timendum.

quod Græci φοβητέον τὰς ποινάς. Eodem libro: *Multa agendum*: πολλὰ πρακτέο. Ibidem:

Aut igitur motu priuandum eſt corpora.

τὰ σώματα στρητέον. Idem lib. 2.

Addendum partes alias erit.

Et lib. 3.

——— *eam faciendum eſt ſenſibus auctam.*

Cic. de ſenectute: *Sed notandum putaui libidinem.* Idem Catone Maiore: *Tanquam longam aliquam viam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum ſit.* Afranius Emancipato: *Optandum vxorem, quæ non vereatur viri.* Varro lib. 3. de R. R. *Eas*

haras ſubſternendum palea. Ibidem: *Acus ſubſternendum gallinis partu rientibus.* Virg. 11. Æneid.

——*pacem Troiano ab rege petendum.*

GERVSIA, curia ſeniorum ab ætatis vocabulo. Feſt. Varro lib. 4. Analog. *Senaculum vbi ſenatus, aut vbi ſeniores conſiſterent dictum, vt Geruſia apud Græcos.* Plin. lib. 35. cap. 14. *Sic Patris ædes Iouis & Herculis, quamuis lapideas columnas & epiſtylia circundarent: domum regiam Attali Trallibus: item Sardibus Crœſi, quam Geruſiam fecere.*

GESTIBAM, pro geſtiebam dixit Plautus. *Geſtire* autem eſt lætum eſſe, à geſticulis facilioribus dictum. Virg. 1. Georg.

Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauandi.

Terent. Eunucho: *Chærea quid eſt, quod ſic geſtis? aut quid hic ſibi veſtitus quærit?* Cic. de Fin. lib. 2. *Quorum alterum laticlâ geſtit, alterum dolore excruciatur.* Hinc *Geſtuoſus* geſtu multiplice luxurians. Apul. lib. 10. *Puelli puellæque virenti florentes ætatulâ, forma conſpicui, veſte nitidi, inceſſu geſtuoſi.* Et lib. 11. *Quod reſidens humeris ſuis proferebat, vnus è miniſterio beato, greſſu geſtuoſo.*

GESVM, γαῖσον, graue iaculum. Varro de vita pop. Rom. lib. 3. *Qui gladiis cincti ſine ſcuto cum binis geſis eſſent.* Virg. 9. Æneid.

——*Alpina coruſcant*
Geſa manu.

GI

GIBBERVM, κυρτὸς, exſtans & eminens. *Gibbus*, eminentia, κύρτωσις. Varro Eumenidibus: *Item Tragici prodeunt capite gibbero, cum antiqua lege ad frontem ſuperficies accedebat.* Idem lib. 3. de R. R. cap. 9. *Gallinæ Africanæ ſunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant Græci.* Idem lib. 2. cap. 5. de Vaccis: *Obſeruare debet, vt ſine compreſſis malis, ſubſimis, nec gibberis.* Plin. *Gallinarum genus gibberum, variis ſparſum plumis.*

GIBERIA, ex multis obſoniis decerpta. Feſt. *Giberca* Gallis eſt caro ferina, venatu, aut aucupio capta, *Gibier.*

GIGERIA, inteſtina gallorum cum iſſiciis cocta, quæ Galli *Giſier* vocant. Lucil. Satyr. lib. 8. *Gigeriæ ſunt, ſiue adeò hepatia.* Non.

GILLO, Gloſſis Iſidori Baucalis dictus, erat ampulla vitrea. Epigr. pict. menſ.

Auguſtum penitus torret Phaetontius ardor,
Quem recreat feſtum gillo, facella melo.

Caſſianns inſtit. lib. 4. cap. 16. *Si quis gillonem fictilem, quem baucalem nuncupant, caſu aliquo fregerit.* Gloſſarium Latino-Græcum: *Gillo,* βαύκαλις.

GINGRIRE, anſerum eſt; vnde genus quoddam tibiarum exiguarum ab eorum voce *gingrina*, & tibicen ipſe *gingritor* appellatur. Feſt. Solinus cap. 11. *Thermitanis locis inſula arundinum ferax, quæ accommodatiſsima ſum in omnem ſonum tibiarum, ſiue præcentorias facias, ſiue vaſcas, ſiue puellatorias, ſiue gingrinas, quæ breuiores licèt, ſubtilioribus tamen modis inſonant.* Gloſſæ: *Gingriunt*, χλῶες ἐκβοῶσι. *Gingrina*, εἶδος φωνῆς σάλπιγγος.

GIT

GIT herba dicitur, quam ex Græcis alij μελάνθιον, alij μελανοσπέρμιον vocant. Pharmacopolæ vulgo *Nigellam Romanam.* Plin. lib. 19. cap. 8. *Git pistrinis, anethum & anisum culinis ac medicis nascuntur.* Ibidem: *Hoc & panis rustici crusto inspergitur, affuso ouo inhærens, vbi inferiorem crustam apio, gitque cerealis sapore condiunt.*

GL

GLABRO, pilis nudo. Colum. lib. 12. cap. 53. *Sues mactati vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammulâ factâ glabrantur.*

GLACIARE, in glaciem conuertere. Horat. lib. 3. odâ 10.

— *& positas vt glaciet niues*
Puro numine Iupiter.

Sic *glaciantes* auræ Val. Flaccus, quæ κρυσταλλόπηκτα φυσήματα Euripidi. Plin. lib. 24. cap. 13. *Flore eius* (aquifoliæ arboris) *aquam glaciari Pythagoras tradit.* Et cap. 17. *Coriaceâ & Calliciâ Pythagoras aquam glaciari tradit.* Idem lib. 8. cap. 28. *Lyncum humor ita redditus vbi gignuntur, glaciatur arescitque in gemmas carbunculis similes.* Columella: *Fici ramulis glaciatus caseus iucundissimè sapit.*

GLADIVM, gladius. Glossæ: *Gladia,* ξίφη. Lucil. Satyris:

Hærebit mucro gladiúmque in pectore totum.

Plaut. Casinâ: *Sed quom cogito, non habebat gladium, nam id esset frigidius.* Varro de R. R. lib. 1. *Latet conditum gladium.* Sic *Lituum*, & *Galerum* dixerunt. Apul. Aplogiâ 1. *Quod Pontificibus galerum, quot lituum auguribus.*

GLANDIVM dicitur suis iugulum: ἀδήν, χοιράς, ἀδῶν. Plin. lib. 8. cap. 51. *Interdicta cœnis abdomina, glandia, testiculi, vuluæ, sincipita verrina.* Plaut. Curculione: *Pernam, abdomen, sumen, suis glandium.* Idem: *Sumen, sueres, spetile, callum, glandia.* Et Pseudolo: *Pernam, callum, glandium, sumen, facito in aquâ ferueat.* Item Captiueis: *Prætruncauit tribus tergoribus glandia.*

GLAVCOMAM, pro glaucoma, quod est oculorum vitium, cuius caussâ siccitas. Plin. lib. 29. cap. 6. *Oua perdicum vlceribus oculorum, & glaucomatis medentur.* Serenus Samonicus cap. 13.

Si verò horrendum ducunt glaucomata peplum.

Plaut. Milite: *Et nos facetis fabricis, & doctis dolis glaucomam ob oculos obiiciemus.* Sic *dogmam*, pro dogma. Laber. Cancro: *Nec Pythagoræam dogmam doctus.* Prisc. lib. 6.

GLISCIT, congelascit, crescit, ignescit. Pacuu. Peribœâ: *Sed nescio quidnam est, animus horrescit, gliscit gaudium.* Turpil. Philoctete: *Cùm te saluum video vt volui, gliscit gaudio.* Salust. lib. 3. histor. *Neque iam sustineri poterat immensum, aucto mari & vento gliscente.* Plaut. Asinariâ: *Tempus est subducere hinc me, polcrè hoc gliscit prælium.* Virg. 12. Æneid.

Haut secus accenso gliscit violentia Turno.

GLISCITVR, pro gliscit. Sempron. Asellio hist. lib. 4. *Vt maior inuidia Lepido gliscereturr.* Non.

GLITTVS, & GLVTVS, leuis, tener. Cato cap. 45. *Locus bipalio subactus siet, benéque glutus siet.*

Plin. lib. 17. cap. 18. *Quas in ſeminario ſaturus eris, pedales facito, eas ſic inſerito: locus bipalio ſubactus ſit, benéque glutus.* Gloſſæ: *Glutus*, βροχός.

GLORIVS, glorioſus. Vnde adhuc manet inglorius. Virg. lib. 9. Æneid.

Enſe leuis nudo, parmáque inglorius albâ.

GLVBERE, diſtringere. Varro lib. 1. de R. R. cap. 55. *Duritiesenim ea, quæ non ſolùm ſtringit bacam, ſed etiam ramos glubit, & relinquit ad gelicidium retectos.* Catullus: *Glubit magnanimi Remi nepotes.*

GLVCIDATVM, ſuaue, iucundum, γλυκὺ. Feſt. Gloſſarium: *Glocidatus*, ἡδύς.

GLVMA, hordei tunicula, quòd granum glubat. Varro lib. 1. de R. R. cap. 48. *Spica ea, quæ mutica non eſt, in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam: & etiam, primitus ſpica cùm oritur, vaginam. Granum dictum, quod eſt intimum ſolidum: gluma, qui eſt folliculus eius: ariſta, quæ vt acus longè eminet è glumâ.*

GLVTINVM, gluten. Lucil. Satyr. lib. 26.

Prætento tepido glutinator glutino.

Non. Plin. lib. 13. c. 12. *Turbidus liquor vim glutini præbet.* Ibidem: *Omne glutinum nec vetuſtius vno die eſſe debet, nec recentius.* Et lib. 7. cap. 56. *Fabricam materiariam inuenit Dædalus, & in ea ſerram, aſciam, perpendiculum, terebram, glutinum.*

GLVTINVM FERRI, pro ferrumine. Eutropius in Numâ: *Regnante Numâ Glaucus promus ferri inter ſe glutinum cogitauit.*

GLVTTO, guloſus. Gloſſis λάμιαι. Lucil. Satyr. lib. 5.

Viuite gluttones, comedones, viuite ventres.

Iſid. lib. 10. Donat. Non. Perſius Satyrâ 5.

Nec glutto ſorbere ſaliuam mercurialem.

(Ambroſius: *Sic amat diabolus filios ſuos, vt perdat, ſicut amat glutto porcellum, vt comedat.*) Apul. Apologia: *Etiam gluttones omnes, qui impenſo piſces pretio à piſcatoribus mercantur.*

GLVVIÆ, guloſi. Lucil. Satyr. lib. 30.

Illi quid ſiet? Lamia & Pytho ὀξυοδόντες

Cùm veniunt illac gluuiæ, vetulæ, improbæ, ineptæ.

Idem lib. 4.

O Lapate vt iactere neceſſe eſt cognitu' cui ſis,

In quo Lælius' clamores ſophos ille ſolebat

Edere, compellans gluuias ex ordine noſtras.

Cic. de Fin. lib. 2.

GN

GNARIGAVIT, & GNARVISSE apud Liuium, pro narrauit, & narraſſe. Vnde *Gnaritas* pro ſcientia. Saluſt. hiſt. lib. 3. *Namque aliÿ fiduciâ gnaritatis locorum occultam fugam ſparſi globis eruptionem tentauere.*

GNARVRIS, gnarus, certus. Auſonius:

Non promus inſtans non arator gnaruris.

Arnob. lib. 2. *Cur eſſe dicatis in aliis præce*

præceptionibus gnarures. Plaut. Moſtellariâ: *Simul gnarures volo vos eſſe hanc rem mecum.* Idem Pœnulo: *Ad argumentum iam viciſſatim volo remigrare, vt æquè mecum ſitis gnarures.* Gloſſarium: *Gnarurem, γνώεμον: gnarurat, γνωείζει.*

GNARVS, & NARVS, ſcius, peritus. vnde prognarè, apertè. Suetonius Caligulâ cap. 46. *Poſtremò quaſi perpetraturus bellum, directa acie in littore Oceani, ac baliſtis machiniſque diſpoſitis, nemine quaro nec opinante quidnam incepturus eſſet.* Cic. de Oratore: *Pericles gnarus, quibus orationis modis animi mouentur.* Idem: *Noti erant & naui & nari.* Plaut. Aſinariâ: *Tortores acerrumos, gnaróſque tergi noſtri.* Gloſſæ: *Gnarus, εἰδήμων.*

GNEPHOSVM, obſcurum, à *νεφας.* Feſt.

GNITVR, & GNIXVS priſci dixere, pro cognoſcitur, & cognitus. Sic *gnotum*, & *gnobilis*, pro cognitum, & nobilis. Idem. Gloſſæ: *Gnotum, γνῶσιν.*

GNOBILIS, pro noto. Accius Diomede: *Ego me Argis referam, nam hîc ſum gnobilis.* Virg. 3. Æneid.

Eſt locus Italiæ medio ſub montibus altis Gnobilis.

Plaut. Pſeudolo: *Oculis meis obuiam gnobilis obiicitur.* Terent. Heautont. *Mea eſt potens, magnifica, ſumptuoſa, gnobilis.*

GR

GRACILA, pro gracilis. Lucil. Satyr. lib. 8.

Quòd gracila eſt, peraix pedibus, quòd pectore puro,
Quòd puero ſimilis, neque vti Pyrgentica ſcorta.

Terent. Eunucho: *Quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt gracilæ ſient.*

GRACILENS, pro gracilis. Næuius Proteſilao: *Gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens ſit.* Turpil. Canephoro: *Noſti quàm ſit gracilenti corpore.* Non.

GRACILENTVM, pro gracile. Ennius lib. 3. annal.

Deducunt habiles radios filo gracilẽto.

Gell. lib. 4. cap. 12. *Si quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur.* Idem lib. 19. cap. 7. *Obeſum hîc notauimus propriè magis, quàm vſitatè, dictum pro exili atque gracilento.*

GRACILITVDO, gracilitas. Accius Amphitruone: *Tamen iſta tua gracilitudo & luctus faciunt propemodum vt ne dubitem.* Non.

GRADALIS, ῥηματικός. Diomedes lib. 3. *Melon hunc iambicum quidam gradalem nominant.* Ibidem: *Gradali pugnâ duos dimicare inſtituit.*

GRADARIVS equus, qui molli it gradu. Lucil. Satyr. lib. 14.

Ipſe equũ non formoſũ gradarius optimu' v 'or.

GRADVS, pro gradus. Varro de vita pop. Rom. lib. 2. *Multo præditi pudore & pudicitia adoleſcentes dixerunt cum maiore parte eius graduis, & ætate ſtipendium facerent.*

GRALLATORES, ſunt callabatrarij. καλοβάται. *Grallæ* ſunt fuſtes, quibus innituntur. Varro Satyrâ quæ inſcrib. Mutuum muli ſcabũt, vel θεὶ ἀγορασμῶ: *Grallatores qui gradiuntur grallis, quæ ſunt perticæ ligneæ,*

lignea, ſed ab homine, qui in iis ſtat, agitantur. Sigilla animi noſtri ſunt grallæ, crura ac pedes noſtri ex ſe ἀκίνητα, ſed ab animo noſtro mouentur. Græcè dicebantur γύπωνες, de quibus Horatius:

Duceris vt neruis alienis mobile lignum.

Plaut. Pœnulo: *At ſi ad prandiũ me in ædem vos dixiſſem ducere, vinceretis ceruum curſu, vel grallatorem gradu.* Idem Amphitruone: *Siue grallatorius, ſiue teſtudineus fuerit gradus, certum eſt mihi hunc ſceleſtum perdere.*

GRAMIA pituita oculorum. Gloſſis λήμη. Vnde

GRAMIOSI, gramiâ laborantes. Cæcilius:

Gramioſis oculis ipſa, atratis dentibus. Non.

GRANATIM, per grana. Apul. lib. 6. *Ruunt aliæ ſupérque aliæ ſepedum populorum vndæ, ſummóque ſtudio ſingulæ granatim totum digerunt ăceruum.*

GRANDÆVITAS, ſenectus, grandis ætas. Accius Bacchis: *Quia neque vetuſtas, neque mors, neque grandæuitas.* Idem Alcmæone: *Quia nec vos, nec illi irriderent meam grandæuitatem.* Pacuu. Hermoniâ: *Quod tamen ipſa orbitas grandæuitáſque Pelei per penuriam ſtirpis ſubaxet.* Idem.

GRANDESCO, creſco, grandis fio. Lucr. lib. 2.

Quæ nunc vix noſtro grandeſcunt aucta labore. Ibidem:

Quíque ſuâ de materiâ grandeſcere alique. Accius Meleagro:

Fruges prohibet pergrandeſcere.

GRANDIRE, grandem facere. Plaut. Aululariâ: *Teſtudineum iſtum ego tibi grandibo gradum.* Idem Amphitr. *Mirum profectò, ſed gradus decet grandire.* Idem eâdem: *Non potuimus noſtros grandiùs grandire gradus.* Varro: *Cùm aut humus ſeminari incipere non poſſit, aut recepta non reddat, aut edita grandire nequeat.* Pacuu. Duloreſte: *Nec grandire frugum fœtum poſſe, nec miteſcere.* Cato cap. 141. *Vtique tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire ſinas.*

GRANDISCAPIÆ arbores, quæ grandia habent capita. Seneca ep. 88. *Omnes autem iſtas arbores, quæ, vt ita dicam, grandiſcapiæ ſunt, ait aquâ adiuuandas ciſterninâ.* Sic *primicapes, terticapes, quarticapes, quinticapes* dicebant. In ſacrariis Argeorum: OPPIVS. MONS. PRIMICAPES. LVCOM. ESQVILINOM. LVCOM. FAGVTALEM. SINISTRA. SVB. MOIRVM. EST. CEROLIENSIS. QVARTICAPES. CIRCA. MINERVIOM. Sic *concapes* in XII. Tab. TIGNOM. IVNCTOM. ÆDIBVS. VINEÆQVE. CONCAPES. NE. SOLVITO. Eodem modo: *Primicapes, deincapes, præcapes, ancapes*, pro princeps, deinceps, præceps, anceps, & *formicapes*, pro formiceps (quod nunc forceps) dicebant.

GRANDITAS, maior ætas. Siſenna hiſtor. lib. 4. *Neque ætatis granditatem, neque ea merita, neque ordinis honeſtatem, aut dignitatem ſibi eſſe excuſationi.*

GRANDITER, valde. Sidon. lib. 2. epiſt. 3. *Quarum rigentes cyathi ſiticuloſo cuique, ne dicam tibi granditer abſtemio, metuerentur.* Idem lib.

lib. 3. epiſt. 9. *Quamquam mirandum granditer non ſit.* Et epiſt. 13. *Granditer ſibi videntur facetiari.*

GRANDO horrida. Virg. 1. Georg. *Quàm multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.*

Varro Triodite, ἀφὶ ἀρετῆς καὶ φύσεως: *Nec coruſcus imber alto nubilo cadens multus, grandine implicatus albo.*

GRAPHICVS, venuſtus, lepidus. Plaut. Pſeudolo: *Nimium eſt mortalis graphicus.* Et Trinum. *Ita me Diy ament graphicum furem.* Idem Epidico: *Nam tu habes ſeruum graphicum, & quantiuis precij.* Et Persà: *Nunc ego huic graphicè facetus fiam.*

GRATANTER, gratè. Symm. lib. 7. epiſt. 77. *Impendiò precor, vt hanc honorificentiam dignemini gratanter amplecti.*

GRATVLOR, gratias ago. Ennius Hecubâ: *Iupiter tibi ſumme tandem re malè geſtâ gratulor.* Afranius Cinerario: *Sexte frater mi ſalue, quòd ſaluus venis, meliúſque eſt tibi gratulor Diuis.* Næuius belli Pun. lib. 3. *Manus ſurſum ad cœlum ſuſtulit ſuas rex Ammilius, gratulabatur Diuis.* Non. Liuius: *Triumphantes in Capitolium adſcendebant, Ioui Opt. Max. cæteriſque Dys gratulaturi.* Gloſſarium: εὐχαειστῶ, *gratulor, gratias ago.* εὐχαειστία, *gratulatio.*

GRAVASTELLVS, ſenior, quaſi grauans tellurem. Plaut. Epidico: *Sed quis eſt hæc mulier, & illic grauaſtellus, qui venit?*

GRAVEDINOSVS, καθαρρώδης. Cic. Tuſcul. lib. 4. *Itaque dicimus grauedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos.*

GRAVIDAVIT, grauidam fecit: μεταφορικῶς repleuit. Cæcil. Tyche: *Per myſteria hic te inhoneſtè grauidauit probro.* Non. Apul. de mundo: *Ergo ſi aër actus in nubem, nubem denſet, & ea craſſitudo aquarum fœtu grauidatur; imber exprimitur.* Cic. de nat. Deor. lib. 1. *Quippe quæ grauidata ſeminibus omnia pariat, & fundat ex ſe.* Sextus Aurelius Victor in Adriano: *Elaboraſſe ne ex eo humani generis pernicie grauidaretur.*

GRAVIDITAS, ἡ κύησις, grauidatio. Cicero: *Ab eóque luna illuminata grauiditates & partus adferat, maturitatéſque gignendi.*

GRAXO, indico, ab ἔκραξα (vt ab ἔκαμψα campſo dixiſſe Ennium refert Priſcianus.) Plaut. Prologo Aſinariæ: *Age nunc reſide, caue modò, ne graxis.* Lucr. lib. 5.

Quippe vbi ſe multis per ſomnia ſæpe loquentes,
Aut morbo delirantes prograxe feruntur.

GRICONEA, funis craſſus. Feſt.

GROMA, genus machinæ, quo regiones & agri cognoſci poſſunt. Græci γνώμονα dicunt. Vnde *Groma* Latinis natum, n, mutato in r. Quemadmodum à κνισσᾶν, criſſare, à μονὰ, moram, à κνέφας, crepum, à κνίσσω, criſpum, à φονία, furiam, & ſimilia declinarunt. Hygenus de limit. conſtituendis: *Poſitâ auſpicaliter Gromâ ipſo fortè conditore præſente.* Autor de finib. *Emiſſum perpendiculum cùm ſuper ſignum ceciderit, percutis Gromam, donec comprehendas ſignum.* A *Groma* factum *Gruma*, inde *Grumi* Soſipatro οἱ τῆς ὁρῶν λίθοι dicti: Gloſſis *Grimini.*

GRVMA, menſura, qua viæ flexæ

ad lineam diriguntur. Feſt. *Grumam dirigere* lib. 18. dixit Ennius. Hinc *Degrumari*. Lucil. lib. 3.

——*viámque*
Vis degrumari, vt caſtris meſſor facit olim.

Gloſſarium: *Grumat*, μετρεῖ. *Grumari* καλαστρέφαι. *Gruma* autem ſunt loca media, in quæ directè quatuor congregantur, & conueniunt viæ: nam & in caſtris & in coloniis capiendis groma ponebatur in tetrantem, anticâ & poſticâ lineâ ſe inuicem ad angulos rectos interſecantibus. Hygenus de limit. cōſt. *Sic & in caſtris Gruma ponitur in tetrantem qua velut ad forum conuenitur.* Auct. de limit. *Aliy verò non ſignati arcas finales, Grumos, arbores antemiſſas, intactas à ferro.* Auctor Aggenus.

GRVMVS, terræ collectio, minor tumulo. Feſt. Accius OEnomao: *Quemcunque inſtiteram grumum, aut præciſum iugum.* Colum. lib. 2. cap. 18. *Grumos, quos adverſuram plerumque tracta faciunt crates diſſipabimus ita.* Gloſſarium, *Grumi*, τύμβοι. Apul. lib. 6. Metamorph. *Accepto ordeo, & milio, & papauere, & cicere, & lente, & faba, commixtiſque aceruatim, confuſiſque in vnum grumulum.*

GRVNDIBAT, pro grundiebat. Claudius annal. lib. 15. *Grundibat grauiter pecus ſuillum.* De homine dixit Cæcilius Vmbris: *Cruento in ore grundibat miſer.*

GRVNDIRE propriè ſuum. Varro Aboriginibus, ὑὸς ἀνθρώπων φύσιος: *Grunnit tepido lacte ſatur molâ mactatus porcus.* Laber. Sedigito: *Grunnientem aſpexi ſcropham.* Iuuenalis Satyr. 15.

Et cum remigibus grundiſſe Elpenora porcis.

GRVNDVLES LARES, Romæ conſtituti in honorem porcæ albæ ab Æneâ inuentæ, quæ 30. pepererat porcellos, à quâ Albam à ſe conditam Aſcanius denominauit: ea longa dicta antiquis ab longo tractu: hodie, ſi Leandro fides, Sauello: ſi aliis, Gandolfi, vel S. Gandolfo. de quo Virg. lib. 8. Æneid. Propert. 4. elegia 1. Varro de L. L. & de R. R. lib. 2. c. 4. Caſſius lib. 2. hiſt. *Paſtorum vulgus ſine contentione conſentiendo præfecerunt æqualiter imperio Remum & Romulum, ita vt de regno pares inter ſe eſſent. Monſtrum fit, ſus parit porcos triginta, cui rei fecerunt Lares Grundules.*

GV

GVBERNA, pro gubernacula. Lucil. lib. 20. *Proras detundete, & deſpoliate guberna.* Non. Marius Victorinus lib. 1. Lucr. lib. 2.

Sed quaſi naufragiis magnis multiſque coortis
Diſiectare ſolet magnum mare tranſtra, guberna,
Antennas, proram, malos, tonſáſque natanteis.

Idem lib. 4.

Nam quæcunque ſupra rorem ſalis edita pars eſt
Remorum, recta eſt, & recta ſupernè guberna.

Sic Arnobius: βεῖ, pro βεῖθρ, καὶ βειαρὸν. Sophocles & Ion, ῥᾶ, pro ῥᾴδιον: Epicharmus, λι, pro λίαν? Empedocles & Antimachus, ὄψ, pro ὄψις: Euphorion, ἦλ, pro ἥλιον: Aratus, πηδά, pro πηδάλια: Symmias,

Symmias, δωδὼ, pro δωδώνη, dixêre, teſte Strabone. Gloſſarium etiam *Guber*, κυβερνήτης, pro *Gubernator*, habet. Vide *Do.*

GVLLIACÆ, nucum iuglandium viridia putamina. Feſt. Gloſſarium *Gullioca*, καρυοτόμια. *Gullioca*, κάρυα, μακρὰ παρὰ Ἀκτιλλίῳ.

GVMIA, guloſus, hirco. Lucil. Satyr. 30. *Cùm veniunt illæ gumiæ, vetulæ, improbæ, ineptæ.* Apul. Apologiâ: *Teſtimonium ex libello legi audiſti, gumij cuiuſdam & deſperati lurconis Iunij Craſſi.*

GVRDVS, ſtultus. Laber. in Cacomennone: *Hic eſt ille gurdus, quem ego me abhinc duos menſes in Africâ venientem tibi excepiſſe narraui.* Gell. lib. 16. cap. 7. Quintil. lib. 1. cap. 5. *Et gurdos, quos pro ſtolidis accipit vulgus, ex Hiſpaniâ duxiſſe originem audiui.*

GVRGVSTIOLVM, tugurioluum, domuncula. Apul. lib. 1. de aſino aureo: *Ergo breuitatem gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto.* Idem lib. 4. *Et exitiabili nexu patibulatum relinquens gurguſtioli ſui tectum adſcendit.*

GVTTATIM, Ennius Hecubâ: *Vide, hinc meæ lacrymæ guttatim cadunt.* Plaut. Mercatore: *Cor guttatim conlabaſcit, quaſi in aquâ indideris ſalem.*

GVTTVREM, pro guttur. Plaut. Milite: *Nam nimis calebat, adurebat gutturem.* Næuius: *Ingurgitauit vſque ad imum gutturem.* Lucil. Satyris:

— *& ventrem & gutturem eundem.*

Varro Lege Mœniâ: *Exercebam ambulando, vt ſiti capatior ad cœnam veniret guttur.* Non. Plaut. Aululariâ: *Etiámne obturat inferiorem gutturem ſibi, ne quid animæ amittat fortè dormiens?* Idem Trinummo: *Condalium es oblitus poſtquam thermopotaſti gutturem.*

G Y

GYPSATI dicebantur ſerui venales, quorum pedes cretâ denotati, quod ſignum erat, eos trans mare aduectos. Ouidius:

Deſpice gypſati nomen inane pedis.

Tibullus lib. 3. eleg. 3.

Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.

Hinc Plin. lib. 35. cap. 17. *Eſt & viliſſima creta* (inquit) *quâ circum præducere ad victoriæ notam, pedéſque venalium trans mare aduectorum, denotare inſtituerunt maiores.* Et Iuuenalis Satyrâ 1.

Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.

Plin. lib. 32. cap. 18. *Vt prætoria quoque ornamenta decerni à ſenatu iubente Agrippinâ Cl. Cæſaris viderimus libertis, tantúmque non cum laureatis facibus remitti illò, vnde cretatis pedibus aduenìſſent.*

H

H, Litteram nunc abiiciebant antiqui, dicentes *ſepolcrum, triumpus, Pilippus, aduc:* nunc præponebant ſyllabis, *huber, harena, hiis, habundant.* In teſtam. ludicro Grunnij Porcelli: (cuius etiam meminit D. Hieronymus) DVCTVS SVB D. XVI. KALEND. LVCERNINAS; VBI HABVNDANT CYMÆ. CLYBANATO ET PIPERATO COSS. Sic *abeto,*

pro habeto, in teſtamento Tucidani.

H A

HABENTIA, æ, τὰ ὑπάρχοντα, bona poſſeſſa. Claudius lib. 7. *Animus eorum habentiâ inflatus.* Plaut. Trucul. *Ætas huic mulieri ſi ſuppetet, ad ſe cum animâ eius habentiam auerrerit.*

HABERE, pro habitare. Afran. Excepto: *Vbi quæſo habet meretrix Neapolitis?* Plaut. Aulular. *Patri auóque huius qui nunc hîc habet.* Idem Trucul. *Nam mihi hæc meretrix quæ heic habet, Phroneſium ſuum nomen omne ex pectore euomuit meo.* Ibidem: *Veluti eſt hic agreſtis adoleſcens qui heic habet.* Virg. Æneidos lib. 7. *Quæ loca, quíque habeant homines.*

HABITIOR, pinguior. Plaut. Epidico: *Corpulentior videre atque habitior.* Terent. Eunucho: *Si quæ habitior paulo eſt, pugilem eſſe aiunt, deducunt cibum.*

HABVS, tenuis, ſplendidus. Plaut. Plotino: *Nam coloratum frontem habet, petilus, habus.* Gloſſarium: *Habus,* φαλός.

HABITVDO, habitus corporis. Terent. Eunucho. *Qui color, nitor, veſtitus, quæ habitudo corporis?* Apul. lib. 1. de aſino: *Ego te etiam de iſta ſpecioſa habitudine generoſa ſtirpe proditum & rectè coniicerem.* Idem lib. 9. *Quidam procerus, & vt vindicabat habitus atque habitudo.* Et Apolog. *Tot ætatis vices induit, tam varias habitudines corporis participat.*

HÆC, pro hæ. Plaut. Moſtellariâ: *Madent in corde parietes, perierant hæc oppidò ædeis.* Idem Rudente: *Sed hæc pauperes ſunt, inopéſque puellæ.* Et Perſâ: *Quid iſtæc narrant?* Terent. Eunucho: *Paucæ puellæ, quæ circa eam eſſent, manent nouitiæ: continuò hæc adornant, vt lauet.* Et Andriâ: *Hæc nuptiæ non apparabantur mihi.* Idem Hecyrâ: *Nihil iam mihi iſtæc res voluptatis ferunt.* Et Heautont. *Haſce ornamentis conſequentur alteræ, porrò hæc talenta dotis appoſcunt duo.*

HÆREDIVM, prouentum ex hæreditate prædium. Varro lib. 1. de R. R. cap. 10. *Antiqui noſtri ante bellum Punicum pendebant bina iugera, quòd à Romulo primùm diuiſa dicebantur viritim, quæ quòd hæredem ſequerentur, hæredium appellarunt: hæc poſtea à centum centuria dicta.* Apul. Floridorum lib. 2. *Pariter enim vt qui hærediolum ſterile & agrum ſcrupoſum; meras rupinas & ſenticeta.* Ibid. *Dico exiguum hærediolum, ſexaginta milibus nummûm.* Ibidem: *Num ipſum hæredioli precium inuidioſum eſt?*

HÆREM, pro hæredem. Næuius Gymnaſtico: *Atque meis omnibus bonis ego te hærem faciam.* Accius διδασκαλικῶν lib. 1. *Sapientiæque inuictæ gratiâ atque honoris, paterâ hærem mactauit aureâ.*

HALLEX, & HALLVS, pollex dictus, eò quòd conſtricta manu proximum ſcandat digitum: ἅλλεσθαι enim eſt ſalire. Gloſſæ: *Hallus* ποδὸς μέγας δάκτυλος. Ponitur pro homine nihili. Plaut. Pœnulo: *Túne hîc amator audes eſſe hallex viri, Aut contectare quod mares homines amant?* Gloſſarium Balbi: *Hallux, hallucis,* vt *Pollux Pollucis*; & dicit Græc. *Eſt manuum pollex, ſed dicatur pedis allux.*

HALO

HALONVM Pœnos vocâſſe Deum notat Priſc. Plaut. Pœnulo:
Nyth halonum valon' vth ſi corathiſima conſith.

HALOPHANTA, deceptor: ἀπὸ τῆς ἅλης, τῆς πλάνης, καὶ ἀπάτης, quòd omnia mentiatur. Quibuſdam dicitur *holophanta*, & *helcophanta*: Vrſino *Holpata*, à Græco ὅλος καὶ ἀπατάω. Plaut. Curculione: *Halophantam, an ſycophantam magis eſſe dicam neſcio.*

HAMA, vas rotundioris figuræ, ventreque globoſiore. Plin. lib. 10. epiſt. 42. *Et nullus vſquam in publico ſipho, nulla hama.* Iuuenalis Sat. 14.
Diſpoſitis prædiues hamis.
Colum. de cultu hortorum lib. 17.
——*ſobolem dabit illa capacem*
Naricia picis, aut Actæi mellis hymetti,
Aut habilem lymphis hamulam.

HAMIOTÆ, piſcatores, quòd hamo in piſcatu vtuntur. Varro Bimargo: *Cohortes cocorum atque hamiotarum, aucupúmque.* Plaut. Rudente: *Saluete fures maritimi, conchitæ atque hamiotæ, famelica hominum natio.*

HAMOTRAHONES, dicti sũt qui vnco aut hamo ſupplicio adfectorum cadauera trahebant: de quibus Suetonius in Tiberio Cæſ. cap. 61. *Nemo punitorum non & in gemonias abiectus, uncóque tractus.*

HANVLA, quaſi fanula, parua delubra. Feſt.

HARPAGARE, furto auferre, ἁρπάζειν. *harpago* fur. Plaut. Aululariâ: *Hei miſero mihi aurum mihi intus harpagatum eſt, nunc hic eam rem volt ſcio mecum adire ad pactionem.* Idem Trucul. *Dum illi agunt quod agunt, cæteri cleptæ furantur, harpagant.* Et Bacchidib. *Improbis cum improbus ſiet, harpaget, furibus furetur quod queat.* Et Pſeudolo: *Vbi data eſt occaſio, rape, clepe, deme, harpaga, bibe, es, fuge.* Ibid. *Minus malum hunc eſſe opinor, quàm eſſe cenſebam, cocum: nam nihil etiam dum harpagauit, præter cyathum & cantharum.* Idem Trinummo: *Blandiloquentulus, mendax, harpago, cupes, auarus, elegans, deſpoliator.*

HARPAGO, inſtrumentum vncum, ad corripiendum quidquid incidit. Cæſar de bello Gallico lib. 7. *Magno cratium, ſcalarum, harpagonum numero effecto, mediâ nocte ex caſtris egreſſi ad campeſtres munitiones accedunt.*

HARVIGA, hoſtiæ cuius adhærentia exta inſpiciebantur. Donato, ab harâ cui includitur, *harugo* vocatur.

HASENA, pro harenâ dixerunt antiqui, commutantes τὸ r, in ſ. Sic *oſnamentum, laſes, pluſima, pignoſa, Papiſius, libeſum, feſiæ, caſmena, maioſes, melioſes, doloſi, eſo, fœdesũ, ianitoſem, coſolla, aſa, muſem, ruſe*: pro ornamentum, lares, plurima, pignora, &c. Varro lib. 6. de L. L. Velius Long. de Orthograph.

HAVSCIO, pro neſcio veteres dixiſſe tradit Phocas Grammaticus: *Omnia*, inquiens, *quæ ab auditorſo principium habent, ſcaſiav reſpuerunt, vt audax: deſignatum eſt haut, vnde hauſcio compoſitum ſimplicis habet ſcripturam.*

HAVRITVM, hauſtum. Apul. lib. 6. *Indidem mihi de ſumma fontis penita ſcaturigine rorem rigentem hauritum iſtâ deferto vrnulâ.*

HAVSTRVM, ab hauriendo,

ἀντλία. Lucr. lib. 5.

Vt fluuios verſare rotas atque hauſtra videmus.

H E

HEBES, obtuſum, obſcurum. Cic. Academ. lib. 2. *Quid lunæ quæ lineamenta ſint, potéſne dicere, cuius & naſcentis & ſeneſcentis aliàs hebetiora, aliàs acutiora videntur cornua?* Idem de diuinat. lib. 2. *Vidéſne Epicurum, quem hebetem & rudem dicere ſolent Stoici?*

HELCIVM, funis quo ſerui loris & capiſtris iũcti aduerſis fluminibus, aut vento contrario naues, vel machinas, moláſve trahunt: vnde ipſi *Helciarij* dicti. Apul. lib. 9. de Aſino aureo: *Defectum alioqui me helcio ſparteo dimoto nexu machinæ liberum applicant præſepio.* Ibid. *Helcio tandem abſolutus, refectuique ſecurè redditus.* Martialis epigr. lib. 1.

Qui nec rumpere nauticum celeuſma
Nec clamor valet helciariorum.

Sidon. lib. 10. epiſt. 2. *Curuorum hic chorus helciariorum Reſponſantibus halleluia ripis.*

HELVACEA, genus ornamenti Lydij, dictum à colore qui eſt inter rufum & album, appellatúrque *heluus.*

HELVELA, olera minuta. Titin. Geminâ: *Lenti calido, heluela, rapula, rumices.* Cic. epiſt. ad Fab. Gallum: *Dum volunt iſti terrâ nata quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere fungos, heluelas, herbas omnes ita condiunt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius.*

HELVS, HELESA, Latini priſci potius quàm *holus*, & *holera* dixerunt, more ſuo: vnde *heluela*, olera minuta, & *helueola*, vitis quæ herbacei eſt coloris. Sic *Apellinem, pigneris, temperis, hemonem, pecudis*; quàm Apollinem, pignoris, temporis, hominem, pocudes maluerunt dicere; cùm dubium non ſit, pocades ποκάδας, quòd tonderentur, dictas: vnde πόκας apud Græcos, apud Latinos *vellus*, remanſit.

HERBAM DO, cùm ait Plautus, ſignificat victum me fateor: quod eſt antiquæ & paſtoralis vitæ indicium. Nam qui in prato curſu, aut viribus contendentes ſuperabantur, ex eo ſolo in quo victi fuerant, herbam decerptam aduerſario tradebant. Feſt. Symmach. lib. 3. epiſt. 44. *Cùm ſim tibi dicto audiens, atque herbam dederim voluntati tuæ.* Virg. Georgicorum lib. 3.

——— *atque immemor herbæ victor equus.*

Plin. lib. 8. cap. 5. *Victus ſelephas vocem fugit victoris, terram ac verbenas porrigit.*

HERBEVS, viridis. Plaut. Curcul. *Quis hic eſt homo cum conlatiuo ventre atque oculis herbeis?*

HERBIDVS, herbeus. Sidon. lib. 10. epiſt. 2. *Ac ſub verſicoloribus figuris Venans herbida cruſta ſaphiratos Flectit per praſinum vitrum lapillos.*

HERBILIS anſer, herba paſtus. Lucil. Satyr.

——— *atque anſeris herbilis virus.* Seru.

HERCEVS, Iupiter penetralis, qui intra domus conſeptum colebatur.

HERCIVS, ἕρκιος, (Gallis etiamnum *herce*) porta pendula ac recidens, quàm catarrhacten aliàs appellamus. Cæſar belli ciuilis lib. 3. *Erat*

3. *Erat obiectus portis hercius.* Ibid. *Excisóque hercio*, &c. Vbi mendosè legitur *Ericius*, & *ericio.*

HERE, pro heri. Plaut. Captiueis: *Aduerte animum ſis tu, iſtos captiuos duos herè quos emi de prædâ.* Idem Amphitr. *Herè veniſti mediâ nocte, nunc abis.* Et Curcul. *Caruìtne febris te herè, vel nudiuſtertius?* Idem Milite: *Vt vel illæ quæ herè me pallio reprehendêre.* Et Sticho: *Nam ille me herè iam vocauerat in hunc diem.* Iuuenalis Sat. 3.

Res hodie minor eſt herè quàm fuit, atque eadem cras
Detrahet exiguis aliquid.

HERMA, ἕρμα, fundamentum. Item *ſaburra.* Feſt.

HERMVLÆ, ſtatuę Mercurij erant quadratæ, in triuiis, aut quadriuiis poſitæ, cum virgâ in manu, quæ iter monſtaret ad fontem, hæ Mercurio ſacræ; vnde Græcis ἑρμαῦες: propter quas acerui ſaxorũ & monticellus ex lapide congeſto poni conſueuit. Iſidorus in Gloſſis: *Mercurij, lapidum congeries, in cacumine collium.* De his Virgilius in Ætna:

——— *qualis aceruus*
Exſilit imparibus iactis ex tempore ſaxis. Et Sibylla:

Κἂν παρόδοισι λίθων συγχώματα, ταῦτα σέβεσθε.

HERNA Marſis ſaxa dicuntur: vnde *Hernici*, ſaxei.

HETTA, res minimi pretij, quaſi hieta, ideſt, hiatus hominis, vel oſcitatio. Alij puſtulam eſſe dixerunt, quæ in coquendo pane adſurgit: à quo accipimus rem nullius pretij, cùm dicimus, non hette te facio.

HI

HIARI, mirari, ſtupere. Varro Marcipore: *Quicunque euidenter circumſtant non rident, credo ridere hiantes.* Virg. Æneid. lib. 6.

——— *incertus clamor fruſtratur hiantes.* Idem Georgicorum lib. 2.

——— *hunc plauſus hiantem*
Per cuneos geminatus enim plebiſque patrúmque.

HIBVS, pro his. Ennius annali primo:

Occiduntur, hibus potitur ratu' Romulu', prædam
Diſpertit.

Plaut. Curculione: *Eodem herclè vos pono & paro, pariſſumi eſtis hibus.* Et Trucul. *Ibi eſt hibus pugnæ & virtuti prædam de prædonibus capere.*

HIETO, & HIATO, ſæpius hio. Plautus: *Si qua fortè concio eſt, vbi eum hietare nondum in mentem venit.* Cn. Attius lib. 20. Iliad.

Ille hiatans herbam moribundod ore memordit. Cæcilius:

Sequere me tu qui mihi oſcitans hietánſque reſtas.

Hietantur fores, pro hietant, ideſt, patent, dixit Laberius in Tauro. Diomedes lib. 1. Gloſſarium: *Hieto*, χασμῶμαι.

HILA, farcimina admodum tenuia; ab hilo, id eſt, nihilo. Feſt. Varro lib. 4. Analog. Lucil. lib. 27. *Cocus non amat caudam inſignem eſſe, hila dum pinguis ſiet: Amici quærunt animum, parаſiti autem diuitias.*

HILARESCO. Varro epiſt. lat. lib. 1. *In votum amicorum domus fumat, hilareſco.*

HILA, ſeu HILLA, inteſtinum priſcis.

priſcis. Laber. Mimis: *Lambit item hillam cocus: ſi lumbum aduſſit, flagris cæditur.* Idem in Catulariâ: *Neue aliter hunc pædicabis: quomodo videò adoleſcenti noſtro cædis hillas.* Horat. Sat. 4. lib. 2.

——— *nam lactuca innatat acri*
Poſt vinum ſtomacho, pernâ magis ac magis hillis
Flagitat in morſus refici.

Hinc *Bohilla*, oppidum Italiæ vocatum eſt, quòd eò bos inteſtina ex vulnere trahens deuenerit.

HILARITVDO, hilaritas. Plaut. Milite: *Sine animo obſequere mecum, atque onera te hilaritudine.* Idem Ciſtellariâ: *Quid cedò te obſecro tam abhorret hilaritudo?* Et Rudente: *Vt in ocellis hilaritudo eſt! eia corpus cuiuſmodi!*

HILARVS, pro hilaris, ab ἵλαρος. Plaut. Moſtellariâ: *Hilarus eſt fruſtrà illic homo.* Apul. lib. 2. *Quo die ſoli mortalium ſanctiſſimum Deum Riſum hilaro atque gaudiali ritu propiciamus.*

HILVM, quod grano fabæ adhæret: res nullius pretij. Lucil. lib. 14.

Naumachiam licet hæc inquam alueolúmque putare, &
Calces, delectes te, hilo non rectiùs vines. Priſc. lib. 6. Idem:

— *nunc illud quod Siſyphi verſat*
Saxum ſudans nitendo, neque proficit hilum. Cic. Tuſc. 1.

Et lib. 30.

Quod tuas laudes culpas, non proficis hilum. Ennius:

Quæ dedit illa capit, neque diſpendi facit hilum.

Varro lib. 4. Analog. Lucr. lib. 3.

——— *nec deſit ponderis hilum.*

Idem lib. 4.

Et libella aliquâ ſi ex parti claudicat hilum. Et lib. 5.

Quod manet intactum, neque ab ictu frangitur hilum. Et lib. 6.

Summa magis mediis media imis, ima per hilum.

Plaut. Truculento: *Opera nunquam hilo minus properè quàm poteſt peribit.*

HIM, pro hinc; vt *illim*, pro illinc. Plaut. Amphitr. *Quo cum Amphitruo abiuit him in exercitum.* Et Captiueis: *Illic him abiit, mihi ſummam credidit cibariam.* Vide *Illim.*

HINNIBVNDE, hinnienter. Claudius annal. lib. 6. *Equi hinnibundè inter ſe ſpargentes terram calcibus.* Non.

HIPPACARE, celeriter animam ducere: ab equi halitu, qui ſupra modum eſt acutus. Feſt.

HIPPAGINES, & HIPPAGOGÆ, naues queis tranſuehuntur equi: ἱππαγωγαί. Gell. lib. 10. cap. 25. *Gauli, corbitæ, caudicæ, longæ, hippagines, cercuri, celoces, vel, vt Græci dicunt, κέλητες.* Liuius belli Macedon. lib. 4. *Fortè poſtero die quàm Sibota claſſis tenuit, quinque & triginta naues quas hippagogas vocant, ab Elea profectæ.*

HIPPIVS, Neptunus vocatus. Feſt. Probus in Catholicis: Ὅμοιος δ' ἐστὶν ὁ ἵππος καὶ πλοίῳ, ἄλλη μὲν γὰρ ἵππος ὁ ποιητὴς τὰς ναῦς εἶπε. Καὶ ἡμεῖς μὲν τὸν ποσειδῶνα ἵππιον καλοῦμεν, καὶ ὃν ἔχει λόγον ἐπὶ γῆς ἵππος τὸν αὐτὸν ἐνθαλάσσῃ ναῦς.

HIPPOCAMPI, equi marini, à flexu caudarum dicti. Liuius Andronicus in Ægiſtho:

Tum autem laſciuum Nerei ſimum pecus
Ludens ad cantum claſſium luſtratur:

tur, Sirenes citis
Delphino iunctis vehiculis hippocampisque asperis.
His Neptunum vehi indicat Statius in Thebaide:
Illic Ægeo. Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos, prior hinnit habenas
Ungula, postremi soluuntur in æquore piscis.
Et Plin. lib. 36. cap. 5. *In maximâ dignatione Cn. Domitij delubro in circo Flaminio Neptunus ipse, Thetis atque Achilles & Nereides supra Delphinos & cete & hippocampos sedentes.*

HIRA, (à quo hilla) ieiunium intestinum. Plaut. Curcul. *Lien necat, renes dolent, pulmones distrahuntur, cruciatur iecur, radices cordis pereunt, hiræ omnes dolent.* Macrob. Comment. in somnum Scip. lib. 1. *Intestina principalia tria, quorum vnum dissipium vocatur, alterum quod Græci μεσεντέριον dicunt, tertium quod hiram vocauerunt.*

HIR, dicitur vola manus. Lucil. Satyr. lib. 4.
——*Vinum*
Defusum quibus è pleno fiet œnophoro, cui
Nil dempsit hir, & cui sacculus abstulerit nil. Cic. de fin. lib. 2.

HIRCIPILI, durorum pilorum homines, sicut hirci. Fest.

HIRQVITALLI, dicuntur ad virilitatem iam accedentes: à libidine hircorum. Censorinus de die natali cap. 4. *Vox crassior fit homini tertia hebdomadâ*: hoc Aristoteles appellat τραγίζειν, antiqui nostri *hirquitallire*, & inde ipsos putant hirquitallos appellari, quòd tunc corpus hircum olere incipit. Velius Long. de Orthograph.

HIRRIRE, ringere; propriè canis rabiosi, exprimentis litteram r, de quâ Lucilius Sat. lib. 1.
Irritata canes quod, homo quàm, planiùs dicit.
Eandem *caninam* vocat Persius:
——*sonat hinc de nare canina*
Littera.
Hirriunt verò canes, cùm iam restringunt dentes: mutiunt verò, cùm incipiunt irritari, ab eo quòd M, vel μῦ videntur edere: itaque Plautus dixit in Casinæ prologo: *Diphilus Græcè scripsit: post id rursum denuò Latinè Plautus, cum latrami nomine.* Est enim M. Plautus.

HISCE, hice, his & hic, pro hi. Terent. Eunucho: *Hisce hoc munere arbitrantur suam esse Thaidem.* Plautus Milite: *Non possunt mihi nunciis tales hisce oculi fodiri.* Idem Menæchmis: *Quid illuc est quod me me hîc homines insanire prædicant?* Macer pro Thuscis: *Quos oportuit amissa constituere, hisce etiam reliquias auerterunt.* Virg. 3. Ecl. ex interpunctione Iani Gulielmi lib. 1. versi.
His certè (neque amor caussæ est) vix ossibus hærent.

HISCERE, conatum loquendi magis quàm loqui significat. Accius Armorum iudicio: *Hem vereor plus quàm fas est captiuum hiscere.* Virg. Æneid. lib. 3.
——*vix pauca furenti*
Subiicio, & raris turbatus vocibus hisco. Propertius:
Tantum operis neruis hiscere posse meis.

HIVLCA GENS, auida, hiante ore prædam captans. Plaut. Tri-

nummo : *Publicum priuatum habet hiulca gens, hæc ego doleo, hæc ſunt quæ me excruciant.*

HO

HOC, pro huc antiqui ſcripſerũt. Terent. Adelphis : *Satis adhoc tua nos fruſtrata eſt fides.* Idem Andriâ: *Sublimem intrà hoc rape.* Ibid. *Cùm illoc aduento, ſolitudo ante oſtium.* Plaut. Mercat. *Non hoc voluntas me impulit.* Varro lib. 4. de L. L. *Voca hoc inlicium ad me.* Lucr. lib. 1.

Hoc accedit vti ſolidiſſima materiai.

Virg. Æneid. lib. 4.

Hoc tunc ignipotens cælo deſcendit ab alto.

HOC NOCTIS, pro hac nocte. Plaut. Amphitr. *Iuuentutis mores qui ſciam, quî hoc noctis ſolus ambulem.* Ibidem : *Sed quis eſt hic homo quem ante ædes video hoc noctis?* Et Curcul. *Qui ted hoc noctis dicam proficiſci foras?* Apul. lib. 1. Metamorph. *An tu ignoras latronibus infeſtari vias, qui hoc noctis iter incipis.* Sic idem Apolog. 1. *Nulli Deo ad hoc æui ſupplicauit.* Et Metam. 5. *Hoc ætatis puer.* Plaut. Mercat. *Quid tibi ætatis videor.* Tacit. Annal. 6. *Donec filius lubricum iuuentæ exiret.* Idem: *Equi ſanguine ſuo, & lubrico paludum lapſantes.* ID. *Vt aggeres humido paludum imponeret.* Virg. lib. 3. *Rurſum ex diuerſo cæli.* Liuius lib. 2. *Ad vltimum ſeditionis eruperunt.* Seneca Thebaid. *Nemo me ex his eruat ſiluis, latebo rupis exeſæ cauo.*

HOLERARE, holeribus conſerere. Cn. Martius : *Meos hortulos plus ſtercoro, quàm holero.* Priſc. lib. 6.

HOLERORVM, pro holerum. Lucil. Sat. lib. 15.

Tintinnabulum abeſt hinc, ſirpiculique holerorum.

HOMELIVM, pilei genus. Feſt.

HOMO, καθ' ἐξοχὴν de viro dicitur, & opponitur fœminæ. Plaut. Ciſtell. *Mi homo, & mea mulier vos ſaluto.* Arnobius: *Beneficia patris munerandis & fœminis hominibúſque portabant.* Paullus leg. ſi quis 38. §. qui abort. ff. de pœn. *Quòd ſi eo poculo mulier, aut homo perierit, ſummo ſupplicio afficiuntur.*

HOMONIS, HOMONEM, rudiori dicebant ſæculo : at nunc elegantiori, hominis, hominem. Ennius lib. 2. annal.

Vulturus in ſiluis miſerum mandebat homonem,
Heu quàm crudeli condebat membra ſepolcro!

Priſc. lib. 6. Chariſ. lib. 1. Næuius Punici lib. 1. *Qui terræ Latiæ homones tuſerunt, vires frudéſque Pœnicas fabor.* Idem lib. 4. *Inhoſpitalis victrices abſorbit vndæ Latium legiones homonum.* L. Calpur. Piſo lib. 1. & 2. de contin. vet. poëtar. Idem Næuius Lycurgo: *Oderunt dij homones iniurioſos: egóne an ille iniuriè fecimus?* Et lib. 1. belli Pun. *Siluicolæ homones belli inertes.* Macr. Saturn. lib. 6. cap. 5. Liuius odyſſeâ veteri : *Nil peius macerat homonem, quàm de mare ſauum, vires cui ſunt magnæ.* Hinc *Semones*, Dij minuti vocantur, quos vix cælo dignos ob meriti paupertatem putabant quaſi ſemihomones.

HONESTITVDO, honeſtas. Accius Myrmidonibus : *Tua honeſtitudo Danaos decepit diu.* Idem OEnomao : *Horrida honeſtitudo Europæ principium primo ex loco.* Non.

HONOS,

HONOS, vox pulcritudinis mentione vſurpatur. Lucr. lib. 4.

Sed tamen eſto iam quanto vis oris honore
Cui Veneris membris vis omnibus exoriatur.

Inter fragmenta Petronij legitur:

At totus tibi ſeruit honor, formáque Deorum (vincis.
Fulges, & Venerem cæleſti corpore

Nec non ſacrificij, ex more veterum Poëtarum, in primis Virg. 1. Æneid.

——— *Haut equidem tali me dignor honore.*

Vbi Seru. *honore* pro ſacrificio. Hinc Silius verbo ſignato, lib. 12.

Sternuntúrque Ioni, & delubrum ſanguine honorant.

Græci non abſimiliter. Ariſt. in Panethen. περὶ μὲν δὴ γένους, καὶ τροφῆς, καὶ τῆς ἐκ θεῶν τιμῆς: *Hactenus quidē de origine Deorum, cibo, honore.* Hinc *honorarius* tumulus, quem veteres iis, quos amabant, excitari ſoliti ſunt. Suet. in Claud. cap. 1. *Exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps ſtato die quotannis miles decurreret, Galliarúmque ciuitates publicè ſupplicarent.* Inde vetuſtæ marmorum inſcriptiones *ob honorem* habent. Alciat. lib. 10. parerg. cap. 12. Firmat Tac. ſententiam his verbis, 2. Annal. *Honorique patris princeps ipſe cum legionibus decurrit.* Hinc Hom. odyſſ. 4. ἵν' ἄσβεστον κλέος εἴη, *vt immenſa gloria eſſet tumulo.* Philoſt. lib. 8. cap. 13. ψευδοτάφιον. Nonno lib. 2. Dionyſ. κενεῶν.

HONOS MALVS, pro iniuriâ, veteres dixerunt. Multa enim quę nūc in ſermonibus vulgi vnā eandémque rem demonſtrant, media fuiſſe antiquitus, & cōmunia, vt ſignificare & capere poſsēt duas inter ſe res contrarias, deprehenduntur: vt *periculum, contagium, venenum, honos.* Q. Metellus Numidicus in oratione de triumpho ſuo: *Quâ in re quanto vniuerſi me vnum anteſtatis, tanto vobis quàm mihi maiorem iniuriā atque contumeliam facitis Quirites: & quanto probi facilius iniuriam accipiunt, quam alteri tradunt, tanto ille vobis, quàm gratiam, peiorem honorem habuit: nam me iniuriam ferre, vos facere vult, Quirites, vt hìc conqueſtio, iſtic vituperatio relinquatur.* Gell. lib. 12. cap. 9. Sic Euripides: Οὔπωνιν Ἕλένης αἰσχρὸν ὄλεσε κλέος.

HORCTVM, & FORCTVM pro bono dicebant. Feſt. Pomp.

HORITOR veteribus appellatus fuit, quem hortatorem vulgò dicimus. Ennius annali decimo:

——— *horitor induperator.*

Diomed. lib. 1.

HORDA, vel FORDA, bos prægnans. Varro de R. R. lib. 2. cap. 5. *Quæ ſterilis eſt vacca, taura appellata: quæ prægnans, horda: ab eo in Faſtis dies hordicalia nominantur, quòd tunc immolentur hordæ.*

HORDIARIVM ÆS, quod pro hordeo equiti Romano dabatur. Feſt.

HORIA, nauicula piſcatoria. Plaut. Rudente: *Quémne ego accepi in mari, meā operā, labore, rete & horiâ?* Ibidem: *Salute horiæ, quæ in mari fluctuoſo piſcatu nouo me vberi compotiuit.* Et Trinummo: *Imò horiola aduecti ſumus vſque aquâ aduorsà per amnem.*

HORMVS, ὁρμὴ, impetus. Apul.

lib. 10. *At pone tergum tibicen hormum canebat bellicosum, permiscens bombis grauibus tinnitus acutos.*

HORNO, hoc anno. Lucil. Sat. lib. 28. *Vtrùm annò, an hornò te abstuleris à viro.* Idem alibi:

Nunc prætor meus est; tuus si discesserit hornò.

Donat. Varro Eumenidibus: *Cùm in eo essem occupatus, atque in scholâ curarer, vt scribit Scantius hornò per Dionysia.* Horat. lib. 3. odâ 23.

— si thure placaris & hornâ
Fruge lares.

Idem Epod. odâ 2.

Et horna dulci vina promens dolio.

HORRICOMIS, villis *comarum* inhorrescens. Apul. lib. 4. *Nec canes etiam venaticos auritos illos ac horricomes ad comprimendam bestiam cohortantur.*

HORRIPILANT, horridioribus pilis densantur. Apul. lib. 3. Metam. *Et de spinæ meæ termino grandis cauda procedit, sic & aures immodicis horripilant auctibus.*

HORTAMENTVM, hortatio. Symm. lib. 9. epist. 98. *Hortamentum tamen petitionis adiicio, vt officia quæ spõte tribuis, cumules prouocatus.*

HORVNC, & HORVNCCE, pro horum. Plaut. Pœnulo: *Creta est profectò horunc hominum mihi oratio.* Ibid. *Horunc hîc nunc agitur causa hæc, spectatorum fabula.* Idem Mercatore: *Horuncce illa nihilum quicquam facere poterit admodum.* Ibidem: *Vsusfructus, victus, cultus iam haruncce ædium interfectus est, alienatus est.* Et Sticho: *Est etiam hîc aliud ostium haruncce ædium.* Ex tumulo Claudiæ:

SOVOM MAREITOM CORDE DEI LEXIT SOVO: GNATOS DVOS CREAVIT: HORVNC ALTEROM IN TERRA LINQVIT, ALIOM SVB TERRA LOCAT.

HOSTEM antiqui vocarunt quem nos hospitem, & qui nobis inimicus, illis perduellis appellabatur. Ennius de Scipione Africano:

Hic est ille situs cui nemo ciuis neque hostis
Quiuit pro factis reddere operæ pretium.

Cic. lib. 2. de leg. Senec. lib. 19. epist. 109. In sacris resolutoriis dicebatur: HOSTIS. VINCTVS. MVLIER. VIRGO. EXESTO. Sic Persas qui erãt Græcorũ hostes, ξενοὺς à Lacedæmoniis appellatos tradit Herodotus ἐν ἐφορίᾳ. Vide Cic. lib. 1. offic. & Varronem lib. 4. de L. L. Et *Hosticus*, id est, peregrinus. Plaut. Milite: *Nisi voluntate ibis, rapiam te domum.* PH. *Hosticum hoc mihi domicilium est, Athenis domus ac herus.*

HOSTIARIVS vocatur hostij custos, ad fores catenis alligatus, vt refert Sueton. lib. de claris Grammat. De hoc Ouidius lib. 1. amorum:

Ianitor indignè duris religate catenis,
Difficilem moto cardine pande forem.

Afran. Vopisco: *Hostiarij impedimenta titinnire audio.* Varro de R. R. cap. 13. *Eúmque scire qui introëat aut exeat noctu, quidve ferat, præsertim si hostiarius est nemo.* Plin. lib. 12. cap. 14. *Præter hos & custodes, satellitésque & hostiarij & ministri populantur.* Seneca de tranquillitate vitæ lib. 2. *Quod hostiario liberè*

liberè respondit, & virgam eius fregit. Ibidem : *Sed per hoc limen vacuum, & ab hostiariis liberum fortuna non transit.* Et lib. 3. de irâ cap. 37. *Iratum vidisti amicum hostiario causidici alicuius, quòd intrantem submouerat.*

HOSTIATIM, per ostia. Apul. Metam. *Tamen dum in luxu nepotali hostiatim singula pererro, repentè me nescius forum cupedinis intuli.*

HOSTIMENTVM, æquamentum. Ennius Cresphonte : *Auditis? hostimentum adiungite.* Plaut. Asinaria : *Par pari datum est hostimentum, opera pro pecuniâ.*

HOSTIRE, æqua reddere. Plaut. Asinariâ : *Quin promittis, inquam, hostire contrà vt mereueris? Hostire,* comprimere. Pacuu. Teucro: *Nunc quod meum admissum nocens hostit voluntatem tuam.* Ibidem : *Nisi coherceo proteruitatem, & hostio ferociam.* Ennius Hectoris lytris : *Mea cominus machæra atque hasta hostiris manum.*

HOSTVM vocant quod ex vno facto olei reficitur. *Factum* dicunt quod vno tempore conficiunt. Varro de R. R. lib. 1. cap. 24. *Si in loco crasso, aut calido posueris hostum, nequam fieri dicunt, & ferendo arborem perire, & muscum rubrum molestum esse.* Cato de R. R. cap. 6. *Si in loco crasso, aut caldo seueris, hostus nequam erit, & ferundo arbor peribit.*

H V

HVMANITVS, pro humaniter. Turpil. Pedio : *Quare esse dicat quisquam illum hominem haut facere quicquam humanitus.*

HVMANITVS, humano more. Afran. Repudiato : *Quanto facilius ego qui ex equo venio, adducor ferre humana humanitus.*

Ennius annali secundo:

Si quid me fuuit humanitus, vt teneatis.

Cassius Hemina histor. lib. 4. *Quare sint omnes artes atque humanitus aguntur.* Cic. Philipp. 1. *Si quid mihi humanitus accidisset.* Plin. lib. 10. cap. 63. *Supradictorum plerisque fœmina priores superueniunt reliquis mares: vrsi autem, vt dictum est, humanitus strati: erinacei ambo stantes inter se complexi.* Ex tumulo quod posuit Anchialus Lesbiæ, Romæ:

HOSPES STA ET LACRVMA SEI QVID HVMANITVS IN TE 'ST
OSSVA DVM CERNIS CONSITA MAISTA MIHEI.

Apul. Apolog. *Ne si quid ei humanitus accidisset, nomen maritus in vxoris tabulis non haberem.* Sidon. lib. 7. epist. 14. *Nam sicut animæ, humanitus licèt ratiocinantes.*

HVMECTVS, humidus. Varro lib. 1. de R. R. cap. 24. *Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum secunda & arundinetum.*

HVMOROSVS, humidus. Innoc. *Fines grandes habens cultiores & latiores, sub se humorosa loca habens.*

HVMV, pro humo. Varro ταφῇ μεν ἰσπε: *In pauimento non audes facere lacunam, at in humu calceos facis elixos.* Idem in Pransо parato :

Contrà coactus ceruus latratu canum
Fertur bisulcis vngulis, se humu leuans. Non.

HVMVS masculi. Liuius Adone: *Humum humidum pedibus fodit.* Prisc. lib. 6.

HY

HYPERION, seu Huperion, aliis pater Solis, aliis ipse sol. Dicitur (vt vult Plutarchus libro de poëta Græco) ὅτι ἀεὶ ὕπερ ἡμᾶς ἰὼν. Ennius annal. *Interea fugit albu' iubar huperioni' cursum.* Prisc. lib. 5. Laber. in Mimis:

Democrates Abderites physicus philosophus
Clypeum constituit contra exortum huperionis,
Oculos effodere vt posset splendore æreo:
Ita radiis Solis aciem effodit luminis,
Malis bene esse ne videret ciuibus.

Gell. lib. 10. cap. 17. Ouid. lib. 1. Fastorum:

Placat equo Perses radiis hyperiona cinctum.

HYSGINVM, tinctura purpurea. Plin. lib. 35. cap. 6. *Causa est quod hysgino maximè inficitur, rubeámque cogitur sorbere.* Et lib. 22. cap. 26. *Hyacinthus in Gallia eximiè prouenit, hoc ibi hysginum tingunt.* Vitruuius lib. 7. cap. 14. *Etiam purpurei colores infecta creta rubiæ radice & hysgino, non minus & ex floribus alij colores.*

I

I Et E, sæpe commutantur antiquis. Vid. E.

IA

IACTARE, querelas sine fructu dicere. Virg. Ecl. 2.

Montibus & syluis studio iactabat inani.

Idem Æneid. 1. de Æneâ:

Talia iactanti.

IACTVOSÆ, iactantes, superbæ. Cic. de oratore lib. 1. *Cùm sint luminosæ & quasi iactuosæ partes duæ.*

IANEVS, & IANETOS, pro ianitor. Antiquitus enim r, in s, mutabatur: vt *colos, odos, labos, timos, panos.*

IANVAL, libum quod soli Iano libabatur. Fest.

IB

IBVS, pro iis. Pompon. Pappo agricolâ: *Nunc quando voluisti facere, fac voluptati sies ibus.* Titin. Geminâ: *Eum acastor si moratæ sitis ambæ ibus vt ego moribus.* Ennius lib. 1. annal.

Hæc effatus ibus, latrones dicta capessunt.

Cn. Martius: *Prætor ibus ludis faciundis ollu' præsto.* Liuius. Plaut. Milite: *Quos cõsignaui hìc heri latrones, ibus vt numerem stipendium.* Et Rudente: *Simul sedent electi, nauis confracta est ibus.*

IC

ICADION, sæuissimi piratæ nomen. Lucil. Satyris:

Tam de mihi infesti quàm Rhondes Icadiónque.

ICIT, percutit. Pacuu. Armorum iudicio:

——— *nam canes*
Quando est percussa lapide, non tam illum appetit,
Qui se icit, quàm illum ipsum lapidem, quo icta est, petit.

Afranius simulante: *Offendit, frangit, rumpit, icit poculo.* Næuius Danaët

naë : *Quem quondam fulmine icit Iuppiter.* Cæcil. de mandatis : *Si vnquam quiſquam viderit quem catapulta aut baliſta icerit.* Turpil. Demetrio: *Nam ſi me iceris poſthac, credas mihi velim, dolebit.* Cato Cenſorius de Veturio: *Hoſtem nummum icit.* Non. Priſc. lib. 10. Lucr. lib. 3.

Eſſe animam cum anima coniunctam, quæ cùm animi vi
Perculſa eſt, exin propellit corpus, & icit.

Plaut. Trucul. *Frendit, icit femur.* Ibid. *Quæ hæc res eſt? hei colapho icit.* Idem Aulular. *Ibi vt piſcabar fuſcina ici vidulum.*

ICTI, pro ictus. Q. Claudius annali primo: *Deinde eodem concuſſu incidit, neque receſſit vnquam donec ſubuertit, ne gallus impetum icti haberet.* Gell. lib. 9. cap. 13.

ID

IDVLIS OVIS, quæ ſingulis Idibus Ioui mactabatur. Macr. lib. 1. Saturnal. cap. 15. *Sunt qui exiſtument Idus ab oue iduli dictus, quæ Idibus immolatur à Flamine.* Ouidius:

Idibus alba Ioui grandior agna cadit.

IE

IEIVNANVM, victimarium. Feſt.

IG

IGITVR, pro poſtea. Lucr. lib. 2.

Cætera conſimili mentis ratione pererrans
Inuenies igitur multarũ ſemina rerũ.

Plaut. Amphitr. *Sin aliter ſient animati, neque dent quæ petat, ſeſe igitur ſumma vi viriſque eorum oppidum expugnaſſere.* Idem Caſinâ: *Mox magis cùm otium mihi & tibi erit igitur tecum loquar.* Idem Moſtellar. *Miſerum eſt opus, igitur demum fodere puteum vbi ſitis fauces tenet.* Sic *ergo*, pro deinde. Propert. lib. 3. eleg. 2.

Ergo Muſarum & Sileni patris imago
Fictilis, & calami, Pan Tegeæe, tui.

IGGERVNT, pro ingerunt. Varro lib. 1. de L. L. *Aggulus, aggens, aggilla, iggerunt*, in eiuſmodi Græci & Attius noſter binam g, ſcribunt. Priſc. lib. 1.

IGNAVITAS, ignauia. Iuſtinus hiſtor. lib. 43. *Namque Phocenſes ex ignauitate ac macie terræ coacti, ſtudioſius mare quàm terras exercuerunt.*

IGNAVITER, ignauè. Lucil. Satyr. lib. 16.

Cur tam ignauiter, hoc præſertim tempore, quæris?

Quadrig. annal. lib. 2. *Qui ibi erant non ignauiter pugnando eum diem pro meliore habuerunt.*

IGNAVIT, ignarum facit. Accius Æneadis, ſeu Decio: *Fateor, ſed ſæpè ignauit fortem in ſpe expectatio.* Non.

IGNESCITVR, igneſcit. Labet. Colace: *Figura humana inimici ardore igneſcitur.*

IGNIA, vaſorum fictilium vitia. Feſt. *vetus* Gloſſis.

IGNORABILIS, & AVRO-BILIS, pro ignoto. Plaut. Pſeudolo: *Quis eſt hic qui oculis meis ignorabilis obiicitur.* Ibidem: *Peregrina videtur facies homines, & ignobilis.* Apul. lib. 5. Metam. *Iamque ad-*

rat

rat ignobilis maritus, & thorum inſcenderat, & vxorem ſibi Pſychen fecerat.

IGNOSCITE, pro cognoſcite, diſcite. Varro Gloriâ, ἀφὶ φθόνε:

Vóſque in theatro qui voluptatem auribus
Huc aucupatum concucurriſtis domo,
Adeſte, adeſte, quæ feram à me ignoſcite,
Domum vt feratis è theatro litteras.

IGNOTVS, pro ignarus. Næuius Lycurgo: *Ignotæ iteris ſumus, tute ſcis.* Cicero: *Atqui illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant.* Plaut. Menæchm. *Nam ego quidem inſanum te eſſe certò ſcio, qui mihi moleſtus, homini ignoto quiſquis es*, id eſt, ignoranti.

I L

ILLÆ, pro illius, vel illi. Lucr. lib. 4.

Hinc illæ primùm Veneris dulcedinis in cor
Stillauit gutta. Ibidem:
Quodcunque eſt rabies vnde illæ hæc ſemina ſurgunt.

ILLATEBRARE, latebris abdere. Cœlius annal. lib. 1. *Arma plerique abiiciunt, atque inermi inlatebrant ſeſe.* Gell. lib. 17. cap. 2.

ILLICÒ, pro illic, in loco. Næu. belli Punici lib. 6. *Septimum decimum annum illicò ſedent.* Caſſius Heminâ annal. lib. 1. *Et quia quò irent neſciebant, illicò manſerunt.* Idem: *Hæ perſuadet illicò manerent.* Cæcil. in Notonicaſſione: *Manete illicò. illicò*, pro illò, ad locum. Turpil. Leucadiâ: *Sed quàm longè eſt cùm iſti illicò.* Accius Euryſace: *Illicò, inquam, habitat ouis quàm propius.* Non.

ILLIC, pro ille. Plaut. Rudente: *Meum hercle illic homo ſcit qui vidulum habet, vt ego opinor.* Idem Sticho: *Illic ſoror tuam hæreditatem inhiat quaſi eſuriens lupus.* Et Trinummo: *Quò illic homo ſe penetrauit ex ædibus?*

ILLICERE, illaqueare. Næu. Lycurgo: *Alius ſublime alios ſaltus illicit, Vbi bipedes volucres lino linquant lumina.*

ILLIM, pro illinc, & ISTIM, pro iſtinc dixerunt veteres. Pompon. Pannuceatis: *Sarculum him illo profectus, illim rediſti rutrum.* Cic. ad Attic. lib. 9. *Illim ab Alexandria diſceſſiſſe nemo nunciat.* Et: *Illim equidem Cneium profectum puto.* Lucr. lib. 6.

Forma quoque hinc ſolis debet illimque videri.

ILLVBRICARE, lubricitate quadam inſinuare. Apul. lib. 2. Metam. *Et ſimul membra ſua leniter illubricans lumbis ſenſim vibrantibus ſpinam mobilem quatiens placidè decenter mundabat.*

ILLVMINVM tempus, quod lumine caret. Apul. 4. *Et ex diſciplina ſectæ ſeruato noctis illumino tempore.* Idem lib. 6. *Et currum rapacem, & terram tenacem, & illuminarum Proſerpinæ nuptiarum deme acula.*

ILLVNC, pro illum. Plaut. Mercatore: *Hercle illunc Dij infelicitent quiſquis eſt.*

I M

IM, pro eum. Lucil. Satyr. lib. 22.

Arripio roſtrum ac labias huius Zephyri, atque im

Percutio

Percutio, dentéſque aduerſos excutio omnes.

In leg. XII. Tab. SEI. LOVCEI. FORTOM. FAXSIT. TELO. QVE. SE. PRÆHENDIER. PROHIBESIT. SEI. IM. QVIPS. OCCISIT. IOVRE. CAISOS. ESTOD. Et: SEI. IN. IOVS. VOCAT. NI. TED. ANTESTANTEM. SEQVITVR. IM. CAPITO. Porphyr. lib. 2. Sermon. Terent. Phormione: *Im faxo tali immiſtum, vt hic nunc eſt, infortunio.*

IMBARBESCERE, barbatum fieri. Feſt.

IMBELLIA, belli ignorantia. Feſt. Macr. lib. 3. Saturnal. *Tunc Pœnus illudens ignauiam imbelliámque eius preciosè armatorum: Planè*, inquit, *credo, ſatis eſſe Romanis hæc, etſi auariſſimi ſunt.*

IMBER, pro quauis aqua, vt vult Nonn. & Enn. pro mari aqua poſuit, citante Seru.

— Ribúſque fremebat
Imber Neptuni.

Lucr. numerans quatuor elementa.

Ex igni, terra, atque anima naſcuntur & imbri.

IMBERBVS, pro imberbis. Lucil. Satyr. lib. 30.

Maximus argenti ſexcentum & & mille reliquit
Imberbi Androgyni barbato machocynædo.

Varro epiſt. ad Fuſium: *Quòd facie ſaturorum ſimiles ſunt, maximi ſunt atque imberbi.* Non.

IMBITO, introëo. Plaut. Epidico: *Ni ante Solis occaſum argentum hoc eloces, meam domum ne imbitas.*

IMBRICARE, humidare. Sidon. lib. 3. epiſt. 1. *Cùm ab angulis quadrifariam concurrentia dorſa criſtarum, tegulis interiacentibus imbricarentur.*

IMBRICES, tegulæ cauæ. Siſenna hiſtor. lib. 3. *Diſſipatis imbricum fragminibus ac teſtis tegularum.* Plaut. Milite: *Quòd meas infregiſti imbrices ac tegulas.*

IMBRICITOR (qui imbricus Plauto in Aſinar. & Mercat.) ὀμβροφόρος, qui imbrem mouet. Ennius lib. 17. annal.

Concurrunt veluti venti, cùm ſpiritus Auſtri
Imbricitor Aquilóque ſuo cum flamine contra
Endo mari magno fluctus attollere certant.

Macr. Satur. lib. 6. cap. 2. Apul. de mundo: *Dicitur* (Iupiter) *& fulgurator & tonitrualis, etiam imbricitor, & item ſerenator.*

IMITO, pro imitor. Gloſſæ: *Imitat*, μιμεῖται. Varro epiſt. Lat. lib. 2. *Tuum opus nemo imitare poteſt.* Liu. Achille: *Si malos imitabo, tum tu precium pro noxâ dabis.* Marcell.

IMITVS, ex imo. Apul. lib. 9. *Sub ipſa menſa quæ relliquias prandii gerebat, terra dehiſcente imitus largiſſimus emicuit fons ſanguinis.*

IMMISSA BARBA, promiſſa. Siſenna hiſtor. lib. 3. *Complures menſes barba immiſſa, & intonſo capillo.* Lucil. Satyr. lib. 30.

— neque barbam immiſeris iſtam.

Virg. Æneidos lib. 3.

Reſpicimus, dira illuuies, immiſſaque barba.

IMMOENE FACINVS, immune, id eſt, ſceleſtum. Plaut. Trinummo:

Amicum caſtigare ob meritam noxiam

xiam immœne eſt facinus.

IMMOLITVM, vt demolitum. Lex Manilia cap. 4. NE QVIS EOS LIMITES DECVMANOSVE OBSEPTOS. NEVE QVID IN EIS IMMOLITVM. NEVE QVID IBI POSITVM HABETO. Vetus S C. apud Front. lib. de aquæduct. NEI QVIS EO LOCO POST HANC LEGEM ROGATAM QVID OPPONIT MOLIT OBSEPIT FIGIT.

IMMORTALITVS, à Diis immortalibus. Turpil. Hetærâ: *Satiſne vt meum cor voluptatibus abundat? Immortalitus ſeſe mihi obtulit hæc facultas.*

IMMVNE, ſine munere. Virg. Georg. lib. 4.

Immuniſque ſedens aliena ad pabula fucus.

Cic. Philipp. 1. *Num immunitates datæ?* Plaut. Trinummo: *Is eſt immunis, cui nihil eſt quì munus fungatur ſuum.*

IMMVSSVLVS, auis augurio celebrata, quam alij regulum, alij oſſifragam, alij aquilæ pullum putant. Plin. lib. 10. cap. 7. *Sanqualem auem atque immuſſulum augures Romani magnæ quæſtioni habẽt: immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe, & ſanqualem oſſifragæ.* Maſurius *ſanqualem oſſifragam* dicit eſſe, *immuſſulum* autem pullum aquilæ, priuſquam albicet cauda.

IMPANCRARE, inuadere: à πᾶν κρέας. Varro Eccleſiâ: *Regiam arcam impancrarunt.* Non.

IMPARENS, inobiens. Feſt.

IMPATIBILIS, non ferendus, ſupra vires. Plaut. Amphitr. *Fata iſtæc me premunt, pertolerarem vim tantam, cladéſque exanclarem impatibiles.* Plin. lib. 20. cap. 18. *Sic ſcimus interemptum Liciny Cecinnæ prætorij viri patrem in Hiſpania baiuli, cùm valetudo impatibilis vitæ odium feciſſet.* Symm. lib. 2. ep. vlt. *Graue hoc & impatibile poſſet videri, niſi etiam conſenſus partium fruſtrationibus luderetur.* Idem lib. 9. epiſt. 107. *Nam mihi turpe atque impatibile eſt, attonito animo & fronte mœſtâ lætos adire conuentus.*

IMPELIMENTA, pro impedimenta: ſicut *præſilium, caſſila, Thelis, equiſelis*, pro præſidium, caſſida, Thetis, equiſetis. Vide D.

IMPENDIÒ magis & minus, pro multo magis, vel minus. Terent. Eunucho: *Impendiò magis gaudebat animus mihi.* Cic. Attico, lib. 10. *At ille impendiò magis odit ſenatum.* Plaut. Aulular. *Atque ille verò minus minúſque impendio curare, minúſque impertire honoribus.* Symm. lib. 3. epiſt. 76. *Et huiuſmodi literas impendiò flagitaret.* Idem lib. 5. ep. 8. *Et impendio poſtulo, vt humaniſſimum inceptum relligioſa cura non deſerat.*

IMPENDIOSVS, prodigus, qui multum impendit. Plaut. Bacchid. *Nimium præſtat impendioſum te quàm ingratum dicier: illum laudabunt boni, hunc etiam ipſi culpabunt mali.*

IMPENSA, pecunia in cellâ, quò minus loci occupet, compoſita: dicta quòd nondum eſſet penſa, ſed tantùm ſtipata: atque ideo ſtipes quoque vocata. Feſt. Varro lib. 4. de L. L. Hinc factum vt quæuis ſtipatio & farctura *impenſa* diceretur. Apitius: *Inde impenſam præſcriptam,*

ptam, id eſt, farcturam. Arnob. lib. 5. *Impenſarum farcturis conditis.* Pallad. lib. 1. *Impenſa pumicea farciri muros.* hoc eſt, ſtipare acerato ex pumice tuſo.

IMPENSVS, pro immenſus & ingens. Cæſar lib. 4. de bello Gall. *Quin etiam iumentis, quibus maximè Galli delectantur, quæque impenſo parant precio.* Lucr. lib. 5.

Sed violenta vini vis, atque impenſa libido. Et:

——————— *tenebræ*
Cooperiunt maria ac terras impenſa ſupernè.

Plaut. Captiueis: *Væ miſero illi, cuius iſte cibo factus eſt impenſior.*

IMPERANDVS, nouè nec inelegantèr pro eo poſitum cui imperabitur, ſeu qui imperium feret. Saluſt. Iugurthâ: *Vbi armis viríſque & pecuniâ Iugurtha ſpoliatus eſt, cum ad imperandum Thiſdrum vocaretur, rurſus cœpit flectere animum ſuum.* Cic. lib. 9. epiſt. 25. *Nunc redeo ad imperandum, vel ad parendum potiùs: ita enim antiqui loquebantur.* Horat. lib. 1. epiſt. 5.

Hæc ego procurare & idoneus imperor, & non Inuitus.

IMPERCITO, parcito. Plaut. Caſinâ: *Amabo integræ huic atque imperitæ impercito.* Idem Amphitr. *Bene vale Alcumena, cura rem communem, quod facis, atque imperce.* Et Pœnulo: *Pura ſum, comperce amabo me attrectare Agoraſtocles.*

IMPERTIO, partem do. Ennius lib. 7. annal.

——— *ſermonéſque ſuos, rerúmque ſuarum*
Comiter impertit.

Lucil. Satyr. lib. 27. *Quibus poteſt impertit.* Et lib. 28. *Soſpitat, impertit ſalutem plurimam & pleniſſumam.* Nouius Decumâ: *Si ignotis impertit, flebit facilius.* Cic. de republ. lib. 5. *Quod moleſtis ſenectutis ſuæ veſtris famulis impertire poſſit.* Non. Gell. lib. 12. Terent. Eunucho: *Plurimâ ſalute Parmenonem ſummum ſuum impertit Gnatho.*

IMPERTITVS, paſſiuè. Sueton. Claud. Cæſ. cap. 4. *Nec dubium eſt quin poſt hæc Auguſtus conſtituerit, & reliquerit eum nullo præter auguralis ſacerdotij honore impertitum.*

IMPETE, celeritate, magnitudine, copiâ. Lucr. lib. 4.

Deſpectum præbet ſub terras impete tanto. Ibidem:

Et manus vna regit quamtouis impete euntem. Idem lib. 5.

Ipſe ſuos ignis certo fert impete labens. Et:

Aut hominem tanto membrorum eſſe impete natum. Et lib. 6.

Perſcindat nubem, perfringens impete recto.

Plaut. Amphitruone: *Quis tam vaſto impete has fores toto conuulſit cardine?* Papin. Thebaidos lib. 7.

Tranſiliunt campos, aurigámque impete vaſto
Corripiunt.

IMPETIBILE, quod non debet peti, inexorabile, ἀνεπιχείρητον Gloſſis. Apul. in Apologiâ: *Et nondum pænè iam iniuriæ ſufficit: iniuriæ dico? imò enim ſceleri aduersùs parentem nefando, immani, impetibili.* Symm. lib. 10. epiſt. 55. *Nouiſſimè fortunæ cauſæ impetibilem ſcopulum fœdæ cognitionis incurrit.*

IMPETIBVS, ab impetu: verbum inſolens. Lucr. lib. 1.

Quamlibet in partem tradunt res ante ruúntque

Impetibus crebris.

IMPETRABILIS, qui poteſt impetrare. Plaut. Moſtellariâ: *Non potuit venire orator ad me magis impetrabilis.* Et Mercatore: *Impetrabilior qui viuat nullus eſt.*

IMPETRASSERE, impetraturum eſſe. Plaut. Caſinâ: *Quid ſi ego autem ab armigero impetro eam illi permittat, atque hoc credo impetraſſere.* Idem Auluları. *Et iſtuc confido à matre me impetraſſere.* Et Milite: *Credo te facilè impetraſſere.* Et Sticho: *Vtrum à patre petimus? ſpero ab eo impetraſſere.*

IMPETRIRE, verbum ex antiqua Hetruſcorum diſciplinâ: éſtque in augurio id quod in ſacrificiis *Litare.* Valer. lib. 1. cap. 1. *Cùm inquirendum vel ex his, vel ſororibus, impetrito.* Plin. lib. 18. cap. 2. *Præterea alia ſunt verba impetritis, alia depulſoriis, alia commendationibus.* Plaut. Aſinariâ: *Impetritum, inauguratum eſt, quouis admittunt aues.* Cic. lib. 1. de diuinat. *Vt nunc extis, ſic tunc auibus magnæ res impetriri ſolebant.* Et lib. 2. *Quî euenit, vt is qui impetriri velit, conuenientem hoſtiam rebus ſuis immolet?*

IMPIGRITAS, impigritia. Cic. de republ. lib. 4. *Nunquam viri fortiſſimi fortitudinis, impigritatis patientior.*

IMPILIA, πόδια, mappæ ſine villis; (ſicut *toralia*, mappæ villoſæ.) Paullus ff. lib. 33. tit. 10. l. 3. *Culcitæ, toralia, impilia.* Et lib. 34. tit. 2. l. 25. *Faſciæ crurales pedulèſque, & impilia.* quo loco ſunt veſtium genus.

IMPIO, contamino. Plaut. Rudente: *Nam hoc mihi haut labori eſt, laborem hunc potiri, ſi erga parentem aut Deos me impiaui.* Idem Pſeudolo: *Impias here, te, oratorem verberas.* Apul. lib. 3. *Habetis itaque reum, tot cædibus impiatum, reum coràm deprehenſum, reum peregrinum.* Sidonius lib. 3. epiſt. 12. *Vt locum auderent tanquam vacantem corporum baiuli raſtris funebribus impiare.*

IMPLAGARE, irretire, plagis capere. Sidon. lib. 9. epiſt. 9. *Mox te magiſtro ligati vernaculis implicaturis in retia ſua præcipites implagabuntur.*

IMPLICARE, ornare. Afran. Brunduſinis: *In parte inferiore hîc implicabatur caput fateor.* Plautus Pœnulo: *Implicat caput ad ſpeculum.*

IMPLICISCOR, implicor. Plaut. Amphitr. *Vbi primùm tibi ſenſiſti mulier implicíſcier?*

IMPOLITIAS cenſores dicebantur facere, cùm equiti æs abnegabant, ob equum malè curatum. Feſt. Agellius lib. 4. cap. 12. *Si quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum viſus eſſet, impoliticæ notabatur.* id verbum ſignificat, quaſi tu dicas, *incuriæ.*

IMPOMENTA, quæ poſt cœnam menſis imponuntur, bellaria: quaſi imponimenta. Feſt. Pompeius.

IMPORCITOR, qui arans in agris facit porcas. Idem. Columella lib. 1. cap. 10. *Et ſimiliter cùm ſemen crudo ſolo ingeſſerimus, inarabimus, imporcatúmque occabimus.*

IMPOSSIBILITAS. Apul. lib. 6. *Sic impoſſibilitate ipſa mutata in lapidem Pſyche, quamuis præſente corpore, ſenſibus tamen aberat.*

IMPOTENS, pro valdè potente dixit

xit Cicero: nam τὸ *in*, quibuſdam in verbis non negationis, aut priuationis vim habet, ſed acceſſionis & incrementi: vt Virgilio Georg. lib. 3. *incana*, pro valde cana:

Nec minus interea barbas incanaque menta
Cyniphij tondent hirci.

Sic *incuruus* apud Terentium, pro admodum curuo: & *infractus* pro valdè fracto. Virg. lib. 12. Æneid.

IMPOTENTIA, pro magna potentia. Siſenna hiſtor. lib. 3. *Sublatus impotentiâ nimiâ, atque lætitiâ animi commotus.* Cic. Tuſcul. quæſt. 5. *Qui nihil metuant, nihil agant, nihil concupiſcant, nulla impotentia efferantur.*

IMPROLES, vel IMPROLVS, qui nondum eſt adſcriptus cum prole in ciuitatem. Feſt. Contrarium *Duicenſo*: nam *Duicenſus* erat, qui cum prole in ciuitatem adſcribebatur. Gloſſarium: *Improles*, μήπω πολιτούμενος. *Improlus* alioqui dicitur qui ſine prole eſt; & iuxta Marium Victorinum, qui necdum vir eſt.

IMPVDICATVS, & IMPVDICVS, ſtupratus, pathicus, maſculam paſſus venerem. In carmine libero:

Prædictam tibi ne negare poſſis,
Si fur veneris, impudicus ibis.

Alio nomine *flagitatus* dicebatur, & *intercutitus*. Cato: *Intercutibus ſtupris flagitatus.* Apuleius: *Nudatum, ſupinatúmque in ventrem execrandis vredinibus flagitabant.*

IMPVRATVS, maculatus, impurus. Plaut. Aulularià: *Quid impurate, quamquam Volcano ſtudes, cœnæ ne cauſa, aut tuæ mercedis gratiâ: Nos noſtras ædes poſtulas comburere?* Terent. Phormione: *Impuratus vt ille me etiam irrideat?* Ibid. *Tum hunc impuratum poterimus noſtro modo vlciſci.* Apul. lib. 2. Metam. *Quin abis, inquam, impurata beſtia, ſtéque ad tui ſimiles muſculos recondis?* Idem lib. 9. *Nec ſaltem tam nefario illo ſcelere, impuratiſſima illa capita confutari potuere.*

IMPVRITIÆ, impuritates. Plaut. Perſâ: *Trecentis verſibus tuas impuritias traloqui nemo poteſt.*

IN

IN præpoſitioni indifferenter antiqui vel accuſandi, vel auferendi caſum iungebant, contra quàm vulgò habent Grammaticorum canones. Cic. pro lege Manilià: *Cùm noſtros portus, atque eos portus, quibus vitam ac ſpiritum ducitis, in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis.* Cæcilius Syracuſis: *Tanta huic inuaſit in corde indulcitas.* Lucil. lib. 30. *In canino rictu oculiſque inuolem.* Plaut. Amphitruone: *Quid iſtuc in mentem eſt tibi?* Ibid. *Numerò mihi in mentem fuit.* Et: *Certum eſt, introrumpam in ædibus.* Et: *Pergam in ædibus nunc.* Cic. de orat. lib. 1. *Vt ſe abiiceret in herbâ.* Et de amicitiâ: *Vt ab amicis in magnam aliquam rem peccantibus non diſcedant.* Cæſar de bello Gall. lib. 6. *Ne deſperatâ ſalute ſe in Manapiis abderet.* Sueton. Octauiano, cap. 13. *Iam iſtam inuolucrum poteſtatem fore.* Plaut. Epid. *Illum audiui in amorem hærere apud neſcio quam fidicinam.* Et Pœnulo: *Patrue, facito in memoriam vt habeas.* Item Moſtell. *Argumentaque in pectus multa inſtitui meum.* Apul. lib.

6. Metam. *Si verè Iupiter mugiuit in bouem.* Lucr. lib. 2.

——— *neque in lucem exiſtunt primordia rerum.*

Ouid. Metamorph. lib. 3.

——— *coniectum in viſcere ferrum.*

Virg. Æneid. lib. 6.

Exciderat puppi, mediis effuſus in vndis.

Varro de L. L. lib. 4. *Quâ in Calio monte itur.* Terent. Eunucho: *Videtur eſſe in tantum honorem.* Ibid. *Deinde illam in lecto illæ collocant.* Et Adelphis: *Te plurima in hanc rem peccare.*

INACVIT, bilem mouit. Apul. 5. *Nec ſi tibi etiam, vt par eſt, inacuit noſtra contumelia, conſilium validum ambæ requiramus.*

INADIBILIS, inacceſſus. Sidon. lib. 2. epiſt. 3. *Is quidem ſanè circa principia ſui ſolo paluſtri voraginoſus, & veſtigio inſpectoris inadibilis eſt.*

INÆ, ſubtiliſſimæ intercurſantes venæ, & filamenta fibrarum tenuia, qualia in chartis veterum. Inde *Ilia*, vt ait Feſtus. Marcellus Empiricus: *Ad vlcera in anu facta chartæ combuſtæ, ſeu inarum eius drachmam.* Varro de R. R. lib. 8. cap. 5. *Qui vt hoc intelligant, concutiunt* (oua) *errare, quòd inas vitales confundant.*

INANILOGVS, inania blaterans. Plaut. Pſeudolo: *Surdus ſum: profectò inanilogus es.*

INANIMENTA, & INANIÆ, inanitates. Plaut. Aululár: *Nam hîc apud nos nihil aliud eſt quæſti furibus, ita inaniis ſunt oppletæ atque araneis.*

INANIMVS, ſine anima, mortuus. Cic. offic. lib. 2. *Quæ ergo ad vitam hominum tuendam pertinent, partim ſunt inanima, vt aurum, argentum.* Idem Hortenſio: *Nam cùm omnis ſolertia admiranda eſt, tum ea quæ efficit, vt quæ inanima ſunt, vinere & ſpirare videantur.*

INARCVLVM, virga erat ex malo Punicâ incuruata, quam regina ſacrificans in apice geſtabat. Hæc virgula in Flaminibus vocatur *Stroppus*, in Flaminicis *Inarculum.* Eandem *ſurculum* appellat Gell. lib. 10. cap. 15. de Flaminicâ loquens: *Et quod in rica ſurculum de arbore felici habet.*

INAVDITA ANIMALIA, quæ auditus ſenſu carent. Gell. lib. 7. cap. 6. *Quædam animalium aliud alio ſenſu carent, & à natura gignuntur, aut inodora, aut inaudita.*

INBALNITIES, ἀλυσία. Lucil. Satyr. lib. 20. *Hic cùm cruciatur fame, frigore, illuuie, inbalnitie, inperfundie, incuriâ.* Non.

INCALARE, inuocare, à καλεῖν: vnde *incalationes*, inuocationes; & *incalatiuè.* Feſt.

INCENDERE, antiquis pro celebriorem reddere. Varro ταφῇ μεγίστῃ: *Edones Romam, vt turba incendat annonam.* Plautus Trinummo: *Si iſtuc vt conare facis indicium tuum incendes genus.* Virg. in Ætnâ:

Nunc opus artificem incendit, cauſſámque repoſcit.

Similiter Auguſtus Cæſar:

Nos forum aleatorium excalfecimus.

INCERARE deorum genua dicebantur illi, qui votum ſuſceptum ſignificabant, séque voti reos conſtituebant: etenim nuncupata & in charta concepta conſcriptaque vota Deorum genibus cerâ obſigna-

ta

ta adfigi mos erat. Iuuenalis Satyrâ 10.

Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.

Cornutus in Satyrâ primam Perſij ait, in vſu fuiſſe apud antiquos, vt citreis tabellis parietes ornarentur, quas & cerâ incerabant, vt quidquid in animum veniebat, ſtatim poſſent notare.

INCERTAT, incertum facit. Pacuu. Duloreſte: *Sed incertat dictio, quin rem expedi.* Plaut. Epidico: *Longa dies meum incertat animum.*

INCESTARE, polluere, inceſtum committere. Plaut. Pœnulo: *Earum hic alteram efflictim perit, neque inceſtauit vnquam.* Papinius in epicedio filij:

——— *quas inceſtauimus aras?*
Numquid inacceſſo poſui veſtigia luco?
Num vetito de fonte bibi?

Tranq. in Tiberio Cæſare, cap. 43. *Excogitauit ſedem arcanarum libidinum, in qua conquiſiti vndique puellarum & exoletorum greges, monſtroſique concubitus repertores triplici ſerie connexi, inuicem inceſtarent ſe coram ipſo.* Sidon. lib. 2. epiſt. 13. *Qui quod verbis inuerecundis aurium publicarum verecundiam inceſtant, granditer ſibi videntur facetiari.*

INCESTE', flagitioſè, impurè. Lucr. lib. 1.

Sed caſta inceſtè nubendi tempore in ipſo
Hoſtia concideret mactatu mœſta parentis. Cic. pro Cal.
Ideo aquam adduxi, vt tu ea inceſtè vterere?

INCICVR, immanſuetus, ferus. Pacuu. *Reprime incicorem iracundiam.* Non.

INCILARE, increpare, maledictis inſequi. Pacuu. Duloreſte: *Si quis me hac oratione incitet quid reſpondeam?* Accius Meleagro: *Quis erit qui me non ſpernens, incilans probris, ſermonem indecorans, turpi famâ differet?* Idem Clytemneſtrâ: *Mater mea iure factum incilas, genitorem iniuſtum approbas.* Lucil. Satyr. lib. 30.

Nunc, Cai, quoniam incilans nos lædi' viciſſim.

Lucr. lib. 3.

Iure, vt opinor, agat: iure increpet, incilétque.

INCILES, foſſæ ad deducendam aquam factæ. Cato cap. 155. *In monte inciles plures habere oportet.* Apul. lib. 9. *Lacunoſis incilicibus voraginoſam, partim ſtagnanti palude fluidam, & alibi ſubluuie cænosâ lubricam.*

INCIPISSO, pro incipio. Plaut. Captiueis: *Fiat, abſcedite hinc, nos concedamus huc, ſed breuem orationem incipiſſe.* Idem eadem: *Tantum incipiſſet facere cum tantis miris.* Ibidem: *Maximas nugas ineptiáſque incipiſſo, hæreo.* Et Milite: *Nunc ſic rationem incipiſſam, ſic hanc inſtituam aſtutiam.*

INCISIM. Cic. de oratore lib. 2. *Hæc quidem binis pedibus inciſim, deinde membratim dicere ſolebas.*

INCITA, paupertas, egeſtas. Lucil. Satyr. lib. 3.

Illud ad incitâ cùm redit atque internecionem. Et lib. 15.
Villicum Ariſtocratem mediaſtinum atque bubulcum
Commanducatus corrupit ad incitâ adegit. Apul. lib. 3. Metam.
Tunc opulentiæ nimiæ nimio ad extremas

mas incitas deducti.

Plaut. Pœnulo: *Profectò ad incitas lenonem rediget, si eas abduxerit.* Et Trinummo: *Hem hic nunc cuius est? vt ad incitas est redactus! Incita* etiam Glossis μανία.

INCITAS antiqui vocabant fines, seu terminos, quos ampliùs promouere non licebat: & qui eò redacti erant, vt nullum certum rerum suarum consilium capessere possent ad incitas redacti dicebantur. Varro lib. 6. de L. L. *Templa tescaque incita sunto, quoad ego castè lingua nuncupauero.*

INCITEGA, machinula in qua constituebatur in conuiuio vini amphora, ne labem ex fundo in mensa relinqueret; ac qua subinde differrentur vina. *Circulum* Martialis vocat:

Nobilius villosa tegant tibi gausapa citrum,
Orbibus in nostris circulus esse potest.

INCITVS, incitatus. Cic. de natura Deorum lib. 2. ex Accio: *Sicut inciti atque alacres rostris perfremunt Delphini.* Lucr. lib. 1.

Principio venti vis verberat incita portus. Et lib. 5.

Multa videmus enim cælestibus incita ventis
Fulgere. Idem lib. 6.

Fit quoque vt interdum validi vis incita venti.

INCLAMARE, maledictis insectari. Ouid. Amorum lib. 1. eleg. 7.

Nónne satis fuerat timidæ inclaclamasse puellæ?

Plaut. Epidico: *Etiámne inclamitor quasi seruus?* Idem Sticho: *Tuos inclama, tui delinquunt.* Et Asinariâ: *Nimis ægrè risum continui, vbi hospitem inclamauit, qui se absente mihi fidem habere noluisset.*

INCOENIS, incœnatus. Plaut. Casinâ: *Cupiunt extrudere incœnem ex ædibus, vt ipsæ solæ ventres distendant suos.*

INCOMES, & INCOMITATVS, qui sine comite. Fest. Virg. lib. 2. Æneid.

—— quâ se ferre incomitata solebat
Andromache.

Lucr. lib. 6.

Incomitata rapi certabant funera vasta.

INCOMITIARE, ita conuitari, vt propterea necessum sit in comitia venire. Fest. Plaut. Curcul. *Adolescens ob rempublicam hoc intus mihi quod insigne habeo, quæso ne me incomities.* LY. *Licétne inforare si incomitiare non licet?*

INCONCILIARE, irritare, dolosè decipere. Plaut. Bacchid. *Accuratum habuit quod posset malum facere, & in me inconciliare copias omnes meas.* Idem Mostell. *Is tibi & fœnus & sortem dabit, ne quid nos inconciliare porrò postulas.* Et Persâ: *Sed credo quia non conciliauit ante eum.* Et Trinummo: *Inconciliásti eum, qui mandatus est tibi.*

INCONNIVVS, nunquam conniuens. *Vigilia inconniua* Apuleio dicitur, cùm nusquam grauati somno oculi conniuent, sed aperti micantésque adspectu vegeto peruigilãt. Apul. lib. 6. *Longa colla porrecti sæui dracones, inconniua vigiliæ luminibus addictis, & in perpetuam lucem pupillis excubantibus.*

INCONSPRETVS, non improbatus. Fest.

INCONSVLTVS, cui nullum datum est consilium. Virg. Æneidos lib. 3.

lib. 3. (*Sibylla.*
Inconsulti abeunt, sedémque odere

INCOXARE, in coxam sidere. Pompon. Pannunceatis: *Neque interim cacandi causa vnquam incoxaui, nate.*

INCREBRARE, crebrò facere, iterare. Plaut. Trinummo: *Si raræ noctes dant, ab animo perit; sin increbruit, ipsus gaudet, res perit.*

INCREPITVS, increpatus. Apul. Apologiâ: *Sed ne quidquam tentatâ eius grauitate, vltro ipse leuitatis & inconstantiæ increpitus.*

INCRVSTATVM, crustis coopertum. Varro ταφῇ μωίπτω: λιθόστρωτα *pauimenta, & parietes incrustatos.* Horat. lib. 1. Satyrâ 3. *Sincerum cupimus vas incrustare.* Varro de R. R. lib. 3. cap. 14. *Ollam cum foramine incrustent sapâ & farre vbi pascantur, quæ foramina habeat, vt intrare aër possit.*

INCVBITATVS, stupratus, pædicatus. Plaut. Persâ: *Video ego te iam, incubitatus es.*

INCVRIVS, pro incuriosiùs. Iustinus histor. lib. 5. *Sed cùm hinc pro patriâ summis viribus, inde pro alienâ donatione incuriùs pugnaretur.*

INCVRSAX, crebras faciens incursiones. Sidon. lib. 8. epist. 12. *Ac si tibi nunc esses ad limitem Danubinum, contra incursaces Massagetas proficiscendum.*

INCVRSIM, celeriter. Cæcil. Fallaciâ; *Nullus sum, nisi meam rem iam omnem propero incursim perdere.*

INCVRVICERVICVM pecus, & RVDENTISIBILVS apud Pacuuiũ posita inuenimus: in componendis enim dictionibus nimio plus sibi indulserunt veteres. Hinc *repandirostrum, & cortinipotens* Lucilio:

Húnccine ego inquam Hyacinthi hominem cortinipotentis
Deliciis contendi? Et Pacuu.
Tu curuifrontes pascere armenta soles.

Laber. de ariete: *Reciprocornem, Ianicutem, vestitrahum*; quod Græci στρεψικέρωτα, δασύμμαλλον, ἱλικοπέπλον, dicerent. Enn. annalibus: *Bellipotentes sunt magè quàm sapientipotentes.*

Varro in Satyrâ Magnum talentum: *Detotonderat forcipibus viticapiferis.* (quasi vitia capientibus, ferentibus.) Idem sexagesimo: *Nec quassagipennas anates, tremipedas.* Næuius in Alcesti: *Trisecliscnem, dulcioriloquum,* Nestorem appellat: quæ vt nimium poëtica notat Gellius. *Camphippelephantocamelos* dixit Lucilius, transuerso ordine, ex hippocampo, elephanto, camelo. Petron. Arbiter Satyr.

Ciconia etiam grata peregrino hospita,
Pietaticultrix, gracilipes, cratalistria,
Auis exulhyemis.

Neque ab loco alienum est Hegesandri antiqui poëtæ epigramma Græcum in Sophistas.

Ὀφρυανασπασίδαι, ῥινεγκαταπαξογίνειοι,
Σακκογενειοτρόφοι, καὶ λοπαδαρπαγίδαι.
Γματαναπερίβαλλοι, γναθοκαυλιπελάοι,
Νυκτιλαφραιοφάγοι, γυκταπατηλάγιοι.
Μειρακιξαπάται, καὶ συλλαζοπευσιλαζηταί,
Δοξοματαιόσοφοι, ξυταρῆκοσιάδαι.

Quod imitatione Græcorum hoc modo vertit Ioſeph. Scaliger in coniectaneis ad Varronem:

Siloni caperones, vibriſſa ſperomenti,
Manticobarbicolæ, exterebropatinæ,
Planipedatque lucernitui, ſuffarcinamicti,
Noctilandiuori, Noctidoloſtudij.
Pullipremoplagij, ſutelo captiotricæ,
Rumigeraucupidæ, nugicanoricrepi.

INCVRVISCERE, pro incurueſcere. Vetus poëta apud Ciceronem Tuſc. quæſt. lib. 1. *Arbores frondeſcere, ramos baccarum vbertate incuruiſcere.*

INDE LOCI, pro eo loco, eo tempore. Gloſſæ, *inde loci*, τότε ἐνεῦτα. Ennius lib. 1. annal.

Conſtitit inde loci propter ſos dia Dearum. Idem:

Inde loci lituus ſonitus effundit acutos. Lucil. Satyr. lib. 30.

Multis inde loci ſermonibu' concelebrarunt. Lucr. lib. 5.

Sic noua cùm tellus herbas virgultaque primùm
Suſtulit, inde loci mortalia ſæda creauit. Cic. Prognoſticis:

Humidus inde loci contriſtat aquarius orbem.

INDECORIS, indecorus. Accius Athamante: *Cuius ſit vita indecoris, mortem fugere turpem conuenit.* Virg. Æneid. lib. 12.

Sunt aliæ innuptæ Latio & Laurentibus agris
Nec genus indecores.

INDEFENSE, indiſtinctè, vel nuda conuentione facta. l. pen. in fin. C. de conſt. pec.

INDEPISCI, aſſequi, conſequi. Plaut. Sticho: *Senex quidem voluit, ſi poſſet indepiſci de cibo, quia nequiuit qua lege licuit velle dixit fieri.* Idem Trinummo: *Multas res ſimitu in corde meo verſo, multum in cogitando dolorem indepiſco.*

INDEPTA, adepta, accepta, vel aſſequuta. l. vlt. C. de profeſſ. & med. lib. 10. Lucr. lib. 3.

Quod ſimul atque hominem lethi ſecura quies eſt
Indepta, atque animi natura animaquæ receſſit.

Plaut. Epidico: *Nempe quem in adoleſcentia memorant apud reges armis arte duellicâ diuitias magnas indeptum.*

INDICINA, indicium. Apul. lib. 7. *Sed planè ſolutum, concitatum, ſolitarium, ob indicinæ præmium occupaſſe.*

INDICTIVVM FVNVS, ad quod per præconem inuitabatur populus, his verbis: TITO LIVIO. T. F. EXSEQVIAS IRE QVEIS COMMODVM EST TEMPVS EST. OLLVS AEDIBVS EFFERTVR.

INDIDEM, ex eodem loco. Plaut. Ciſtellaria: *Indidem vnde oritur facito vt facias ſtultitiam ſepelibilem.* Idem Milite: *Salua es indidem.* Et Pſeudolo: *Quòd ſi opus ſit vt dulce promat indidem, ecquid habet?*

INDIGES, veteri verbo Roma vocata. Frontin. *Romana vrbs, Indiges, terrarúmque Dea; cui par eſt nihil, & nihil ſecundũ. Æneas quoque indiges dictus, eique templa conſtructa, cum in certamine contra Mezentium nunquam comparuiſſet.*

INDIGITAMENTA, libri erant pontificiales, ab indigitando, id eſt, imprecando dicti: continebántque nomina Deorum, atque

que ipsorum nominum rationes. Fest. Glossarium: *Indigitamenta, ἱερατικὰ βιβλία.* De indigitamentis C. Flaccus librum composuit, eúmque ad Cæsarem misit; vt meminit Censorinus, cùm de nomine & potestate Genij differit. *Indigitamenta* etiam à quibusdam pro incantamentis & veneficiis exponi scimus.

INDIGITES DII vocantur qui post funera immortali gloriâ consecrati, & in Deorum numerum recepti sunt, nominibus plerumque immutatis, nouísque cooptatis: siquidem Romulus *Quirinus* vocatus, Iuno *Matuta*, Leucothea *Albunea*, Melicerta *Palæmon*, & *Protumnus*, Leda *Nemesis*, Circe *Marica*, Nersilia *Hora*, Rhea *Deorum mater*, Idea *Dindymena*, Philena *Possinuncia*, Cybeles *Berecynthia*. Indigites autem Deos plerique colunt populi: *Indi* Iouem pluuialem & Gangem fluuium carmine incondito venerantur: *Meroitæ* Herculem, Pana, & Isidem: *Germani* Tuiscónem, & Mannum filium eius: *Asiymphalissi* Achillem: *Persæ* Amanum & Anandotum: *Veneti* Diomedem: *Ægyptij* Isidem: *Mauri* Iubam: *Pœni* Vranum: *Macedones* Gabirum: *Latini* Faunum: *Siculi* Adoanum: *Libyci* Psaphonem: *Thraces* Zamolxin: *Syri* Astartem, Agad & Agartim: *Arabes* Diasarem: *Horici* Tibileneum: *Afri* Cælestum: *Ægyolenses* Maceranas Deas: gens iuxta Naucratim Ægypti, Theuthum, ne omnes percéseam Deos, velut præsentissima numina coluerunt; qui omnes post funera diuinitate donati sunt, Diíque indigites post consecrationem habiti. In Pontificum libris *Dij indigetes* dicti, quorum nomen vulgari non liceret: autores sunt Verrius, Festus, Dionysius.

INDIGNITAS, improbitas, magnitudo. Symmachus lib. 2. epist. 32. *Relatio viri spectabilis fratris nostri vicarij, indignitatem deprehensi sceleris eloquetur.* Idem lib. 5. epist. 64. *Externos quoque & memorati viri nescios causæ vrit indignitas.*

INDIPISCERE, petere, vsurpare. Plaut. Aululariâ: *Nec partem tibi ab eo quiqui est indipisces, neque furem excipies?*

INDIPISCO, & INDIPISCOR, adipiscor. Plaut. Asinariâ: *Nam si huic occasioni tempus sese subterduxerit, nunquam ædepol quadrigis albis indipiscet postea.* Idem Rudente: *Magna hercle præda est, largiter mercedis indipiscar.*

INDISCRETE', sine causa. l. cùm indebito. §. vlt. ff. de probat.

INDISCRIMINATIM, indifferenter, indiscretè. Varro lib. 4. Analog. *Quibus nos in hoc libro proinde vt nihil interfit, vtemur indiscriminatim, & promiscuè.*

INDOLENTIA, priuatio doloris, ἀναλγησία Stoica. Cic. offic. lib. 2. *Vt qui rem expetendam, vel voluptate, vel indolentiâ metuuntur.*

INDVFORVS, senatus, quasi in foro versans. Ennius Annali septimo:

——— *magna cùm lapsa diei*
Pars foret, è magnis rebus summísque gerundis
Consilio, indufora lato sanctóque senatu. Gell. lib. 12. c. 4.

INDVGREDI, ingredi. Lucr. lib. 4.

Aera ſi credas priuatum lumine poſſe
Indugredi.

Sic *Indupedire*, pro impedire. Lucr. *Induperator*, pro imperator. Iuu.

INDVLCITAS, acerbitas. Cæcil. Syracuſis: *Tanta huic inuaſit in corde indulcitas.* Non.

INDVLGITAS, indulgentia. Siſenna hiſt. lib. 3. *Baſſus aſſiduitate & indulgitate victus.*

INDV MARI, in mari. Lucil. Satyrarum lib. 30.

Omnia tum indu mari videas ferueute micari. Idem lib. 1.

Jactare indu foro omnes, & decedere nunquam.

Non. Lact. lib. 5. cap. 9.

INDVTVI EST: formula loquendi antiqua, cuiuſmodi loquutiones in deliciis authoribus optimis. Marcellus: *Caſtula eſt palliolum præcinctui.* Cic. Tuſc. 5. *Mihi amictui eſt Scyticum tegmen.* Symmach. lib. 3. epiſt. 10. *Illa veſtis decenter indutui eſt, quæ non trahit puluerem.* Tacitus lib. 6. gerere dixit veſtem indutui. Apul. lib. 2. Florid. *Habebat indutui ad corpus tunicam interulam.*

INDVVIÆ, tunicæ ſerpentum. Iſidor. aut arborum cortices, aut quoduis aliud indumentum. Plaut. Menæchmis: *Quid hoc eſt? induuiæ tuæ, atque vxoris exuuiæ.*

INEBRA, omnia quæ aliquem morantur: vnde *inebræ aues*, quæ in auguriis aliquid prohibebant. Iſid. lib. 12. cap. 1. Seruius: *Certa auium genera ab auguribus appellantur, quæ pennis vel volatu omina poſſunt facere, quæſi fuerint proſperæ, præpetes; ſi aduerſæ, inebræ dicuntur.*

INEFFVGIBILIS, ineuitabilis. Apul. de mundo: *Rerum ineffugibilis neceſsitas vltionis.*

INENORMIS, non enormis, non immodica. Apul. lib. 2. Metam. *Inenormis ſucculenta proceritas, gracilitas rubor temperatus.*

INEPTITVDO, ineptia. Cæcil. ἀπαζομένη: *Qui homo ineptitudine cumulatus cultum oblitus eſt.*

INERMAT, armis ſpoliat. Feſt.

INERMVS, pro inermis. Cæcil. Hymnide: *Nihil agit in amore inermus.* Siſenna hiſtor. lib. 4. *Plerique inermi in caſtra effugiunt.* Saluſt. bello Iugurth. *Neque quemquam decere qui manus armauerat ab inermis pedibus auxilium petere.* Claudius annal. lib. 1. *Arma plerique abiiciunt, atque inermi illatebrant ſeſe.* Gell. lib. 17. cap. 2. Plaut. Bacchid. *Poſtea cum magnifico milite, vrbes verbis qui inermus capit, conflixi.* Lucr. lib. 5.

——*nam facile ollis*
Omnia cedebant armatis nuda, & inerma.

Virg. Æneidos lib. 12.

Tum ſtudio effuſæ matres, & vulgus inermum.

Sic *gracilus, hilarus, imberbus, proclinus, ſterilus, ſublimus.*

INEXTINGVIBILIS. Varro in Catone, vel de liberis educandis: *Mala enim conſuetudo diu importata eſt inextinguibilis.*

INFABRE, fœdè. Pacuu. Nyptris:

Barbaricam peſtem nauibus noſtris intulit
Nouâ figurâ factam commiſſam infabrè.

Horat. lib. 2. Satyrâ 3.

Quid ſculptum infabrè, quid fuſum durius eſſet.

INFECTORES, qui lanam alieno colore imbuunt. Plaut. Aul. *Iámque hos abſolutos cenſeas, cùm incedunt*

dunt infectores crocotarij, Aut aliqua mala crux ſemper eſt qui aliquid petat. Plin. lib. 20. cap. 7. *Quartò infectores lanarum vtuntur.*

INFELICITO, infelicem reddo. Cæcil. Nauclero: *At te Dij omnes infelicitent cum malè monitâ memoria.* Plaut. Caſinâ: *Dij me & te infelicitent ſi ego in os meum vini hodie guttam indidi.* Idem Epidico: *Dij te immortales infelicitent, vt tu is gradibus grandibus.* Et Mercatore: *Herclè illum Dij infelicitent quiſquis eſt.* Rudente: *Hercules iſtum infelicitet cum ſua licentiâ.*

INFERIÆ, ſacrificia quæ diis manibus fiebant, χοαὶ Græcis dictæ: vbi lac, mel, aquam, vinum, oliuas, mortuorum ſepulcris inferebant: flores etiam ſpargebant. Lucr. lib. 3.

Et nigras mactant pecudes, & manibus diuis
Inferias mittunt.

Virg. lib. 9. Æneidos:

Abſenti ferat inferias, decorétque ſepulcro. Et lib. 10.

Viuentes rapit inferias, quas immolet vmbris.

INFERIVM VINVM, quod in ſacrificando inter pateræ labrum ponebatur. Feſt. Cato: *Macte hoce vino inferio eſto: macte hace dape polucenda eſto.* Arnob. adu. gent. lib. 7.

INFERNAS, & SVPERNAS, inferus, ſuperus. Plin. lib. 16. cap. 39. *Et ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur.*

INFICETE, pro infacetè. Solin. cap. 4. *Non inficetè Torannius.* Plin. lib. 35. cap. 4. *Oſtendens in tabulâ pictum inficetiſſimè gallum exerentem linguam.* Catullus: *Pleni ruris & inficetiarum.*

INFICIATORES, falſi criminis obiectores. Cic. de orat. lib. 1. *Non intelligebat, vt ſi illi inficiatores probaſſent iudici, ante petitam eſſe pecuniam, quàm cœpta eſſet deberi.* Martialis lib. 1. epigr.

In ius ô fallax, atque inficiator eamus.

INFILARE, veteres pro amicire & velare, cùm contrà *exſuere* dicerent *exfilare.* Hinc *Infula*, quæ caput velat.

INFINDERE, intercipere, interponere. Feſt. Virg. Bucolicis:

——— *quæ cingere muris*
Oppida, quæ iubeant telluri infindere ſulcos.

INFINIBILIS, infinitus. Apul. de dogm. Platonis: *Cùm viduata ſit fine, infinibilis rectè videri poteſt.*

INFINITAS, ἀοριστία, ἀπειρία, æternitas. Cic. Academ. 4. *At hic Anaximandro, populari & ſodali ſuo non perſuaſit: is enim infinitatem rerum dixit eſſe, in qua omnia gignerentur.*

INFINITIO, infinitas. Cic. de finibus lib. 1. *Quorum incurſionem non ſolùm videamus, ſed etiam cogitemus, infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo eſt.*

INFIT, pro incipit. Lucr. lib. 3.

Commutare animum quodcunque adoritur & infit.

Idem lib. 5.

Illa quoque expergefactum caput erigere infit.

Plaut. Rudente: *Infit lenoni perſuadere, vt ſecum eat in Siliciam.* Et Aulul. *Homo ad prætorem plorabundus deuenit, infit ibi poſtulare, plorans, eiulans.* Sulpicia Poëtria in Eclogâ de edicto Domitiani:

Hæc ego. tum paucis Dea me dignarier infit.

INFORO, in forum diuulgo. Plaut. Curculione: *Licétne inforare, ſi incomitiare non licet? Non inforabis me quidem: non mihi placet tuum profectò neque forum, neque comitium.*

INFREQVENTATVS, frequenter non vſurpatus. Sidon. lib. 9. epiſt. 15. *Nam metrum diu infrequentatum, duriùs texitur.*

INFVMARE, deprimere, infumum facere. Apul. lib. 1. de aſino aureo: *Cælum deponere, terram ſuſpendere, fontes durare, mentes diluere, manes ſublimare, Deos infumare.* Idem de Deo Socr. *Ingenia illa ad beatitudinem ſublimata ſunt, hæc ad miſerias infumata.*

INGENICVLARE, γονυπετεῖν, in genua cadere. Lamprid. in Heliogabalo: *Ita vt ſubitò veſtes ad pedes defluerent, nudúſque vna manu ad mammam, alterâ pudendis adhibita ingenicularet.* Hunc actum forma non abſimili deſcribit Apul. lib. 1. *Planiore in ripæ margine implicitus in genua appronat ſe, auidiùs affectans portionem.* Nec non Virg. lib. 3. Æneid. [næ.

——genibúſque aduerſæ oblector are-

INGENERARI, innaſci. Cicero Academ. lib. 3. *In tanta animalium varietate, homini vt ſoli cupiditas ingenerareturcognitionis, & ſcientiæ.* Idem pro lege Agrariâ: *Ingenerantur hominib ismores à ſtirpe generis, vel ex his rebus.*

INGENIVM, natura. Virg. Georg. lib. 2.

Nunc locus aruorum ingeniis, quæ robora cuique,

Quis color.

Saluſt. hiſtor. lib. 5.

Caſtriſque collatis pugna tamen ingenio loci prohibebatur.

INGENIVM, ſpontè. Næuius Lycurgo:

Vos qui regalis corporis cuſtodiam
Agitis, ite actutum in frondiferos lucos
Ingenium arbuſta nata ſunt, non obſita.

INGENVATVS, ingenuè ac probè moratus. Plaut. Milite: *Qui lepidè ingenuatus eſſet, vitam longinquam darent. Ingenuatus*, ingenioſus. Apul. Florid. *Verſatus aliquin, & ingenuatus ad aſtutiam facilè perducit.*

INGENVITAS, candor, veritas. Apul. de Mundo: *Sed conducere ac decere tam bonas artes, & eiuſmodi operam cum ingenuitate profeſſionis ſuæ credidit.* Sidon. lib. 1. epiſt. 2. *Laudans in te tam delicatæ ſollicitudinis ingenuitatem.*

INGRATIS, vel INGRATIIS, illubenter, grauatim & citra voluntatem. Lucr. lib. 3.

Effugere haut poteris, ingratis hæret & angit.

Idem lib. 3. *Atque pericula tunc ingratis inſinuandum.* Cornel. Nepos in Themiſtocle: *Hoc eò volebat, vt ingratis ad pugnandum cogerentur.* Terent. Eunucho: *Opus faciam vt defatiger, ingratis vt dormiam.* Plaut. Mercatore: *Tuus pater vult vendere tuam amicam tuis ingratiis.* Idem Caſinâ: *Vobis inuitis, atque amborum ingratiis.* Cic. in Verrem: *Reticebunt quæ poterunt, libenter: dicent, quæ neceſſe erit, ingratiis.* Idem pro Quintio: *Extorquendum eſt inuito, atque ingratiis.*

INGRATVS, pro gratiam non relaturus. Sidon. lib. 4. epiſt. 11. *Igitur vt dicere inſtitueramus huic etiam,*

uam, vt eſt illud Maronianum, cinere ingrato naniam condidimus triſtem.

INHONESTAMENTVM, dehoneſtamentum. Apul. Apolog. *Qui ſedulo labore nequid inhoneſtamenti aut maculæ in me admittam.*

INIBI, pro ibi. Afran. Materteris: *Poſtquam vidit ſe inibi eſſe ignotam, paruulam ſororibus commendat.* Pacuu. Iliorâ: *Profectò aut inibi eſt, aut iam potiuntur Frugum.* Cæcil. Plocio: *Libérne es? non ſum, verum inibi eſt.* Plaut. Captiueis: *Et inibi olim emit amiſſum filium.* Sic *inantè, poſtantè, exantè.* Propert. elegiar. lib. 2.

Si quis vult formâ tabulas anteire vetuſtas,
Hic dominam exemplo ponat inante meam.

Varro lib. 5. de L. L. *Poſtante conuentionem habeat.* Apul. lib. 1. Metamorph. *Proximo exante Pœcilen portum, iſto gemino obtutu circulatorem adſpexi.*

INIECIT, pro iniecerit. Plautus Perſâ: *Vbi quadruplator quempiam iniecit manum, Tantidem ille illi rurſus iniiciat manum.*

INIGERE pecus dicebant ruſtici, cùm id à paſcuis domum cogerent: vt contrà *exigere*, cùm è ſtabulis educebant. Varro de R. R. lib. 1. cap. 2. *Hoc etiam nomine Athenis in arcem non inigi, præterquam ſemel ad neceſſarium ſacrificium, ne arbor olea, quæ primùm dicitur ibi nata, à capra tangi poſſet.* Idem lib. 4. de L. L. *Propè hunc vicus ſceleratus, dictus à Tullià Tarquinij ſuperbi vxore, quòd cùm ibi iaceret pater occiſus, ſupra eum vt inigeret carpentum multo iuſſit.*

INIMICABILIS, inimicus. Sidon. lib. 6. epiſt. 3. *Qui in eum licet ſtimulis inimicabilibus excitatur.*

INIMICARE, inimicum facere. Horat. lib. 4. odâ vlt.

Non ira quæ procudit enſes,
Aut miſeras inimicat vrbes.

Sidon. lib. 5. epiſt. 19. *Facinus indignum quod vos nóſque inimicaſſet, niſi protinùs ſciſſem te neſciſſe faciendum.*

INIMICITIAM, numero vnitatis. Ennius in memoratiſſimo libro: *Eo ingenio natus ſum, amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero.* Gell. lib. 19. cap. 8. Pacuu. Chryſe: *Sed ceſſo inimicitiam integrare.*

INIMICITER, inimicè. Accius διδασκαλικῶν lib. 1. *Placare hoſtem ferocem atque inimiciter accenſum.* Non. In epiſt. ſenatus Rom. ad Pyrrhum, ex Quadrigari annal. lib. 3. *Conſules Romani ſalutem dicunt Pyrrho regi, nos pro tuis iniuriis continuo animo ſtrenui commoti, tecum inimiciter bellare ſtudemus.* Gell. lib. 3. cap. 8.

INIQVAT, iniquum reddit. Laberiis Nuptiis: *Æquum animum indignanti iniquat contumelia.*

INIVGES BOVES, qui ſub iugo nondum fuerunt. Feſt. Maer. lib. 3. cap. 5. De his Virgil. Æn. lib. 6.

Hunc grege de intacto ſeptem mactare iuuencos
Præſtiterit. Et:
— intactâ totidem ceruice iuuencas.

INIVRIE, iniuriosè. Næu. Lycurgo: *Oderunt Dy homines iniurioſos: Egóne an ille iniuriè facimus?* Gloſſæ: *Iniurius, ἄδικος.*

INIVRATVS, qui non iurauit. Plaut.

Plaut. Amphitruone : *At ego per Mercurium iuro tibi Iouem non credere: nam iniurato scio plus credet mihi, quàm iurato tibi.*

INIVRVS, & INIVRIVS, iniuriosus. Plaut. Persâ : *Eho lutum lenonium commixtum cœno, sterquilinium publicum, impurè, inhonestè, iniurè.* Apul. Apolog. *Atqui periniurium est, ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus non haberes.*

INLAQVEATVM, aliis dicitur vinctum, aliis solutum : & nunc est σφιγκτικὸν, nunc incrementi vim habet, vt *Impotentia* apud Ciceronem, pro magna potentia, & *Infractus* Virgilio, pro valde fractus. Cic. de haruſp. resp. *Sed nunc etiam inlaqueatus omnium rerum periculis.*

INLECEBROSIVS, magis inlecebrosum. Plaut. Bacchid. *Quia istoc inlecebrosius fieri nihil potest.*

INLEXE, inlexisse. Plaut. Mercat. *Amorem multos inlexe in dispendium, Intemperantem, non modestum, iniurium.*

INLEX, égis, & EXLEX, qui legi non paret. Glossæ : *Inlex, ἀφῦλιξ, ἄνομος.* Cæcilius ἁρπαζομένην : *Quid narras barbare, cum indomitis moribus, inliterate, inlex es.* Varro σατιμαχίᾳ, περὶ τύφου : *Postremò quæro, parebis legibus, annon? anne exlex solus vines?* Lucil. Satyr. lib. 2.

Non dico, vincat licet, & vagus exulet, erret Exlex.

Plaut. Persâ : *Impure, inhoneste, iniure, inlex, lebes populi.*

INLICES, canales in quas aqua confluit. Fest.

INLICIATOR, emptor. Idem.

INLICIVM, cùm populus ad concionem elicitur. Varro de L. L. lib. 5. *Quare non dubium, qui hoc inlicium sit, cùm circum muros tur, vt populus inliciatur ad magistratus conspectum.*

INLICIVM vocare, id est, concionem. Varro lib. 4. Analg. *Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit hoc : Calpurni voca ilicium omnes Quirites huc ad me* Accensus dicit sic : *Omnes Quirites inlicium visite huc ad iudices.* Idem : *Consul augurì imperare solet vt vocet inlicium, non accenso aut prætori.*

INLIQVITVR, irrorat, liquidum illabitur. Symm. lib. 1. epist. 33. *Aiunt cocheas cùm sitiunt aëris, atque illis de cœlo nihil inliquitur, succo proprio victitare.*

INLITERATA PAX, litteris non comprehensa. Fest.

INLIX, icis, & ILLIX, qui blanditiis & fraude quem allicit : *Inlicium*, illecebræ. Plaut. Asinariâ : *Ædis nobis aurea est, auceps ego sũ, esca est meretrix, lectus illix est, amatores aues.* Idem Pœnulo : *Qui illi tantæ rei fuimus inlices.* Apul. Apologiâ : *Mercurius carminum vector, & illix animi Venus.* Varro lib. 3. de R. R. cap. 16. *Sed si transituræ sint apes, ea (aluearia) apiastro perfricanda, quod illicium hoc illis.* Ibid. *Vbi consederunt, adferunt aluum propè iisdem illiciis illitam intus.*

INLVNA, & ILLVNIS NOX, dicitur obscuritas noctis densa, crassa, tenebricosa, quando cœlum est sine luna, quámque nullus lunæ splendor illuminat. Apul. lib. 9. *Nocte quadam paterfamilias, qui pago proximo tenebris inlunæ caliginis impeditus.* Plin. epist. *Nox non qualis inlunis & nubila, sed qualis in locis clausis, lumine extincto.* Sidon. lib. 3. epist.

epiſt. 7. *Quos à muralibus excubiis, non dies ninguidus, non nox illunis & turbida receptui canere perſuadent.*

INLVTIBARBVS, barbam fœdatus. Apul. Florid. *Phryx cætera & barbarus, vultu ferino, trux, hiſpidus, inlutibarbus, ſpinis & pilis obſitus.*

INOLENS, non olens. Lucretius lib. 2.

——— *cumprimis quærere par eſt,*
Quoad licet, ac potis eſt reperiri, inolentis oliui
Naturam, nullam quæ mittit naribus auram.

INOPPORTVNVS, importunus. Apul. lib. 2. Metam. *Quod vltrò inducta ſerie inopportunarum fabellarum.*

INORVS, carens ore. Turpil. Demetrio: *In actâ coopertâ algâ, age ignoras oſtreas.* Gell. lib. 7. cap. 5. *Quædam animalium alia alio ſenſu carent, & aut cæca naturâ gignuntur, aut inora, inauditáve.*

INPVNITAS, ἀνολαξία, licentia, venia. Symm. lib. 5. epiſt. 39. *Erit tibi Epictetus vir conſularis etiam emendationis ſuæ debitor, quem paulo inconſultum fecerat impunitas magna peccantium.* Sidon. lib. 5. epiſt. 19. *Sed conſcientiæ tuæ purgatione prælatâ petere dignaris culpæ calentis impunitatem.*

INQVIES, inquietus. Apul. lib. 2. Metam. *Verùm etiam corpore ipſo inquies alioquin & petulans.* Liuius: *Iam ſibi ſatis gloriæ quæſitum, & potuiſſe ſe deſinere, ni animus inquies paſceretur opere.* Apul. lib. 9. *Curioſus alioquin, & inquieti procacitate præditus aſinus. Inquies*, pro inquietudine, ſeu quietis priuatione. Plin. lib. 14. *Furiales ſomni, & inquies nocturna.*

INQVIETARE, moleſtiam parere. Sueton. in Auguſto Cæſ. cap. 53. *Non temerè vrbe oppidóve vllo egreſſus, aut quoquam ingreſſus eſt, niſi veſpere, aut noctu, ne quem officij cauſa inquietaret.* Idem in Caligulâ, cap. 59. *Satis conſtat prius quàm id fieret hortorum cuſtodes vnò ore inquietatos.* Et cap. 26. *Inquietatus fremitu, gratuita in circo loca mediâ nocte occupantium, omnes fuſtibus abegit.* Et in Claudio Cæſ. cap. 9. *Deinde extraneo, vel etiam domeſticorum aliquo deferente, aſſiduè variéque inquietatus.* Sidon. lib. 2. epiſt. 12. *Seueriana ſollicitudo communis, inquietata primùm lentæ tuſſis impulſu.*

INQVIETVDO, Apul. de mundo: *Mycetias vocatur tetris rudoris inquietudo terrena: audiuntur mugitus, interioribus gemitibus expreſſis.* Symm. lib. 1. epiſt. 79. *Quæſo igitur ne hac inquietudine, aut illius minuatur vtilitas, aut ampliſſimo ordini cenſendi authoritas derogetur.*

INQVILINATVS, incolatus. Sidon. lib. 5. epiſt. 19. *Si ſtupratorem pro domino iam patronus originali ſoluas inquilinatu.*

INSANE, vide *Inſanùm.*

INSANITAS, inſania. Varro Eumenidibus: *Apage in dierectū iſtam inſanitatem.* Cic. Tuſc. quæſt. lib. 3. *Inſipientia eſt quaſi inſanitas quædam.*

INSANITER, inſanè. Pompon. Auctore: *Metui illum, iocari neſcit, ludit nimium inſaniter.* Priſc. lib. 15.

INSANVM, & INSANE, pro valdè. Plaut. Bacchid. *Inſanùm magnum molior negotium, Metuóque vt hodie poſſiem emolirier.* Et Moſtellar.

Cuiuſmodi gynæceum? quid porticus? Inſanùm bonam. Idem Sitelitergo: *Si vnum Epityrum edam apud illum eſuriens, inſanè benè.* Idem Neruolariâ: *Inſanùm vterque deamat.* Idem Curcul. *Bonum eſt pauxillum amare ſanè, inſanè non bonum eſt, verùm totum inſanùm amare, hoc eſt quod herus meus facit.*

INSCRIBERE, ſulcare, dilacerare. Plaut. *Corpus tuum virgis vlmeis inſcribam.* Catull.

Nec laneum latuſculum, manúſque mollicellas
Iniuſta turpiter tibi flagella conſcribillent.

INSEDABILITER. Lucr. lib. 6.

Inſedabiliter ſitis arida corpora merſans
Æquabat multum paruis humoribus imbrem.

INSEQVE, pro dic; quaſi inque: vnde *inſexit*, id eſt, dixit. Ennius lib. 10. annal.

Inſeque Muſa manu Romanorum induperator
Quod quiſque in bello geſſit cum rege Philippo.

Liuius principio odyſſeæ:

Inſeque Muſa virum mihi verſutum.

Gell. lib. 18. cap. 9.

INSERTORIVM, lorum eſt quo ſcutum apprehenditur. Cœlius lib. 10. cap. 3. Græcis ὄχανον, cuius inuentum Caribus aſſignat Herod. lib. 1.

INSERVIRE vnum, pro vni. Plaut. Moſtell. *Matronæ, non meretricum eſt, vnum inſeruire amantem.* Ibidem: *At hoc vnum facito vt cogites, ſi illum inſeruibis ſolum.*

INSEXIT, vide *Inſeque.*

INSIGNES BOVES, in fœmine, vel crure ſignũ albũ habentes. Feſt.

INSIGNITE', inſigniter. Cic. de oratore lib. 2. *Nec improbum notari ac vituperari inſignite poſſe.* Plaut. Caſinâ: *Mihi equidem edepol inſignitè facta eſt magna iniuria.* Idem Pœnulo: *Iniuriam illic inſignitè poſtulat, Noſtro ſibi ſeruire nos cenſet cibo.* Menæchmis: *Neu ſinas in me inſignitè fieri tantam iniuriam.* Et Rudente: *Quibus aduorſum ius legéſque inſignitè hîc facta eſt iniuria.* Ibidem: *Imò herclè inſignitè iniquè.*

INSIGNITVS, vitio aliquo notatus. Plaut. Milite: *Tum ne vxor inſignitos pueros mihi pareret poſtea: Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut patum, aut bronchum filium.*

INSIMVLANS, accuſans. l. 2. C. de exhib. reis.

INSIPARE, & INSIPERE, iniicere: ſicut *diſſipare*, diſiicere. Cato de R. R. cap. 85. *Omnia benè commiſceto, & in aullam nouam inſipato.* Pompon. Fullone: *Facite vt ignis feruat, ligna inſipite, far concidite.* Cato cap. 103. *Poſt quatriduum in culeum componito, & inſipato.*

INSIPERE, farinulam pultis iacere: vt cùm ruſtici dicunt, *inſipa pullis eſcam.* Feſt. Varro de L. L. lib. 4. *De victu antiquiſſima puls appellata eſt, quòd vel ita Græci, vel, vt ſcribit Apollodorus, quòd ita ſonet, cùm aquâ feruenti inſipitur.*

INSOLENS, inſolitus, inſuetus. Turpil. Leucadiâ:

Quem olim oderat vltrò, ac detinet,
Ille inſolens autem vt faſtidit carnufex!

Pacuuius Atalantâ: *Quæ inſolens ægritudo animam attentat tuam?* Saluſt. in Catilinâ: *Quæ tametſi animum*

mum aſpernabatur inſolens malarum artium. Terent. Andriâ: *Quid tu Athenis inſolens?* Cæſar lib. 1. de Analogiâ: *Habe ſemper in memoriâ, vt tanquam ſcopulum ſic fugias inauditum atque inſolens verbum.* Non. Gell. lib. 1. cap. 10.

INSOLENTIA, nouitas, res inſolita. Turpil. Demetrio: *Quid mihi vellem ex inſolentiâ neſciebam.* Accius Diomede: *Ita è fletu & tenebris obſtinatiùs ſpeciem amiſsi luminis conſpiciunt inſolentiam.* Cic. de oratore: *Sed me hercule iſtius diſputationis inſolentiâ, atque earum rerum quæ quaſi in arte traduntur, inſcitia.* Idem pro Deiotaro: *Moueor loci inſolentiâ.*

INSOLVS, inſolitum. Afran. Virgine: *Ne eueniret quod nunc agitur inſolum.* Idem Crimine: *Orbitatem ſenectuti tuæ malam metui, quod inſolum non venit cæco ac dementi.* Non.

INSOMNIA, æ, am. ἀϋπνία. Cæcil. Plocio: *Conſequitur comes inſomnia, ea porrò inſaniam adfert.* Cic. in Catone Maiore: *Caret vinolentiâ, & cruditate, & inſomniâ.* Saluſt. Catilin. *Neque inſomnia atque labore fatigari.* Terent. Eunucho: *Aut mox noctu horſum te adiget inſomnia.* Plaut. Mercatore: *Inſomnia, error, terror.* Hinc *Inſomnioſus.* Cato cap. 156. *Omnis qui inſomnioſus eſt, hac eadem curatione ſanum facies.*

INSONVS, tacitus, ſine ſono. Apul. lib. 3. *Iamque circa primam noctis vigiliam ad illud ſuperius cubiculum ſuſpenſo & inſono veſtigio me perducit.*

INSTITA, vide *Cadurcum.*

INSVASVM, color ſimilis luteo, qui fiebat ex fumoſo ſtillicidio. Plaut. Truculento: *Aduenisti huc, nos tentatum cum exornatis oſsibus, quia tibi inſuaſo infecisti propudioſa pallulam.* Gloſſarium: *Inſuaſum,* εἰδ& δοκαεικαπνισμένων.

INSVBIDVS, inſuauis, tetricus: Lamprid. in Commodo: *Fuit forma quidem corporis iuſta, vultu inſubido, vt ebrioſi ſolent.* Symm. lib. 1. epiſt. 4. *Summâ adficior gratiâ, quòd animaduerto litteras meas tibi inſubidas non videri.*

INSVLARE, in inſulam conuerti. Apul. de mundo: *Illas etiam quæ prius fuerant continentes, hoſpitibus atque aduenis fluctibus inſulatas: alias deſidiâ maris pedeſtri acceſſu peruias factas.*

INSVPERHABVIT, ſpreuit. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumt. fun. l. hæredem. ff. de his quib. vt indign.

INTACTVS, hoc nomine virgo inprimis nondum nupta, nec ab aliquo ſubacta intelligitur, quam Græci ἄθικτον, & κνεφίαν. Eſt hic ſapor Plauti Aulul. *Cur id auſus facere, vt eam tangeres? perſuaſit amor, vinum.* & Ter. in Hecyr. *Nocte illa prima virginem non attigit.* In re ſacrorum dicuntur *intacta* animalia, quæ nullum iugum paſſa; ſic puellæ *intactæ*, quæ integræ.

INTEGRARE, inſtaurare. Pacuu. Chryſe: *Sed ceſſo inimicitiam integrare.* Siſenna hiſtor. lib. 4. *Vltro citróque, integrant in oppido cædem.* Accius Antenoridis: *Nam huic inuenio vt mea ope opes togæ integrent.* Virg. Georgic. lib. 4.

——*ramóque ſedẽs miſerabile carmen*
Integrat.

INTELLEXES, pro intellexiſſes

Plaut. Ciſtell. *Diis hercle habeo gratiam, nam ni intellexes, nunquam credo amitteres.*

INTEMPERIA, intemperantia. Poëta obſcuræ authoritatis apud Nonium: *Non has eius intemperias in maritum.*

INTEMPERIÆ, animi angores, & impotentes motus. Plaut. Amphitr. *Dij voſtram fidem quæ intemperiæ noſtram agunt familiam!* Ibid. *Atque intemperiæ, inſaniæque agitant ſenem.* Idem Aulular. *Neſcio pol quæ illunc hominem intemperiæ tenent.* Et Epidico: *Quæ intemperiæ te tenent.*

INTEMPESTA nox, μεσονύκλιον Gloſſis: medium noctis, incerta noctis hora. Accius Bruto: *Nocte intempeſtâ noſtram deuenit domum.* (verba ſunt Lucretiæ de Sex. Tarquinio.) Varro lib. 5. de L. L. Ennius annali primo:

Cùm ſuperum lumen nox intempeſta teneret.

Idem lib. 4. annal.

——————— *bellum*
Æquis de manibus nox intempeſta diremit.

Seru. Varro lib. 4. Analog. Macr. lib. 6. Saturn. cap. 1. Virg. Æneid. lib. 3.

Et lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.

INTER, pro in. Plaut. Aulul. *Deinde egomet mecum cogitare inter vias occepi.* Terent. Eunucho: *Purus eo, cepi egomet mecum inter vias aliam rem ex alia cogitare.* Virg. Æneid. lib. 6.

Inter odoratum lauri nemus.

Gell. lib. 13. cap. 7. *Leænas inter omnem vitam ſemel parere.* Herodotus in tertiâ hiſtoria ſcriptum reliquit. Sic econtra *in*, pro inter. Virg. Æneid. lib. 2.

——— *iuſtiſſimus vnus*
Qui fuit in Teucris, & ſeruatiſsimus æqui.

Cic. pro Lælio: *Niſi in bonis amicitia eſſe non poteſt.*

INTERBIBERE MARE, pro ebibere. Plaut. Aululariâ: *Præterea tibicinam, quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcatat, Corinthienſem fontem Pirenem poteſt.*

INTERBITERE, interire. Plaut. Moſtell. *Hîc ego tibi præſidebo, ne interbitat quæſtio.*

INTERCAPEDO, tempus interceptum. Turpil. Philopatro: *Quia hos dies pluſculos intercapedo ſumpti fuit.* Idem Demetrio: *Nunc me ex aliorum ingeniis iudicat, intercapedo quorum amicitias leuat.* Idem Pedio: *Quandoquidem amorem ipſe intercapedine leniuit dies, Tamen oculi longa intercapedine appetunt cupidè intui.*

INTERCESSOR, executor. l. ne quis. C. de offic. rect. prou. Ita intelligitur l. executores. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Hinc *interceſſio*, id eſt, executio. in l. 1. C. de princ. agent. in reb. lib. 12.

INTERCVTEM FLAGITATI, & INTERCVTITI dicebantur, qui aliquando ſtuprum paſſi erant. Feſt.

INTERDATVS, interiectus, additus. Lucr. lib. 4.

Propterea capitur cibus, vt ſuffulciat artus,
Et recreet vires interdatus.

INTERDVATIM, & INTERATIM dixerunt antiqui, pro interdum, & interim. Feſt.

INTERDVO, interdo. Plaut. Captiueis

ueis: *Dum pereas, nil interduo, dicant viuere.* Idem Rudente: *Eluas tu an exungare ciccum non interduo.* Et Trinummo: *Sed enim quis tu sis, quis non sis, floccum non interduim.*

INTERGERINI parietes, qui inter confines conſtruuntur. Feſt. Plin. lib. 35. cap. 14. *Romæ non ſunt talia ædificia, quia ſeſquipedalis paries non plus quàm vnam contignationem tolerat, cautúmque eſt ne communis craſſior ſtat, nec intergerinorum ratio patitur.* Gloſſæ: *Intergerinus paries,* τοῖχος ὁ δύο κτήσεις δι ἐχων.

INTERIBI, interea. Plaut. Captiueis: *Interibi ego ex hac ſtatuâ verbereâ volo ſcire quid meo minore actum ſit filio.* Idem Pœnulo: *Interibi attulerint exta, atque ead. m credo mulieres iam ab re diuina apparebunt domi.* Apul. Apolog. *Augetur oppido familiaritas: interibi reualeſco.*

INTERIET, pro interibit. Autor de lim. conſt. *Celeriùs domus exſtirpabitur, génſque omnis eius interiet.*

INTERITIO, interitus. Cic. Verrinis: *Bis in eadem prouinciâ magnæ fugitiuorum copiæ verſatæ ſunt: tum aratorum interitio facta nulla.*

INTERMINO, pro interminor. Plaut. Milite: *Quis homo me interminat?*

INTERNECINVM TESTAMENTVM, propter quod dominus eius necatus eſt. Feſt.

INTERNECTIO, interfectio, mors. Sueton. in Othone cap. 12. *Multi & abſentum accepto nuncio præ dolore ad internectionem armis inter ſe concurrerunt.*

INTERPOLARE, nouam formam è veteri fingere. Cic. Q. Fratri: *Vult Appius renouare eundem magiſtratum, quo minus togam prætextam quotannis interpolet.* Idem Verr. act. 3. *Aliquid demendo, mutando, interpolando.* Plaut. Amphitr. *Illic homo me interpolabit, meúmque os finget denuò.* Idem Moſtell. *Nouâ picturâ interpolare vis opus lepidiſſimum.*

INTERPRETATA, paſſiuè. Sueton. in Nerone, cap. 13. *Verba ſupplicis interpretata, prætorio viro multitudini pronunciante.* Cic. lib. 2. de legibus: *Quod nos propè idem nomen Græcum interpretatum tenemus.* Sic idem Cic. Tuſcul. 3. *Sint ſemper omnia homini humana meditata.*

INTERVOCALITER, voce ſublatâ. Apul. lib. 9. *Atque vt illis ſæpiculè & interuocaliter clamantibus, nullus reſpondit dominus, iam forem pulſare validiùs.* Idem lib. 1. *Pulſare vocaliter incipit.*

INTESTABILIS, cui teſtimonij dictione & factione interdictum, ἀμαρτύρητος Gloſſis. Horat. lib. 2. Satyrâ 3.

——— *vter ædilis fuerit, vel*
Veſtrûm Prætor, is inteſtabilis, ac ſacer eſto.

Plaut. Curcul. *Semper caueto ne ſis inteſtabilis, quod amas amator teſtibus præſentibus.* In XII. Tabul. QVEI. SEI. ERIT. ANTESTATVS. LIBRIPENS. VE. FVERIT. IN. TESTIMONIVM. FATEATVR. IMPROBVS. INTESTABILIS. ESTO. Gell. lib. 6. cap. 7.

INTESTATVS, qui ſine teſtamento periit. Labeo in comment. ad XII. Tabul. *Virgo veſtalis neque hæres eſt cuiquam inteſtato, neque inteſtatè quiſquam, ſed bona eius in publicum redigi aiunt.* Gell. lib. 1. cap.

12. Gloſſarium: *Inteſtatus*, ἀδιάθετος.

INTESTINI, pro inteſtina. Varro Margopoli, περὶ ἀρχῆς: *Senſus, portæ: venæ, hydragogiæ: cloaca, inteſtini.*

INTEXERE, verbum ad fabricam omnem è ligno trahitur. Virg. lib. 2. Æneid.

——— *Sectaque intexunt abiete coſtas.* Ouid.

Texitur in coſtis panda caſina ſuis. Catul.

Pinea coniungens inflexæ texta carinæ. Enn.

Idem campus habet textrinum nauibus pandis.

Pari indole Græci, τὰ ὕφη νεώς.

INTIMARE ACTIS, pro inferere. l. 3. l. 30. C. de donat. l. illud. C. de ſacroſ. Eccl.

INTIMARI, pro inſinuari. in l. contractus. C. de fid. inſtr. l. illud. C. de ſacroſ. Eccl. l. 30. C. de donat. Hinc *Intimatio*, i. inſinuatio. l. conſulta. 13. C. de teſtam.

INTRAMVRANI, & EXTRAMVRANI, qui intra & extra pomœria habitant. Lamprid. Heliogabalo: *Iuſſerat & canonem P. R. vnius anni meretricibus, lenonibus, exoletis intramuranis dari, extramuranis alia.*

INTVI, & CONTVI. Turpil. Pedio: *Tamen oculi longa intercapedine cupidè appetunt intui.* Pompon. Maccis geminis: *Incepi contui, conſpicio coleatam cuſpidem.*

INTVMARE, intumum facere. Apul. de Mundo: *Immenſitati tamen eius volucrique curriculo cogitationum noſtrarum nos intumaret pernicitas.*

INTVS, à comicis loco nominis appoſiti vſurpatur, quod Græcis maximè eſt vſitatum: vt *intus mulier*, ἡ ἔντὸς γυνὴ: id eſt, domeſtica quæ eſt in domo. Plaut. Mercatore: *Intus argentum, intus patera, intus cocus*, pro, quæ ſunt intus. Item Amphitr. *Tu Theſſala intus pateram profer foras.* Et Bacchid. *Ego tibi argentum iam iubeo intus proferri.* Idem Menæch. *Euocate mihi intus cocum Cylindrum actutum foras.* Varro ἐπιτάφιον: *Donec foras nos intus euallauerunt.* Et Milite: *Affer mihi machæram huc intus.* Ibidem: *Exite atque afferte huc intus omnia quæ iſti dedi.* Virg. Æneid. lib. 2.

Apparet domus intus, & atria longa pateſcunt.

Ita & *Hinc ciuem*, dixit Terentius: ἐντεῦθεν πολίτιδα. Ter. Andriâ: *Adducti qui illum hinc ciuem dicant.* Ibid. *Eho tu Glycerium hinc ciuem ais?* Et Eunucho: *Conueni hodie aduenientem quendam mei loci hinc.* Sic etiam *Interea tempus*, ὁ μεταξὺ χρόνος. Terent. Hecyrâ: *Populi circum ſecus*, λαοὶ οἱ πέριξ. Apul. Metam. lib. 3.

INTYBVS, maſcul. gen. Lucil. Sat. lib. 5.

Intybu' præterea pedibus prætenſus equinis.

Pompon. Placentâ: *Ruſtici edunt libenter pædidos triſtes, acres intybos.* Fœmin. gen. Lucil. lib. 30.

Pulmentaria vt intybus, aut alia id genus herba.

Neutro: Virg. Georg. lib. 4.

Quoque modo potis gauderent intyba riuis.

INVALENTIA, debilitas. Apul. de dogm. Plat. *Alioquin inuehit ægritudinem inualentiámque, & fœditatem.*

INVE

INVECTIVALITER, inuectiuè, reprehenſiuè. Sidon. lib. 1. epiſt. 11. *Qui ſatis inuectiualiter abuſi nominum nuditate, carpebant plurimum vitia, plus homines.*

INVENIBO, pro inueniam. Pompon. Buccone adoptato: *Sæpe annuit, inuenibit ſæpè.*

INVESTES dicuntur impuberes, quibus propter teneram ætatem nulla pars corporis pilat: appellati quòd ſint in *Veſtâ*, h. e. pudicitia & caſtitate. Macr. Saturn. lib. 3. *Romani quoque pueros puellaſve nobiles & inueſtes camillos & camillas appellant.* Pallad. menſe Nouembri, cap. 14. *Hoc puer inueſtis, aut aliquis ſatis purus efficiat.* Apul. 5. Metamorph. *Prome age nomen eius, qui puerum ingenuum & inueſtem ſollicitauit.*

INVINCIBILIS, inuictus. Apul. Apolog. *Equidem cùm hæc ab illis quaſi grauia & inuincibilia dicerentur, illorum ſtultitiam ridebam.*

INVINCIBILITER, inuictè. Apul. Florid. *Ratio concluſa indicibus acriter & inuincibiliter videbatur.*

INVINIVS, abſtemius Apul. lib. 11. *Præcepit decem illis diebus cibariam voluptatem coërceres, neque vllum animal ederem, & inuinius eſſem.*

INVISVS, pro non viſus, nulli ſpectatus. Cic. de aruſp. reſp. *Occulta & maribus non inuiſa ſolùm, ſed etiam non audita ſacra, inexpiabili ſcelere peruertit.* Fulgent. Mytholog. *Noctè aduenientis maritus, Veneris præliis obſcurè peractis, vt inuisè veſpertinus aduenerat, ita crepuſculo etiam incognitus diſcedebat.* Apul. lib. 5. *Poſt opimas dapes quidam introceſſit, & cantauit inuiſus, & alius citharâ pulſauit quæ videbatur nec ipſa.* Cato de R. R. cap. 141. *Vti tu morbos viſos inuiſóſque viduertatem vaſtitudinémque prohibeſſis.*

INVITIVS, magis inuitè. Cic. de oratore lib. 2. *Quem ego ſciebam paulo vel impudentiùs, vel inuitiùs, nolo enim dicere de tam ſuaui homine faſtidioſiùs.*

INVNCARE, vnco inuadere, rapere. Lucil. Satyr. lib. 15.

— *aut qui nummos triſtis inuncat.*

Colum. lib. 7. cap. 3. *Quanto prolixior lana in pectore concreſcit, tanto magis obnoxia eſt rubis, quibus velut hamis inuncata à paſcentium tergoribus auellitur.*

INVOLARE, irruere. Lucil. Satyr. lib. 30.

Endo canino victu oculiſque inuolem.

Plaut. Amphitr. *Cum clamore inuolant impetu alacri.* Terent. Eunucho: *Vt ego illi vnguibus facilè in oculos inuolem venefico.* Cic. de oratore lib. 3. *Iſta prudẽtia doctrinæque poſſeſſio, in quam homines caducam quaſi atque vacuam abundantes ocio inuolant.*

I O

IOCVLVS, iocus. Plaut. Rudente: *Occipito modo illis adferre vim ioculo pauxillulum.* Idem Trucul. *Sin videam aliquem ſe aſſeruare, obludunt, dum cuſtodem oblectent per luſum & ioculum.* Et Sticho: *Noui illum, ioculo hæc dicit.*

IOVIS in caſu recto, pro Iupiter. Ennius animali primo:

Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana,
Venus, Mars,

Neptu

Neptunus, Iouis, Neptunus, Volcanus, Apollo.

Apul. de Deo Socratis. Martian. Capella de nupt. philologiæ. Cæcil. epistula: *Nam nouus quidam Deus repertus est Iouis.* Accius Epinansimache: *Luciferâ lampade exurat Iouis arietem.* Prisc. lib. 6. Glossarium, *Iouis, ζεὺς.* L. Apul. lib. 4.

Quem tremit ipse Iouis, quo numina terrificantur,
Fulminaque horrescunt, & Stygiæ tenebræ.

IPSIPSVS, ille ipse. Plaut. Cistellariâ: *Ipsipsus est; eho tu quam vos igitur fidem.*

IPSIPTE, illi ipsi: sicut mihipte, tibipte. Fest. Glossæ: *Ipsipte, αὐτοί.*

IPSVLICES, seu potiùs IPSIPLICES, bracteæ in virilem muliebrémque speciem expressæ. de quibus Virg. Æneid. lib. 4.

Effigiémque toro locat, haut ignara futuri.

Glossarium: *Ipsiplices, αὐτόπλυκτα φύλλα.* Hæ & *Auriplices* dictæ. Læuius apud Apuleium:

Philtra omnia vndique erunt,
Antiphates illud quæritur
Trochili, iunges, taniæ,
Radiculi, herbæ, furculi,
Auriplices bitortulæ,
Hinnientium dulcedines.

I R

IRACVNDITER. Cæcil. subditiuo: *Quæso ne temere hanc rem agas, & ne iracunditer.*

IRASCENTIA, ἀργιλότης. Apul. de Philosophis: *Non solùm rationabilis & irascentiæ loca possidentur.*

IRASCERE, pro irasci. Pompon. Aristâ: *Noli quæso irascere, more fit, moriri suam quisque vxorem vt velit.*

IRCEI, genus farciminis ad sacrificia. Fest.

IRE, pro mori. Lucr. lib. 3.

Denique sæpe hominem paulatim cernimus ire.

Idem lib. 6.

——non vlla refrenet
Res, neque ab exitio possit reprehendere euntem.

IRNELLA, vas in sacrificiis. Fest.

IRPIX, (Catoni *vrpex*) rastrum plures habens dentes. Varro lib. 4. de L. L. *Irpices regulæ cum pluribus dentibus, quam item vt plaustrum boues trahunt, vt eruant quæ in terra sunt.* Ibid. *Rastelli, vt irpices, serræ leues, itaque homo in pratis per fenisicia eo festucas abradit.*

IRPVS, Samnitibus dicitur *Lupus*, vnde *irpini* lupini. Fest. Vide Strabonem in fine lib. 5.

IRQVITALLVS, puer qui primùm virilitatem suam experitur. Glossis *Irquitalus, νηπιότατος.* Vide *Hirquitallus.*

IRRIDICVLO HABEOR, irrideor. Plaut. Pœnulo: *Neque ab iuuentute irridiculo habita, quod pol soror cæteris omnibus factum est.*

I S

IS, par, explicante Seruio. Virg. lib. 9. Æneid.

——neque enim is teli, nec vulneris auctor.

Latina hæc vocula nata à Græco ἴσος per ἀποκοπὴν, vnde eiusdem significationis.

ITALI

I T

ITAL I, boues antiquis Græcis: vnde *Italia* dicta, quòd magnos italos, hoc eſt, boues gignat. Gell. lib. 11. cap. 1. Dionyſ. antiquit. lib. 1. Colum. lib. 6. Apollod. in Bibliothecâ. Varro de L. L. Stephanus de vrb. Iſid. lib. 9. cap. 2. Thucid. lib. 6. Varro de R. R. lib. 2. cap. 5. *Græcia enim antiqua, vt ſcribit Timæus, tauros vocabat ἰταλούς, à quorũ multitudine & pulchritudine & fœtu vitulorum, Italiam dixerunt. Alij ſcripſerũt, quòd è Sicilia Hercules proſequutus ſit eò nobilem taurum, qui diceretur Italus.*

ITERIS, pro itineris. Næuius Lycurgo: *Ignotæ iteris ſumus, tute ſcis.* Accius Telepho: *Studiúmque iteris reprime.* Idem OEnomao: *Exprome quod fers, nam è longo itere cerno vadere.* Varro περὶ παφῦς: *Tu ad alta templa phani properans citus itere.* Lucr. lib. 5.

Concuſſos itere, & labefactos aëre multo.

ITINER, iter. Gloſſæ: *Itiner*, ὑδεῖα, ὁδός. Varro prãſo parato: *Luna expectãte Adriã ſeſe itiner longũ ſermone leuare.* Turpil. Thraſileonte: *Age, age, egredere, atque vtinam iſtuc perpetuum itiner ſit tibi.* Pacuu. Atalantâ: *Dolet, piget, magis magiſque, me conatum hoc nequidquam itiner.* Idem Duloreſte: *Deloſos venum pecus egi, inde ad ſtabula ac itiner contuli.* Accius Meleagro: *Labore aut minuat itiner ingreſſum viæ.* Idem OEnomao: *Coniugem ciſtis patere, ad te itiner tendere.* Ennius Telepho: *Deúmque crede hoc itiner conatum modo.* Idem Iphigeniâ: *Cogens ſublime etiam atque etiam noctis itiner.* Non. Varro de L. L. lib. 6. Plaut. Mercatore: *Quin tu ergo itiner exequi meum ſinis?* Ibid. *Vt ſi hæc non ſint vera, inceptum hoc itiner perficere exequar.* Lucr. lib. 6.

Obuia diſcũtiat gladiis, itinérque ſequatur.

ITO, eo crebriùs. Plaut. Moſtell. *Ad legionẽ quom eunt, adminicula eis dannunt.* Hinc *Itito*, vt ab dico, dicto, dictito; capio, capto, captito. Næuius: *Funera agitant, exſequias itant, temulentiámque tollunt.*

ITVS, pro inceſſu. Titin. Setinâ: *Itum, geſtum, amictum qui videbant eius.* Sueton. in Tiberio Cæſ. cap. 38. *Ad extremum vota pro itu & reditu ſuo ſuſcipi paſſus, vt vulgo iam per iocum Callipedes vocaretur.* Lucr. lib. 3.

Nec repentis itum cuiuſuiſcunque animantis
Sentimus.

I V

IVBAR, lucifer, ſol. Gloſſæ, *Iubar*, αἴγλη, φωσφόρος. Pacuuius: *Paſtor exorto iubare, Noctis decurſo itinere.* Ennius Aiace: *Aiax lumen iubárve in cælo cerno?* Varro lib. 5. Analog. Apul. lib. 1. *Aliquantulum proceſſeramus, & iam iubaris exortu cuncta illuſtrantur.* Virg.

It portis iubare exorto delecta iuuentus.

IVBAR ALBVS, & ALBVS SOL, Ennio Luna dicitur. Ennius:

Interea fugit albu' iubar Huperioni' curſum. Idem lib. 1.
Interea ſol albu' receſſit in infera noctis,

Exin candida ſe radiis dedit dicta foras lux.

Cic. de diuinat. lib. 1. Priſc. lib. 1.

IVBILARE, pro iubilando inclamare, verbum ruſticorum. Accius Bacchis:

Quis me iubilat?

BACC. *Vicinus tuus antiquus.*

CHO. *O Dionyſe pater,*
Optime vitiſator,
Semela genitus Euie.

Varro lib. 5. de L. L. Macr. Saturn. lib. 6. Deſumpti ſunt hi verſus ex Euripidis Bacchis:

ΧΟ. τίς ὅδε; τίς πόθεν ὁ κέλαδ' ἁνὰ μ' ἐκάλεσεν Εὐΐου.
ΔΙ. Γῶ πάλιν αὖδῶ Ο' Σεμέλας, ὁ Διὸς παῖς.
ΧΟ. Γὼ δέσποτα, δέσποτα, Μόλε νεῶ ἡμέτερον εἰς θίασον. Ω' Βρόμιε, Βρόμιε.

Gloſſarium vetus: *Iubilatus*, κραυγὴ ἀγροίκων.

IVGATVM, coniunctum; à iugo. Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 3. *Hoc quidem eſt commune virtutum, omnes enim inter ſe iugatæ ſunt.* Heic non prætereundum Iugum olim nubentium fuiſſe, quod ſponſo & ſponſæ imponebatur. Seru. & S. Iſidor. licèt metaphora rei ruſticæ non ſit abſurda. Vt enim boues eidem annectuntur iugo, ſic *coniuges* dicuntur iugari, inde *coniugium*, & *coniux*. Plaut. Curc. *Iámne ea fert iugum?* Hor. lib. 2. od. 5.

Nondum ſubacta ferre iugum valet Ceruice.

Metaphora tali non ineleganti Oppian. lib. 4. ἁλιευτ. ζεύγλησιν ἀφροδίτης, iugum Veneris dicit, quòd amor, tyrannus potentiſſimus verè liget & vinclo & compede. Hor. lib. 1. od. 33.

Grata detinuit compede.

IVGE AVSPICIVM vocatur, cùm iunctum iumentum ſtercus facit. Feſt. Cic. de diuinat. lib. 2. *Huic ſimile eſt quod nos augures præcipimus, ne inge auſpicium obueniat vt iumenta iubeant diſiungere.*

IVGERE dicuntur milui cùm vocem emittunt. Varro Seſquiulyſſe: *Iugere volitans miluus viſus, aquam è nubibus tortam indicat fore, vt tegillum ſibi paſtor ſumat.*

IVGITAS, pro longitudine. l. vxor. C. de repud.

IVGVLA, ſtella Orionis. Gloſſarium, *Iugula* ἄστρον, Ὠρίωνος, Ὀράτιος ὡς φησί: Plaut Amphitr. *Nam neque inſula, neque veſperugo, neque vergiliæ occidunt.*

IVLVS, Plin. lib. 16. cap. 29. Eſt lanugo arborum, inde Æneæ filius dictus, quòd imberbis adhuc, & cum lanugine tantùm Mezentium vicerit. Item animalculum eſt multipes. Apollonl Schol. lib. 1. λέγεται δὲ ἴουλος ζῶον τι πολύπουν, ἑκατέρωθεν γὰρ ἔχει πολλοὺς πόδας: quo ſenſu Valer. Flac. 1. Argon. intelligendus.

——*Phrygios priùs indignatus Iulos.*

Denotat enim naues Troianas. Vide noſtrum Zinzerl. in Notis ad hunc locum Valerij.

IVNCINA, iunci, aliæque herbæ paluſtres. Innoc. de caſ. litt. *Fines rotundos habet & cultos, per medium finem aquam viuam ſignificat, ſub ſe iuncina, foris aquiuergia.* Idem: *Sub ſe iuncina, arcam in monticulo conſtitutam.*

IVNIX, iuuenca vitula, *ieune vache*, δάμαλις. Gl. Plaut. Milite: *Hîc te opperiar, eadem illi inſidias dabo, quam*

mox

mox horſum è ſtabulo iunix recipiat ſe à pabulo. Perſ. Sat. 3.

Tot tibi cum flammâ iunicum terga liqueſcant.

IVNX, auicula aſſiduè caudam commouens, quâ ad amores vtuntur veneficæ. Motacillam vulgus vocat. Theocritus Pharmac.

Ἴυγξ ἕλκε τὸ τῆνον ἐμὸν πόσι δῶμα τὸν ἄνδρα.

Læuius apud Apuleium:

Philtra omnia vndique erunt,
Antipathes illud quæritur,
Trochili, iunges, taniæ,
Radiculæ, herbæ, ſurculi.

IVPITER, pro aëre ſumitur nonnunquam. Horat. lib. 1. oda 1.

——— *manet ſub Ioue frigido*
Venator teneræ coniugis immemor.

Idem odâ 22.

Quod latus mundi nebulæ malúſque Iuppiter vrget.

Virg. Georg. lib. 1.

—— *Iuppiter humidus auſtris*
Denſat, erant quæ rara modò, & quæ denſa relaxat. Euripides:

Ὁρᾷς τὸν ὑψῦ, τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν περιξ ἔχοιθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις,
Τῦ τὸν νόμιζε ζῆνα, τὸν δ' ἡγῦ θεόν.

Quorum interpres Cicero lib. 2. de natura Deorum:

Vides ſublime fuſum immoderata æthera,
Qui terram tenero circumiectu amplectitur,
Hunc ſummum habeto Diuûm, hunc perhibeto Iouem.

IVPITER, pro tota rerum naturâ. Lucanus lib. 9.

Iuppiter eſt quodcumque vides, quocumque moueris. Æſchylus:

Ζεύς ἐστιν αἰθὴρ, ζεὺς δὲ γῆ, ζεὺς δ' οὐρανὸς,
Ζεὺς τοι τὰ πάντα χ' ὅ, τι τῶν δ' ὑπέρτερον.

Ennius Epicharmo:

Hîc eſt is Iuppiter quem dico, quem Græci vocant
Aëra, quique ventus eſt, & nubes, imber poſtea,
Atque ex imbre frigus, ventus pòſt fit, aër denuò.

IVRAMENTVM Flamini Diali lege prohibitum. Ex edicto prætoris. SACERDOTEM. VESTALEM. ET. FLAMINEM. IN. OMNI. MEA. IVRISDIONE. IVRARE. NON. COGAM. Gell. lib. 10. cap. 15. Liuius lib. 31. Valerius Flaccus quem præſentem creauerant, quia flamen Dialis erat, iurare in leges non poterat. De his vide Problemata Plutarchi.

IVRANDVM, & IVRANDO, pro iuſiurandum, iureiurando. Terent. Andriâ: *Quia ſi fortè opus ſit ad horum iurandum mihi.* Plaut. Ciſtellar. *Abi quære vbi tuo iurando ſatis ſit ſubſidij.*

IVSSO, pro iuſſu. Siſenna hiſtor. lib. 4. *Tamen ſenatuſconſulto & populi iuſſo dat ciuitatem.*

IVSCVM, pulpamentum minutim conciſum. Apul. lib. 2. Metam. *Quæ ſuis dominis parabat iuſcum fartim circumciſum, & pulpam fruſtatim conſectam.*

IVSTI DIES triginta erant, cùm exercitus eſſet imperatus, & vexillum in arce poſitum. In XII. Tabulis: AERIS. CONFESSEI. REBVSQVE. RITE. IOVDICATEIS. TRIGINTA. DIES. IVSTEI. SONTO. POSTIDEA. INDV. MANVS. IACTIO. ESTO.

IN. IOVS. DVCTIO. NEI. IOVDICATVM. FACIT. AVT. QVIPS. ENDO. IOVRE. VINDICIT. SECVM. DVCITO. VINCITO. AVT. NERVO. AVT. COMPEDIBVS. QVINDECIM. PONDI. NE. MINORE. AVT. SI. VOLET. MAIORE. VINCITO. Feſt. Vide Gellium lib. 20. cap. 1.

IVSTITIVM, luctus publicus. Fonteius oratione pro Nucerinis: *Denique iuſtitium plebi indicitur.* Fulgent. Sidon. epiſt. 8. lib. 2. *Deceſſit nudiuſtertius non abſque iuſtitio matrona Filimatia.*

IVVENARI, inueniliter loqui, aut agere. Gloſſarium: *Iuuenor*, νεωτερίζω. Horat. in arte poëtica:

Ne velut innati triuiis ac pænè forenſes
Aut nimium teneris iuuenentur verſibus vnquam.

IVVENILITAS. Varro Tithono, ὦ γήρως: *Quam dereliquit multicupida iuuenilitas.* Non. Donat.

IVVENIOR, iunior. Apul. 8. *Sed vnus præ cæteris & animo fortior, & ætate iuuenior, & corpore validior.*

IVVENTAS, pro molli & tenerâ barbâ, ſeu lanugine. Græcis ἥβη. Virg. Æneid. lib. 8.

Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuentas.

Lucr. lib. 5.

Tum demum pueris æuo florente iuuentas
Occipit, & molli veſtit lanugine malas.

IVXTA, ſimiliter. Saluſt. bel. Iugurth. *Hyemem atque æſtatem iuxtà pati.* Plaut. Aulul. *Dixi tibi mater iuxta mecum rem tenes.* Idem Trinummo: *Iuxtáque eam curo cum meâ.*

IVXTIM, pro iuxta. Liuius Ægyſtho: *In ſedes collocat ſe regias, Clytemneſtra iuxtim, tertias natæ occupant.* Siſenna ab vrbe conditâ: *Iuxtim Numicium flumen obtruncatur.* Non.

IVXTIM, æqualiter. Lucr. lib. 4.

Cur eà quæ fuerint iuxtim quadrata, procul ſint
Viſa rotunda. Ibidem:
——ſed quos vtriuſque figuræ
Eſſe vides iuxtim miſcentes volta parentum.

K A

KALARE, vocare, καλεῖν: vnde *Kalendæ.* Varro lib. 5. de L. L. *Primi dies menſiũ nominatæ Kalẽdæ, quòd iis diebus kalentur eius menſis Nonæ à Pontificibus, quintanæ an ſeptimanæ ſint futuræ in curia Kalabrâ. ſic:* DIES TE QVINQVE KALO IVNO COVELLA, SEPTEM DIES TE KALO IVNO COVELLA. In ſacris Tuſculanis: *Vinum nouum ne vehatur in vrbem antequam vinalia kalentur: nec vinalia ſine vino expediri, nec curia Kalabra ſine kalatione poteſt aperiri.* Varro lib. 5. Analog.

K N

KNISSA, κνίσσα, nidor. Arnobius lib. 7. *Paſcitúrque de kniſſis quas euomunt ardentia exta.* Homer. Iliad. α. Κνίσσῃ δ' οὐρανὸν ἷκεν.

L A

LABASCOR, labor. Varro rerum diuinarum lib. 7. *Poſtquam vidit miſeri*

miſericordiâ labaſci mentem infirmam populi. Accius OEnomao: *Nullum eſt ingenium tantum, neque cor tam ferum, quod non labaſcatur lingua, miteſcat malo.* Non.

LABDÆ, vocantur, οἱ λεσβιάζοντες, ἢ μολύνοντες τὸ σῶμα. Dicti à *Labda* littera, quæ prima eſt in λείχειν, & λεσβιάξειν, quia Leſbij ea infamiâ flagrarunt. Varro Margopoli: περὶ ἀρχῆς:

Depſiſtis dicite Labdæ?
Victos contemnite viui, anticipate atque addite calcar,
Sultos contemnite docti.

Auſonius:

Cui ipſe linguam cùm dedit ſuam, labda eſt.

LABIAS, pro labia. Næuius Præcone poſteriore: *Solum foras ſeduxi, vt ne quis eſſet teſtis tertius præter nos, tibi cum tunderem labias lubens.* Idem Macco exſule: *Populus homini labias pugnis cadere.* Lucilius lib. 20.

Zopyrion labias diſcindit, vtrumque ſecutus.

Idem lib. 5. Satyrarum:

Arripio roſtrum, labiáſque huic Zopyrioni Percutio.

Pompon. Proſtibulo: *Quis hîc reſtitit, qui nondum labias lirarit mihi?* Plautus Sticho: *Age tibicen, quando bibiſti refer ad labias tibias.* Apul. lib. 2. Metamorph. *Ecce naſus integer, incolumes oculi, ſaluæ aures, illibatæ labiæ, mentum ſolidum.*

LABIOSVS, magnis labiis. Lucr. lib. 4.

——— *rhadine verò eſt, iam mortua tuſſi,*
At gemina, & mammoſa Ceres eſt ipſa ab Iaccho,
Simula, Silena ac Satura eſt, labioſa, philema.

LABOSVM, laborioſum: à labos. Lucil. lib. 3. Satyr.

Præterea hoc iter omne laboſum eſt atque lutoſum.

Idem libro eodem:

——— *laboſas*
Tantali' qui pœnas ob facta nefantia luuit. Non.

Plaut. Captiueis: *Si Dij immortales voluere vos hanc ærumnam exſequi, decet id pati æquo animo: ſi id facietis, leuior labos erit.* Labrum, balneatoriæ ſupellectilis inſtrumentum; à quo dimin. *Labellum.* Cicero in epiſt. *Labrum ſi in balneo non eſt, fac vt ſit.* Ouid. in Ibin:

Quique verecundæ ſpeculantem labra Dianæ.

Catullus ad Camerium:

Te quæſiuimus in minore campo,
Te in circo, te in omnibus labellis.

Gloſſæ *Labrum*, λυτὴρ.

LABVNDA, pro labens. Accius Phæniſſis: *Ac vbi curuo littore vnda ſub vndis labunda ſonit.* Marcell.

LACERE, decipere, illicere: à voce *Lax*, quæ fraudem ſignificat. Lucr. lib. 4.

Nam vitare, plagas in amoris ne laciamur
Non ita difficile eſt.

Idem eodem libro:

Quæ lacere in fraudem poſſent, vinctóſque tenere.

Et lib. 2.

Vnde ignem lacere, & lumen ſubmittere poſſint,
Scintilláſque agere, ac latè differre fauillam.

LACERNA, veſtimentum album, aut coccineum, quod poterat indui & exui vtrimque; à *lacerãdo* dictum.

ctum. Sueton. Octauio Auguſto, cap. 40. *Negotium ædilitatis dedit ne quem poſthac paterentur in foro circúve, niſi poſitis lacernis togatum conſiſtere.* Propertius:

Imperat & totas iterum mutare lacernas.

Cic. Philippic. 2. *Deinde cum calceis & toga nullis nec Gallicis nec lacernâ.*

LACERTVM, pro lacerta. Accius Atreo: *Concoquit partem, flammam tribuit verubus, lacerta in focos.* Non.

LACESSIM, pro laceſſiuerim. Lucil. Satyr. lib. 14.

Nam vetus ille, Cato, dignum quemcumque lacceſſim
Appellare, quòd ipſe ſibi non conſcius eſſet. Priſc. lib. 10.

LACINIA, Gloſſis κράσπεδον. Flexuoſa, ſinuoſa, apertaque pars veſtis. Cic. de orat. lib. 3. *Nam illud alterum genus quod eſt temporibus, locis, rebus, definitum obtinent, atque idipſum lacinia.* Idem Tironi: *Videor enim videre te ementem ruſticas res, cum villico loquentem, in lacinia ſeruantem ex ſecundâ menſâ ſemina.* Plaut. Aſinar. *Lacrumantem lacinia tenet lacrumans.* Idem Mercat. *Atque tu ædepol ſume lacinium, atque abſterge ſudorem tibi.* Sueton. Claud. Cæſ. cap. 15. *Vt deſcendentem è tribunali non ſolùm voce reuocarent, ſed & lacinia togæ retenta, interdum pede apprehenſo retinerent.* Idem in Calig. cap. 35. *Ita ſe proripuit è ſpectaculis vt calcatâ laciniâ, togæ per gradus iret indignabundus.* Front. de Colon. *Cætera in laciniis præciſa poſt demortuos milites.*

LACINIARE, laciniæ inflexu adumbrare. Apul. lib. 10. *Vt adhæreus preſſulè membrorum voluptatem graphicè laciniaret.*

LACINIATIM, membratim, per lacinias. Apul. lib. 8. *Cum & ipſo limine dirarum beſtiarum repigratur impetus, non laciniatim diſperſo, ſed cuneatim ſtipato commeatu, difficultates illas tranſabeamus.*

LACINIOSVS, flexuoſus. Apul. lib. 1. de aſino: *In quadam auia & laciniosâ cõualle à vaſtiſſimis latronibus obſeſſus, atque omnibus priuatus, ægrè tandem euado.* Idem Apolog. *Námque animi, ita vt corporis ſanitas expedita, imbecillitas lacinioſa eſt.*

LACTARE, decipere; à lacio. Pacuu. Ilionâ: *Ne porrò te error qui nunc lactat maceret.* Cæcil. Hypobolimæo, ſeu Raſtrariâ: *Quod proluuium, quæ voluptas, quæ te lactat largitas?* Accius Medeâ: *Niſi vt caſtum ingenium lingua laudem, verbis lactem lenibus.* Varro, ὄν & λύρας: *Et auiditatem ſperibus lactet ſuis.* Lucr. lib. 5.

Aut vbi eos lactant pedibus.

LACTE, pro lac. Cæcil. Titthe: *Præſertim quæ non peperit lacte non habet.* Ennius lib. 1.

Et ſimul erubuit ceu lacte & purpura miſta.

Caſſius Hemina annal. lib. 4. *Ex Tiberi lacte haurire.* Varro Andabatis:

Candidum papillâ lacte cùm fluit, ſignum putant
Partuis.

Varro lib. 2. cap. 1. de R. R. *Ad cibum lacte & caſeum adhibitum, ad corpus veſtitum & pelles contulerunt.* Idem cap. 8. *Pullum aſininum à partu recentem ſubiiciunt equæ, cuius lacte ampliores fiant, quod id lacte quàm aſininum*

aſininum ac alia omnia dicunt eſſe melius. Apul. lib. 8. *Eum rogauit vnus è noſtris, haberéntne vanui lacte, vel adhuc liquidum, vel in caſeum recentem coactum.* Cato: *Et in Italiâ atras capras lacte album habere.* Plaut. Menæch. *Neque aqua aquæ, nec lacte lacti eſt vſquam ſimilius.* Idem Milite: *Quam Athenis aduenîſſe cum amatore ſuo, tam ſimilem quàm lacte lacti eſt.*

LACTEM, pro lac. Plaut. Bacchid. *Haut ſcio quid eo opus ſit, quæ nec lactem, nec lanam vllam habet.* Apul. lib. 8. *Ne quo caſu Deæ peregrinæ ſtomachus, vt quorundam hominum lactem, ſic illa ſanguinem concupiſceret aſininum.* Ibid. *Stipes æreas, imò & argenteas multis certatim offerentibus, ſinu recepere patulo, nec non & vini cadum, & lactem, & caſeum.*

LACTES, inteſtina, piſcium propriè: γαλαξίδες. Plin. lib. 11. c. 37. *Lactes putat dici & hominum & ouium inteſtina; reliquorum verò animantium ile. Ad hoc,* inquiens, *ventriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus: in reliquis ile.* Titin. Pſaltria: *Farticola, cerebellum, lactes agninas.* Plaut. Pſeudolo: *Vna opera alligem fugitiuum canem agninis lactibus.* Idem Curcul. *Ita cibi vacuitate venio laxes lactibus.* Gloſſæ: *Lactes* λόβοι τῆς ἀωλάγχνων: λεπτὰ ἔντερα τῆς ἐλέφων.

LACVS, pro laqueari. Lucil. Satyris:

——— *reſultantes ædéſque lacúſque.*

Huius diminut. *Lacunar* & *lacunarium*: quod & *laquearium* dixere. Seru. Horat. lib. 2. carm. odâ 18.

Non ebur, neque aureum
Meâ renidet in domo lacunar.

LÆNA, veſtimentum quod armis ſuperinduitur. Maro Æneid. lib. 4.

——— *atque illi ſtellatus Iaſpide fulua*
Enſis erat, Tyrióque ardebat murice læna
Demiſſa ex humeris.

LAERTIE, pro laërti: caſu vocandi antiquo. Liuius Andronicus odyſſeâ: *Neque te oblitus ſum Laërtie noſter.* Idem Sereno: *Cura nunc Laërtie velle, para ire Ithacam.* Priſc. lib. 7.

LÆTISCO, lætor. Siſenna hiſtoriar. lib. 4. *Vtrúmne Dij cultu erga ſe mortalium lætiſcant, an ſuperna agentes negligant.* Non.

LÆTITVDO, lætitia. Accius Bacchis: *Quanta in venando affectus eſt lætitudine!* Idem Alcmæone: *Vt ferme poſitum ac mœrentem repentino nuncio alacrem reddidiſti, ac me excitaſti ex luctu in lætitudinem.* Idem.

LÆTO, as. lætifico, lætum reddo. Liuius Ægyſto: *Iámne oculos ſpecie lætaniſti optabili?* Accius Pelopidis: *Et te vt triplici lætarem bono.* Idem.

LÆVA, ſiniſtra, σκαία; (vnde Scæuola.) *Inde læuorſum, ad læuam: vt dextrorſum, longitrorſum.* Virg. Bucolicis:

Sæpe malum hoc nobis ſi mens non læua fuiſſet
De cœlo tactas memini prædicere quercus.

LÆVA NVMINA, proſpera. Ennius lib. 3. Annal.

Olim de cælo læuum dedit inclutu' ſignum.

Non. Virg. Georgicorum lib. 4.

——— *ſi quem*
Numina læua ſinunt, aderítque vocatus Apollo.

LÆVOR, leuitas. Lucr. lib. 2.

Haut

Haut ſine principali aliquo lauore creata eſt. Idem lib. 4.

Aſperitas item vocis fit ab aſperitate Principiorum, & item lauor lauore creatur.

LÆVORSVM, ad læuam, ſicut dextrorſum. Feſt. Apul. Florid. lib. 1. *Cùm igitur aquila eò ſeſe extulit nutu elementi lauorſum, vel dextrorſum.* Idem lib. 1. Metamor. *Nam comites vtrique ad villulas proximas lauorſum abiere.*

LAMBERARE, ſcindere, laniare. Lucil. Sat. lib. 23.

Jucundáſque puer qui lamberat ore placentas.

Priſc. lib. 10. Plaut. Pſeudolo: *Euge pellepide Charine, meo me ludo lamberas.*

LAMENTAS, lamentationes. Pacuu. Hermionâ: *Lamentas fletus facere compendi licet.* Marcell.

LANARE PECVS, ouillum, lanam gerens. Varro lib. 2. de R. R. cap. 8. *Relinquitur, inquit Attius, de quadrupedibus, quod ad canes attinet, maximè ad nos, qui pecus paſcimus lanare.*

LANERVM VESTIMENTVM, ex lana ſuccida confectum. Feſt.

LANICIVM, & LANICIA, idem quod lana: ſicut *fuga*, & *effugium.* Laber. Paupertate: *Nihil refert, mollem ex lanicià Atticâ, an pecore ex hircorum veſtitum geras.* Non. Virg. Georg. lib. 3.

Si tibi lanicium cordi primùm aſpera ſilua

Lappæque tribulique abſint.

LANIGNVS, lanionius; à lanio. Varro de vitâ pop. Rom. lib. 2. *Hoc interuallo primùm forenſis dignitas creuit, & ex tabernis lanignis argentariæ factæ.* Marcell.

LANISTÆ, νομαρχαὶ, ſunt ludorum & monomachiæ præfecti. Martialis:

Inſpexit velut emptor, aut laniſta.

Suet. Oct. Aug. cap. 42. *Cùm venalitios & laniſtarũ familias vrbe expuliſſet.* Seneca de beneficiis: *Laniſta qui familiam ſuam cura exercet atque ornat.* Quintil. declam. 328. *Aut illum feræ lacerauerunt, aut aliquis (quod multo ſit indignius) ſuſtulit leno, aut laniſta.* Iuuenalis:

Scripturus leges & regia verba laniſtæ. Prudentius:

——— *ſedet illa verendis*

Vittarum inſignis phaleris, fruitúrque laniſtis.

Auium laniſtæ Columellæ dicuntur, qui aues condocefaciunt ad pugnam. Gloſſarium: *Laniſtæ*, λυδοτρόφοι, μονομαχοτρόφοι, ἐπιστάτης μονομάχων.

LAPI, pro lapide. Ennius lib. 15. Annal.

Occumbunt multi letho, ferróque lapíque

Aut intra muros, aut extra præcipe caſu. Priſc. lib. 6.

LAPIDEM SILICEM tenebant per Iouem iuraturi, hæc verba dicentes: SI SCIENS FALLO, TVM ME DIESPITER SALVA VRBE, ARCEQVE BONIS EIICIAT, SICVT EGO HVNC LAPIDEM. Feſt. Dicitur autem *lapis ſilex*, ſicut *aruus ager, laniena taberna*, Varroni. *Metra verba* Virgilio in catalectis: *ancile ſcutum, rete iaculum, tibicini modi*, apud Ciceronem. *Pœna multa*, eidem: *Pallium periſtroma* Vlpiano: *Fidicinæ fides, ventus turbo, manubia machæra*, Plauto, &c.

LAPIS hæc, fœmininè. Ennius in Annal.
Tanto ſublata ſunt agmine tunc lapides.
Varro de R. R. lib. 3. cap. 5. *Subter columnarum ſtylobaten eſt lapis à falere, pedem & dodrantem alta.* Homerus Iliad. δ. λαὰς eodem modo enunciauit.

LAPIT, dolore afficit, obdurefacit. Pacuu. Peribœâ: *Me terit fames, pauore fama concutit, lapit cor cura, ærumna corpus conficit.* Non.

LAPSABVNDVS, in lapſum propenſus. Seneca ep. 53. *Alterius fundamenta lapſabunda in mollem ac fluidam demiſſa humum.*

LARGIO, pro largior. Accius Diomede: *Benignè & pro beneficio largito atque ampliter.* Cato lege Bœbiâ: *Pecuniam inlargibo tibi.* Lucil. lib. 14. Sat. *Quod viſcus dederas tumidum, hoc in viſcera largi.* Idem.

LARGIBERE, pro largiere. Plaut. Bacchidibus: *Tum libertatem Chryſalo largibere.*

LARGITAS, pro largitione. Cæcil. Hypobolimæo: *Quod proluuium, quæ voluptas, quæ te lactat largitas?* Turpil. Paraterusâ: *Eho dic mihi, an oblita obſecro es eius crebras manſiones ad amicam, & ſumpti largitatem?* Marcell. Terent. Adelphis: *Quod proluuium? qua iſta eſt ſubitò largitas?*

LARGITVS, pro largè. Afran. Materteris: *Quid iſtuc eſt? quid fles? quid lacrumas? largitus proloquere.* Quadrig. Annal. lib. 21. *Crudeliter illi, nos miſericorditer: auariter illi, nos largitus.* Idem Apul. lib. 10. *Largitus de proprio dotem liberaliſſimè traderet.*

LARVALIS, & LARVIALIS, μορμολύκειόδης. Apul. in Apolog. *Macilentam, vel omnino euiſceratam formam diri cadaueris fabricatam, prorſus horribilem ac larualem.* In Priapeiis:
Ad me nocte ſolet venire, & adfert Pallorem maciémque larualem.

LARVATI, furioſi, quaſi laruis exterriti. Plaut. Amphitruone: *Laruatus ædepol hominem miſerum quæritat.* Idem Menæchmis: *Num ille laruatus eſt, aut territus, fac ſciam.*

LASCIVIBVNDVS, laſciuiens. Plaut. Sticho: *Quidnam dicam Dinacium laſciuibundum tam lubenter currere?*

LATERAMINA VASI, pro vaſe lateritio. Lucr. lib. 6.
—quia nimirum facile omnia circum Conlaxat, rarèque facit lateramina vaſi.

LATEBRICOLA, tenebrio, ganeo, qui colit latebras. Plaut. Trinummo: *Elegans, deſpoliator, latebricola, hominum corruptor, blandus inops, celati indagator.*

LATIALITER, & LATINE, pro liberè. Sid. lib. 4. ep. 3. *Cui tamen ſermocinari latialiter cordi eſt.*

LATICLAVIVS, id eſt, ſenator. l. ſi Rufinus. C. de milit. teſt.

LATIBVLET, & LATIBVLETVR, pro lateat. Næuius Eteropægnion: *Nocte vt opertus amictu latibulet.* Accius Putatoribus: *Progredere, & ne quis latibuletur proſpice.* Non.

LATITAVERVNT, pro ſæpè tulerunt apud Catonem. Feſt.

LATITIA, latitudo. Innoc. *In ſextaneâ latitiâ finium pedum CCL.* Idem: *Per Gallicum limitem latitia pedum CCL.* Fauſtus & Valerius

de finib. regund. *Alios fines quos ſurſum monte direximus in XII. pedes latitiam conſtituimus.*

LATRARE, pro poſcere. Ennius lib. 10. Annalium:

——— *animúſque in pectore latrat.*

Hoc Homero, κραδίη ὑλάκτει. Lucret. lib. 2.

Nil aliud ſibi naturam latrare, niſi vt cui
Pectore ſeiunctus dolor abſit.

Eodem ſignificatu Horatius *iacular* dixit, oda 16. lib. 2. Poſuerunt & *latratum* veteres pro quouis ſonitu. Accius Phœniſſis:

——— ——— *ac vbi curuo*
Littore latratu vnda ſub vndis
Labunda ſonit. Non.

LATRINA, pro lauatrinâ, ſeu balneis. Lucil. Satyr. lib. 11. *Qui in latrina languet.* Pompon. Petitore hærede: *Ita volo facias, iamdudum volo in latrinâ laui.* Gloſſæ, *Latrina*, λατρὸν. *Latrina*, etiam, *latebræ*, à latendo. Apul. de dogm. Plat. lib. 1. *Cupidinem atque appetitus poſtremam portionem infernas abdominis ſedes tenere, vt popinas quaſdam, & latrinarum latebras.*

LATRINVM, pro latrina. Laber. Compitalibus: *Sequere in latrinum vt aliquid guſtes ex cynicâ hæreſi.* Lucil. Sat. lib. 6.

Hoc tu aptè: credis quemquam latrina petiſſe? Idem.

LATRO, miles, ἀπὸ τῆς λατρείας. Ennius Annali primo:

Hæc effatus ibus, latrones dicta faceſſunt.

Idem eodem libro:

——*fortunas quas accepere latrones*
Inter ſe memorant.

Priſc. lib. 13. Feſt. lib. 10. Varro lib. 6. de L. L. Plaut. Milite: *Vt ſibi latrones cogerem, & conſcriberem.* Ibidem: *Quos conſignaui hic heri latrones.* Ibidem: *Vt latrones quos condixi hinc ad Seleucam traducerem.* Idem Pœnulo: *Nam hic latro fuit in Sparta apud regem Attalum.*

LATROCINARI, militare mercede. Plaut. Cornicularià: *Latrocinatus annos decem mercedem.* Idem Milite: *An quia latrocinamini, arbitramini liceri quiduis vobis?* Idem Pœnulo: *Sed hæc latrocinantur quæ ego dixi omnia.*

LATROCINIVM, militia. Plaut. Tiberio: *Qui apud regem in latrocinio fuiſti, ſtipendium acceptaſti.*

LATVSCVLVM, paruum latus. Lucr. lib. 4.

Quin etiam quæcunque latuſcula ſunt ſpeculorum
Ad ſimili lateris flexurâ prædita noſtri.

Catullus in Thallum:

Nec laneum latuſculum
Manúſque mollicellas,
Inuſta turpiter tibi
Flagella conſtrigillent.

Non diſſimili imagine *Iecuſculum* Sidonius Apoll. lib. 5. epiſt. 17. & Arnobius lib. 4. *Bonuſculum* Sidonius lib. 6. epiſt. 9. dixere.

LAVARE, pro maculare. Accius Staſiaſtis, ſeu Tropæo: *Vulnere tetro deformatum, ſuo ſibi lautum ſanguine.* Virg. Georg. lib. 1.

——— *lauat ater vulnera ſanguis.*

LAVERE, uit, pro lauare, uat. Varro: Ἀνθρωποπόλοι, περὶ γενεθλιακῶν: *Et Hymenæus, qui primo lauere aluum marſupio ſolet.* Idem ἐκλύμβῃ, περὶ θυσιῶν: *Pater vt cruore laueret aggerem.* Accius Medeâ: *Lauere ſalſis vultum lacrymis.* Ennius Telamone: *Strata terrâ, lauere lacrumis veſtem*

veſtem ſqualłam & ſordidam. Idem Hecubâ: *Heu miſeram! interij, pergunt lauere ſanguen ſanguine.* Idem Andromedâ: *Nam vt introducta eſt, puerum, vt lauerent, collocant in clypeo.* Afran. Suſpectâ: *Viden' lacrumis lauere me tuum collum pater?* Idem Fratriis: *Aquam ex cœno haurire, qui lauerent manus.* Titin. Pſaltriâ: *Manus lauite mulieris, & caput velate.* Næuius Danaë: *Iubeo fonte lauere nemini manus.* Varro Coſmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμα: *Atque Ægeus fluctu quem lauit ante aquilo,*

Sæuus vbi poſuit Neptuni filius vrbem. Lucr. lib. 5.

Lubrica proluuie largo lauere humida ſaxa. Idem lib. 2.

Littoris incurui biſulam lauit æquor arenam.

Plaut. Amphytr. *Poſtquam peperit, pueros lauere iuſſit nos.* Idem Pſeudolo: *Geſtas tabellas tecum, eas lacrumis lauis.* Virg. lib. 10. Æneidos:

——— *lauit improba teter*
Ora cruor.

Cato de R.R. cap. 65. *Si inquinata erit, lauito.*

LAVERNIONES dicti fures, quòd ſub tutela eſſent *Lauernæ*, quæ eſt furum Dea. Horat. ad Quintium:

—— *Pulcra Lauerna da mihi fallere.*

Auſonius:

Hic eſt ille Theo poëta falſus,
Bonorum mala carminum Lauerna.

Lucil. Satyr. lib. 14.

Si meſſes facis inuiſas, ſi vēdi Lauernæ.

Plaut. Cornicularia: *Mihi Lauerna in furtis celebraſſit manus.* Marcell. Idem Pl. Aululariâ: *Ita me benè amet Lauerna iam niſi mihi vaſa reddi iubes, pipulo hîc te differam ante ædes.* Gloſſis etiam *Lauerna* dicitur προξιδίκη: ſeu Dea quæ dictis ac factis finem imponit.

LAVI, pro lauari. Pompon. Hærede petitore: *Ita volo facias, iampridem volo in latrinâ laui.* Idem.

LAVTIA, epularum magnificentia. Feſt. *Lautias* dixere veteres omnem neceſſariam ſupellectilem & commeatum. Græci ξενία καὶ παροχάς. Symmach. lib. 4. epiſt. 56. *Nam quod ſciam Muſis in Palatio loca lautia tu dediſti.* Adi Barn. Briſſon. lib. 2. formul. & Scop. ſuſp. lect. lib. 2. ep. 22.

LAVTITIA, farina ex tritico, aquâ conſperſa. Idem.

LAVTVLÆ, locus extra Vrbem, vbi lauabant. Varro lib. 4. de L. L. *Lautulæ à lauando, quòd ibi ad Ianum Geminum aquæ calidæ fuerint: Ab his palus fuit in minore velabro, à quo, quòd ibi vehebantur lintribus, velabrum.*

LAX, fraus; vnde *lacere*, & *illicere*, quod eſt in fraudem inducere.

LAXITAS, laxitudo. Cic. offic. lib. 1. *Et admittenda hominum cuiuſque modo multitudo, adhibenda cura eſt laxitatis.* Saluſt. hiſt. lib. 4. *Simul eos & cunctos iam inclinatos laxitas, & loci plures cohortes, atque omnes vt in ſecunda re pariter acre inuadunt.*

LE

LEÆ, pro leænæ. Lucr. lib. 5.

Irritata lea iaciebant corpora ſaltu
Vndique, & aduorſum venientibus ora patebant.

LECTVS, pro lecti. Plaut. Amphitr. *Prius abis quàm lectus vbi cubuiſti concaluit locus.* Sic *cibus*, pro cibi. Idem Captiueis: *Tantus ventri commeatus meo adeſt in portu cibus.*

Priſc. lib. 6.

LECYTHVS, vaſculum dicitur ore anguſto, ventre protuberante, oleo ſeruando adcommodatum: vnde prouerbia: ἔλαιον ἐν ἐνεγκεῖν ἐν τῇ λήκυθῳ. Et, λήκυθον ἔχει ἐν γνάθοις. Latinè *Ampulla* dicitur, fuitque inſigne & ſupellex paraſitorum. Pollux lib. 4. τοῖς δὲ παρασίτοις πρόσεστι καὶ στλεγγὶς καὶ λήκυθος, ὡς τοῖς ἀγροίκοις λαγωβόλον. Iſtud eſt, *Paraſitis verò ampulla & ſtrigil, ſicut ruſticis pedum conuenit.* Adtribuuntur & apud Plautum paraſito ſtrigil atque ampulla. Locus eſt Sticho talis:

Aut periuratiunculas paraſiticas,
Rubiginoſam ſtrigilem, ampullam rubeam,
Paraſitum inanem, quò condas reliquias. Et in Persâ:
Cynicum eſſe egentem oportet paraſitum probè,
Ampullam, ſtrigilem, ſcaphium, ſoccos, pallium,
Marſupium habeat; inibi paullum præſidi.

LEGIRVPA, legum violator. Plaut. Pſeudolo: *Sacrilege, periure, legirupa, pernicies adoleſcentum, fur, fugitiue.* Ibidem: *Hominem ego hîc quæro malum, legirupam, impium, periurum, atque improbum.* Idem Persâ: *Sed legirupam qui damnet, det in publicum dimidium.* Idem Rudente: *Legirupa, impurus, impudens, inuerecundiſſimus.*

LEGIRVPTIO, legis tranſgreſſio. Plaut. Rudente: *Tun' legiruptionem hîc nobis cum Diis facere poſtulas? pugnum impinge in os.*

LEGVLEI, & leguli dicebantur, qui oleam & vuas aut alios fructus legebant. Varro de L.L. lib. 4. & ff. lib. 7. tit. 1. l. 13. *Magnum apparatum ſint deſideratura opificum fortè, vel leguleorum.* Cato de R. R. cap. 64. *Leguli volunt vti olea caduca quamplurima ſit, quo plus legatur.*

LEMBVS nauiculæ genus velociſſimæ, quod dromonem appellant. Accius Deiphobo: *Fortè aliquanto quàm ſolitus lembo ſum progreſſus longiùs.* Turpil. Leucadiâ: *Hortari noſtros cœpi illicò vt celerarent lembum.* Idem Lemniis: *Lembi redeuntes domum duo certam ad nos adcelerant ratem.* Siſenna hiſt. lib. 3. *Oracilium legatum cum ſcaphis ac lembis.* Non. Fulg. Plantiades. Plaut. Mercatore: *Hæc dum aguntur lembo aduehitur tuus pater pauxillulo.* Virg. lib. 1. Georg.

— *quàm qui aduerſo vix flumine lembum*
Remigio ſubigit.

LEMNISCI dicebantur faſciæ coloratæ, quæ à coronis laneis dependebant, quarum vſu antiquiſſimi delectabantur. Auſonius epiſtol. 6.

Et quæ iamdudum tibi palma poëtica floret
Lemniſco ornata eſt, quo mea palma caret.

Plin. lib. 21. cap. 3. *Acceſſerúntque & lemniſci, quos adiici ipſarum coronarum honos erat.* Gloſſarium: *Lemniſcus*, καρπόδεσμος, articularia faſciola: *Lemniſcatus*, περιδέσμιος, περιελιγμένος.

LEMVRALIA, dicta ſacra, quibus fabam noctu iacere vſurpatum eſt; Romanis lemures, hoc eſt, ſpectra nocturna ſe domo expellere clamantibus, quam nigram eſſe conuenit, ipſam lotis manibus & pede

pede nudo per ora verſare, & poſt terga reiicere, æriſque tinnitum facere, vtque lemures fabâ redemti domo abire velint, nouies orare, donec ſolutis religione animis manes expiatos crederent. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Quibus temporibus in ſacris fabam iactant noctu, atque dicunt ſe lemures domo extra ianuam eiicere.* De hoc ſacro Ouid. Faſt. lib. 5.

Cúmque manus purè fontana perluit vndâ
Vertitur, & nigras accipit ore fabas,
Auerſúſque iacit: ſed dum iacit, Hæc ego mitto
His, inquit, redimo meque meíſque fabis.
Hæc nouies dicit, nec reſpicit, vmbra putatur
Colligere, & nullo terga vidente ſequi.

LENIS, vaſis genus. Laber. Cophino: *Cùm prouincias diſpoliauit, columnas monolithas, labella, lenes.* Non.

LENITVDO, lenitas. Turpil. Philopatro: *Mira lenitudine ac ſuauitate abundat.* Idem. Cicero Tuſc. quæſt. lib. 4. *Lenitudo orationis, mollitudo corporis, ea ſibi bona ducens.*

LENOCINAMENTVM, lenocinium. Sidon. lib. 7. epiſt. 9. *Pro omnium gratiárum priuilegio, decoramento, lenocinamento.*

LENS maſculinè. Titin. Geminâ: *Lenti calido, eluela, rapula, rumices.* Idem.

LENTITVDO, pro lenitate. Cic. Tuſc. quæſt. 4. *Eámque quam lenitatem nos dicimus, vitioſo lentitudinis nomine appellant.*

LENTITVDO, pro tarditate. Symmach. lib. 2. epiſt. 48. *Sed vt ſcripta ad veſperam mihi reddita prodiderunt meum officium, meámque curam tabellarij lentitudo ſuſpendit.*

LENVNCVLVS (qui & REMVNCVLVS Gellio) nauigium piſcatorium. Saluſt. hiſt. lib. 2. *Primò indicit forte per noctem in lenunculo piſcantis.* Gloſſarium: *Lenunculus, πίτυλος, σκαφίδιον.*

LEPISTA, genus vaſis aquatici. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Lepiſtæ etiam nũc Sabinorum pauperioribus fanis pleriſque aut fictiles ſunt, aut æneæ.* Ibidem: *Vbi erat vinum in menſa poſitum, aut lepiſtam, aut galeolam, aut ſinum dicebant.* Seruius Næu. bello Punico:

Ferunt pulcras pateras, æreas lepiſtas.

Attil. Fortunatianus de Saturnio verſu. Gloſſæ; *Lepiſta, εἶδος κύπελλος.*

LERIA, ornamenta tunicarum aurea. Feſt. Græci λήρους dicunt; de quibus Heſychius, & Pollux.

LESBIVM, vaſis genus cælati, à Lesbis inuentum. Feſt. Pompeius.

LESSVS quid ſit (ait Cic. lib. 2. de leg.) veteres interpretes Sex. Ælius, L. Acilius, non ſatis intelligere ſe dixerunt: ſed Acilius ſuſpicari veſtimenti genus aliquod funebris. Ælius leſſum, quaſi lugubrem eiulationem, vt vox ipſa ſignificat. In XII. Tab. MOLIERES. GENAS. NI. RADVNTO. NIVE. LESSVM. FOVNERIS. ERGO. HABENTO. Plautus Truculento: *Thetis etiam lamentando leſſum fecit filio.*

LEVASSO, pro leuauero. Ennius annali decimo;

O Tite ſi quid ego adiûro, curámve

leuaſſo,
Quæ nunc te coquit, & vorſat ſub pectore fixam
Ecquid erit preci?
Calpurn. Piſo.

LEVAT, pro minuit. Turpil. Demetrio: *Nunc me ex aliorum ingeniis iudicat, intercapedo quorum amicitias leuat.* Varro Quinquatribus: *Abſynthium vt bibam grauem & caſtoreum, leuémque rubur.* Accius Meleagro: *Caue laſſitudo poplitum curſum leuet.* Idem Nyctegreſia: *Illos ſuapte induxit virtus, tu laudem illorum leuas.* Varro περὶ ἐξαγωγῆς: *Quámnam te eſſe dicam feram, quæ manu corporis feruidos fontes aperis lacus ſanguinis, teque vita leuas ferreo enſe?* Marcell.

L I

LIBEROS etiam filium vnum filiámve, multitudinis numero appellarunt antiqui. Sempr. Aſellio de Graccho: *Orare cœpit vt ſe defenderent, liberóſque ſuos, eum quem virilis ſexus tum in eo tempore habebat produci iuſſit, populóque commendauit propè flens.* Gell. lib. 2. cap. 1.

LIBRILLA, ſaxa ad brachij craſſitudinem in modum ſcuticæ loris reuincta, quorum in bellis erat olim vſus, iam verò in deſuetudinem abiere: in eorũ tamen locum fuſtibalium inuentum. Hinc *Libratores*, qui talia miſſilia vibrant, mittúntque in hoſtem. Tacitus lib. 2. *Remotiſque paulatim legionibus, funditores libratoréſque excutere tela, & proturbare hoſtem iubet.* Gloſſis etiam *Libratores*, ζυγοσάται.

LIBRILLE, ſcapus libræ. Feſt.

LIBVS, pro libum. Nigidius de Diis: *Deinde ſurgat, faciat libos quatuor, & intra libos duos à dextra, & duos deuexos.* Non.

LICESSIT, pro licuerit. Plaut. Aſinariâ: *Nã iſte hercle ab illâ ne pedem diſcedat ſi liceſſit.*

LICITARI, pro congredi, pugnare. Ennius annal.
Pars ludicrè iactant ſaxa, inter ſe licitantur.
Cæcilius Hymnide: *Quin machæra licitari cùm aduorſum cœpisti ſciens.* Non. Marcellus.

LIDVNA dicitur receſſus, & reciprocum maris decrementum, quod & ſalaciam nominarunt Romani. Marcellus Empiricus de medic. cap. 25. *Colligitur die Iouis lunâ vetere, liduná, ante prandium.* Idem ibidem: *Colliges herbam quæ dicitur Britannice, die Iouis, vetere lunâ, liduná.* Et: *Conficitur vetere luna & liduna, à menſe Martio.*

LIGELLVM, domicilium breue interpretatur. Non. Poteſt etiam dici ſpiraculum quâ foras exit fumus, à Græco λιγνὺς, quod eſt *fuligo*, ſeu *fumus*. Plaut. Aulularia: *Quin continùo clamat Diuûm atque hominum fidem, de ſuo ligello ſi qua fumus exit foras.* Aliis videtur *ligillum* dici; vt ſit diminutiuum à *ligno*, ſicut à *tigno*, *tigillum*: à *ſigno*, *ſigillum*.

LIGNARI, ligna colligere. Plaut. Captiueis: *Ite huc, atque efferte lora.* LOR. *Num lignatum mittimur?*

LIGVLA, pro homine contemptiſſimo. Plaut. Pœnulo: *Ligula, in malam crucem: tunc hic audes amator eſſe? hallex viri.*

LIGVRRIRE, ſuauioribus veſci cibis. Catull. Priapo: *De meo lîgurrire*

gurrire lubido eſt. Horat. lib. 1. Satyr. 3.

Semeſos piſces tepidúmque ligurrierit ius.

Varro de R. R. lib. 3. cap. 16. *Non vt muſcæ ligurriunt* (apes) *quòd nemo has vides vt illas in carne, aut ſanguine, aut adipe.* Terent. Eunucho: *Quæ cum amatore ſuo cùm cænant, ligurriunt.* Apul. Apolog. *Nam patrimonium omne iampridē abligurriuit.* Sidon. lib. 9. epiſt. 6. *Quantum ſumtuoſitas domeſticæ charybdis abligurriſſet.* Hinc *abligurrire*, rem ſuam epulis talibus conſumere: *abligurritio*, & *abligurigo*, prodigalitas. Terent. Eun. *Hominem haut impurum, itidem patria qui abligurrierat bona.* Iul. Capitolinus in Macrino: *Imperium dedecorauit vitiis ingentibus, luxuriâ, turpitudine, abligurritione.*

LIMARE CAPVT, coniungere amantum more. Cæcil. Pauſimacho: *Hoc à te poſtulo ne cum meo gnato poſthac limaſſis caput.* Turpil. Leucadiâ: *Veritus ſum ne amoris cauſsà cum illa limaſſis caput.* Liu. Andr. Tereo: *Credito cum illâ ſolâ meâ voluntate nunquam limauit caput.* Plaut. Schematico: *Nam pater tuus etiam nunquam cum illa limabit caput.* Non. Idem Pl. Bacchid. *Nec à quoquam acciperes mercedem annuam, nec cum quoquam limares caput.* Idem Pœnulo: *Ac vide ſis cum illa nunquam limaui caput.*

LIMBVS, veſtimentum muliebre, in imo purpuram habens. Virg. Æneidos lib. 4.

Tandem progreditur magnâ ſtipante caterua

Sidoniam picto chlamidem circumdata limbo.

Hinc *Limbolarij*, qui iſtiuſmodi conficiunt veſtes. Plaut. Aululariā: *Textores, limbolarij, arcularij ducuntur, daturas.*

LIMIS, & LIMVS, obtortus, curuus. Plaut. Milite: *Adſpicite limis oculis, ne is nos ſe videre ſentiat.* Idem Bacchid. *Viden' obſecro limulis vt intuetur?* Terent. Eunucho: *Ego limis aſpecto ſic per flabellum.* Hinc dicuntur *Limen*, quòd ingredientibus & exeuntibus aduorſum: & *Limites*, quòd obliquè in agro ponuntur.

LIMVS, veſtis genus, quo ab vmbilico ad pedes vſque teguntur pudibunda: dictum quòd in extremo purpuram limam, h. e. flexuoſam & obtortam habeat. Iſid. lib. 19. cap. 22. & lib. 15. cap. 13. Virg. Æneid. lib. 12.

Velati limo & verbenâ tempora vincti.

LINGVARIVM, γόμιον. Seneca de Benefic. lib. 4. cap. 36. *Ecce vt doleat tibi, vt poſtea conſideratius loquaris, quod dicere ſolemus, linguarium dabo.* Eſt autē inſtrumentum quo lingua alicui occluditur. Plaut. Milite: *Tibi tuopte conſilio occludunt linguam, & conſtringunt manus.*

LINGVLA, gladiolus oblongus, in figuram linguæ factus. Næuius Heſionâ: *Sine mihi morem gerere, non linguâ, verùm lingulâ.* Gell. lib. 10. cap. 25. *Vbi & hæc armorum genera enumerantur: Haſta, pilum, falarica, ſemifalarica, ſoliferrea, geſa, lancea, ſpari, rumices, triſaces, traguli, framcæ, meſanculæ, lateiæ, romphæa, ſcorpius, ſcibones, ſicilices, veruta, enſes, ſicæ, machæræ, ſpatæ, lingulæ, pugiones, climaculæ.*

LINGVLACA, genus piſcis: ponitur

tur pro muliere argutatrici & loquace. Plaut. Casinâ: *Vin' lingulacas?* ST. *Quid opus est, quando vxor domi est? ea lingulaca est, nam nunquam tacet.* Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: *Quare desident lingulacæ? Obtrectatores tui iam nunc murmurantes dicunt,* μωμήσονταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Marcell.

LIQVIDVM, dulce. Varro Eumenidibus:

Phrygiis per ossa cornus liquida canit anima. Idem.

Plaut. Milite: *Liquidius dulciúsque quàm ventus est Fauonius.*

LIRARE dicitur confodere, & diffendere, à lyra, quæ est fossa recta ad tuendos agros ducta, in quam vligo terræ decurrit. Pompon. Prostibulo: *Iámne abierunt, iámne ego sum in tuto satis? nam quis hic resistit, qui nondum labias lirárit mihi?* Non. Varro de R.R. lib. 1. c. 29. *Tertiò cùm arant, iacto semine boues lirare dicuntur*; ideſt, cùm tabellis additis ad vomerem simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas quæ pluuia aqua delabatur.

LIS Æ, σφαγιτίδος, Celso lib. 4. c. 1. sunt venæ maiores (teste Donato) gutturis, quibus intersectis animal confestim emoritur: vnde *elisum*, quidquid ex tali causa mortuum est.

LITARE, propitiare, votum impetrare. Maro lib. 4. Æneid.

Tu modò posce Deos veniam, sacrísque litatis.

Plaut. Pœnulo: *Si herclè istuc factum est, tum me Iuppiter faciat vt semper sacrificem, neque vnquam litem.* Ibidem: *Quoniam litare nequiui, iratus vetui exta proficarier.* Hinc *litata* sacra sunt acceptata. Lucan.

Neque enim tibi summe litaui Iuppiter hoc sacrum.

LITTERATVS, γραμματίας, litteris notisque compunctus. Plaut. Casinâ: *Si hic literatus me sinat, quod bonum atque fortunatum mihi sit.* Idem Rud. *Nam hæc literata est, abs se cantat cuia sit.* Valerius Max. *Seruus ab eo vinculorum pœna coercitus, inexpugnabilique litterarum notâ per summam oris contumeliam inustus.*

LITTEROSVS, litteratus. Cassius Hemina annal. lib. 4. *Homo merè litterosus.* Non.

LIX, cinis, vel humor cineri permistus: vnde *lixiuium.* Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Lix cinis est foci: inde enim cinis luxatis potus medetur, vt licet videre gladiatores cùm deluserint hac iuuari potione.* Plin. lib. 36. cap. vlt.

LIXA dicta est aqua; vnde *lixæ*, qui aquam militibus adportant, & exercitum quæstus gratia sequuntur. Lucanus:

Stat dum lixa bibat. Idem:

— inutile Marti lixarum vulgus.

Sueton. Augusto: *Lixa quidam cultro venatorio cinctus.* Sidon. lib. 6. epist. 1. *Vltimos calones tuos lixásque non despicis.*

LIXABVNDVS, iter liberè & prolixè faciens. Plaut. *Qui famam tuam lixabundus & nomen fœdas.* Fest.

LIXVLÆ, & SEMILIXVLÆ, circuli ex aqua, caseo & farinâ; vile apud antiquos cibi genus. Varro lib. 4. Analog. *Circuli quòd mixta farina caseo & aqua circuitum aquabiliter fundebant: hoc quidam qui magis inconditè faciebant, vocabant lixulas*

lixulas & ſemilixulas, vocabulo Sabino. idque frequentiùs Sabini, à globo farina dilatato.

LO

LOCI MVLIEBRES, vbi naſcendi initia conſiſtunt. Varro lib. 4. de L. L. Plin. lib. 11. cap. 37. *Fœminis eadem omnia præterquam veſica iunctus vtriculus, quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animantibus vuluam. Loca* dixit Columella lib. 8. cap. 11. *Sæpius digitis loca fœminarum* (pauonum) *tentanda ſunt, nam in promptu gerunt oua.*

LOCVLAMENTA vocantur diſtincta, in quibus aues nidificãt habitacula. Gloſſis διαφράγματα. Colum. lib. 8. cap. 8. *Vel ſi non ita competit paxillis adactis tabulæ ſupponantur, quæ vel loculamenta, in quibus nidificent aues, vel fictilia columbaria recipiant.*

LOCVTVLEIVS, is dicitur, cuius tam prodiga effreniſque eſt lingua, vt teterrima quadam colluuie verborum fluat ſemper & æſtuet, hic à maioribus noſtris modò à lingua *linguax, lingulax*, & *lingulaca*, modò à ſono camelorum tractâ voce *Blactero* vocabatur. Gell. lib. 1. cap. 15.

LOEBESVM, liberum: *lœbertatem*, libertatem antiqui dixere. De quo vide in AB OLOES.

LOGI, ſermones ridiculi & contemnendi. Cic. pro Gallo: *Ego certè credo te omnes logos animaduertiſſe qui ludis dicti ſunt.* Turpil. Canephoro: *Teſtamentum ergo celabis? logi.* Plaut. Perſâ: *Dabuntur inde do tibi ſexcenti logi.* Idem Sticho: *Non vendo logos.* Eâdem: *Venales ſunt logi iſti, quos negabam vendere.*

LONGABO, farciminis genus, quod longius eſt apexabone & hilo. Varro lib. 4. de L. L. Gloſſæ: *Longabo*, κωλέντιρον.

LONGÈ, pro valdè. Virg. lib. 5. Æneid.

Ante omnes ſtupet ipſe Dares, longéque recuſat.

Terent. Adelphis: *Et errat longè, meâ quidem ſententiâ.*

LONGINQVE, longè. Accius Andromache:

Ei malo annos multos longinquè à domo,
Bellum gerentes ſummum ſummâ induſtriâ.

Lucil. Satyrar. lib. 30.

Scito etenim benè longinquum mortalibu' morbum
In vino eſſe, vbi qui inuitauit dapſiliùs ſe. Non.

LONGISCERE, extendi, longum fieri, frangere. Ennius annal.

Cùm ſola eſt, eadem faciunt longiſcere longè. Idem lib. 17.

——neque corpora firma
Longiſcunt quidquam. Idem.

LONGITER, pro longè. Lucil. Satyr. lib. 3.

Symmachu' præterea iam tum depoſtu bubulcus
Exhalans animum pulmonibus ager agebat,
Non, vt opinor, is à letho iam longiter errat. Idem.

Lucr. lib. 3.

Nam ſi tantopere eſt animi vitiata poteſtas
Omnium, vt actarum exciderit retinentia rerum,
Non, vt opinor, ea ab letho iam longiter

giter errat. Idem lib. 5.

Sic animi natura nequit ſine corpore oriri
Sola, neque à neruis aut corpore longiter eſſe.

LONGITIA, longitudo. Innoc. de caſ. lit. *In campo limes excurrit extremus in longitiâ.* Idem: *Finis in longitiâ extenditur ſexaneo latere, ſuper ſe montem, ſub ſe vallem.*

LONGVLE', pro longè. Plaut. Rudente: *Illico hinc imus haut longulè ex hoc loco: verùm longulè hinc abeſt vnde huc vecti ſumus.* Apul. Florid. lib. 1. *Homines enim neque longulè diſſita, neque proximè adſita poſſumus cernere.* Idem lib. 9. de aſino: *Quòd auribus grandiſsimis præditus cuncta longulè etiam diſſita facillimè ſentiebam.*

LONGVRIO, homo procerus. Varro Tryphalo, περὶ ἀρρυθμότητος: *Ego nihil narro, adeò hæc ita curat, qui ante me eſt, neſcio qui longurio.* Marcell.

LOQVERET, pro loqueretur. Ennius annali ſeptimo:

Cui res audacter magnas paruáſque, iocúmque
Eloqueret, quæ tincta malis, & quæ bona dictu
Enomeret. Gell. lib. 12. cap. 4.

LORAM dicebant antiqui, in vindemiâ cùm expreſſiſſent acinis muſtum, & folliculos in dolium conieciſſent, quod potionis genus grandæuis erat aptum. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Antiquæ mulieres maiores bibebant aut loram, aut ſapam, aut defrutum, aut paſſum.* Non. Idem Varro de R. R. lib. 1. c. 54. *Expreſſi acinorum folliculi in dolium coniiciuntur, eóque aqua additur, ea vocatur lora, quod lota acina; ac pro vino operariis datur hieme.*

LOTIOLENTE', dictum à lotio; ſicut *luculentè*, à luto. Titin. Varro: *Lotiolentè flocci ſiet & cuculator.* Marcell.

LV

LVBENTE ME, hoc eſt, volente. Plaut. Curcul. *Verum herclè dico, me lubente feceris.* Idē Menæchmis: *Cape atque ſerua, me lubente feceris.* Idem Sticho & Truculento: *Me lubente facies.* Symm. lib. 1. epiſt. 58. *Quid tu? libente Attilio factum putas, quod faſcibus aratra mutauit?*

LVBIDINITAS, lubido. Laber. Scylace: *Lubidinitate labitur.* Non.

LVCA BOS, elephas. Ennius Andromachâ: *Atqui priùs pariet locuſta lucam bouem.* Lucr. lib. 5.

Inde boues Lucas turrito corpore, tetros
Anguimanos.

LVCAR, æs, quod ex lucis captatur. Lucaris pecunia, quæ ex lucis data erat. Feſt. Liuius lib. 3. *Pythio Apollini republ. noſtra bene geſta ſeruataque lucaris meriti donum mittitote.* Plut. problemat. διά τι τὸ τιλέμαχον εἰς θέας λῦκαρ καλῦσι. Tertull. aduer. Gnoſticos: *Truncatur* (Ioan. Bapt.) *in puellæ ſalticæ lucar.* Ex decreto Cæninenſium Bergomi, in templo D. Alexandri, quod refert in antiquitatibus Appianus: QVOIVS EXIMIA LIBERALITAS POST MVLTAS LARGITIONES HVCVSQVE ENITVIT, VT LVCAR LAMINAR, REDEMPTVM A REPVBL. SVA VNIVERSIS CIVI-

BVS

BVS SVIS IN PERPETVVM REMITTERET. Gloſſarium: *Lucar*, μισθὸς ἀπὸ φίσκου. Et: *Lucaria*, θεατρικὰ χρήματα.

LVCE CLARO, pro clara. Varro Ephebo, ἐν ἐφήβοις: *Hodie ſi poſſumus quod debemus populo in foro medio luce claro decoquere.* Idem Bimargo: *Nos ergo nihil egimus quod legem Lucaniam luce claro ſcutulans.* Non. Cic. offic. lib. 3. *Et cùm prior ire luce claro non queo.* Ibidem: *Luce claro in foro ſaltet.* Plaut. Aulularià: *Luce claro diripiamus aurum matronis palàm.* Idem Ciſtellarià: *Poſtea autem cum primo luce cras niſi ambos occidero.*

LVCI, pro luce, ſole adhuc lucente. Ennius lib. 17. annal.

Si luci, ſi nox, ſi mox, ſi cùm data ſit frux. Priſc. lib. 6.

Plaut. Caſinà: *Sed properate iſtum atque iſtam actutum emittere, tandem vt veniamus luci.* Idem Menæch. *Herum meum hìc in pacato oppido luci diripier in viâ, qui liber ad vos venit, mittitis?*

LVCII, qui prima luce erant nati, dicebantur: ſicut *Crepuſci*, qui ſub crepuſculum, *Manij*, qui manè.

LVCISCO, pro luceſco. Terent. Heautont. *Luciſcit hoc iam, ceſſo pultare oſtium vicini.* Plaut. Amphitr. *Exire ex vrbe priuſquam luciſcat volo.* Gloſſa: *Luciſcit*, διαφάει.

LVCRIPETA, fœnerator, auarus, lucrum petens. Plaut. Moſtell. *Interuenit lucripeta fœnus fœnerator poſtulans.* Sic apud Hieron. epiſt. 47. *heredipetam.* apud Paulin. epiſt. 20. *leuitas altipeta.* apud Tatian. orat. contra Græcos, *humipeta.*

LVCRVS, pro lucrum. Plaut. Perſâ: *Nunc ea narrabo, vnde tu lucrum pragrandem faciàs.* Sic, in antiquo monumento:

IVLIA FIRMA SITA TVMVLO
QVÆ COMMVNE THORVM SERVAVIT CASTRA MARITI. pro communem torum.

LVCTANT pro luctantur. Ennius annali nono:

——— *viri validis cum viribu' luctant.*

Plaut. Vidulariâ: *Quid multa verba? plurimum luctauimus.* Marcell. Idem Pl. Trinummo: *Quantis cum ærumnis deluctaui.* Terent. Hecyrâ: *Dicítque ei ſeſe annulum dum luctat detraxiſſe.*

LVCTI, pro luctus. Accius Pelopidis: *Ceſſo hinc ire & capere lucti veſtem pro lecto coniugis?* Idem Nyctegreſiâ: *Tum quod ſupereſt ſocium mittis leto: an lucti pœnitet?*

LVCVBRVM vocabant quidquid ex materiâ arida erat, ad excipiendum ignem: vt ſunt ſulfurata, & arborum fungi putres ad ignem arefacti, vel inſoleti: vnde *Lucubratio.* Veteribus etiam *canaptura* dicebatur. Gloſſarium: *Canaptura*, λυχναψία. Ex cannabis enim ſtupa accendebatur ignis. De hoc Auctor Moreti: *Et producit acu ſtupas humore carentes.*

LVCVLENTITAS. Cæcil. Hymnide: *Vide luculentitatem eius & magnificentiam.* Laber. Tuccà: *Dominus noſter tua luculentitate captus.* Idem.

LVCVMONES, homines inſani. Auſonius:

Anticyrámque bibes Samij lucumonis acumen. Propertius:

Prima galeritus poſuit tentoria lucmo.

LVCVNS, lucuntis, panis eſt, ſiue operis piſtorij genus: cuius eſt diminut. *Lucunculus*, Feſto *Lucutera*: Græcis λευκαντὴρ, ab adſperſione farinulæ albæ. Varro περὶ πλοῦ, περὶ φιλοσοφίας:

Ac nulla ambroſia ac nectar, non allia, ſardæ,
Panis, pemma, lucuns, cibu' qui puriſſumu' multo eſt.

Idem σκιομαχία, περὶ τύφου:

——— *vinum pemma, lucuns, nihil adiuuat iſtam.*

Afran. Fratriis: *Pictori nubat.* AL. *Cur non ſcriblitario?* AL. *Vt mittat fratris filio lucunculos.* Non. Tertull. *Stillicidia mellis de lucunculo venenato.* Apul. lib. 10. de piſtore dulciario: *Hic panes, cruſtula, lucunculos, hamos, laterculos, plura ſcitamenta mellita.* Gloſſis *Lucunclus* eſt τηγανίτης.

LVELA, luitio, ſolutio. Lucret. lib. 3.

Eſt inſignibus inſignis, ſceleríſque luela,
Carcer, & horribilis de ſaxo iactu' deorſum.

LVMARIAS falces appellarunt, queis ſecant lumas, hoc eſt, herbas, ſeu potiùs ſpinas in agro ſerpentes. Varro de L. L. lib. 4. Gloſſarium: *Luma*, βοτάνη ὅμοια ἡδυόσμῳ, ἣν τινες ποταμογείτονα καλοῦσιν, ἄλλοι καλαμίνθῳ.

LVMBAGO, debilitas & vicium lumborum. F. Pomp.

LVMBI FRAGIVM, fractio lumborum. Plaut. Amphitr. *Nam ſi me irritaſſis, lumbifragium hinc auferes.* Vide *Fragium.*

LVPARI, ſcortari, proſtitui. Turpil. Actâ: *Atque cum meretrice è noſtro ornatu lupantur per vias.* Lucil. Satyr. lib. 5.

——— *& Diuos thure precemur*
Conſilium, fas ſi placeat: tu impune luparis.

Dictum eſt antiquis ſcortum *lupa*, & *lupula.* Nouius Bubulco Cerdone:

——— *cùm ad lupam*
Noſtram tam multi crebrò commetent lupi.

Apul. Apolog. *Domus eius tota lenonia, tota familia contaminata, ipſe propudioſus, vxor lupa.* Idem lib. 5. Metam. *Perfidæ lupulæ magnis conatibus nefarias inſidias tibi comparant.*

LVRA, os culei, vel vtris: vnde *lurcones*, capacis gulæ homines, ſuorúmque conſumtores bonorum. Feſt. Apul. Apolog. *Gumij cuiuſdam & deſperati lurconis, Iunij Craſſi.*

LVRCARE, vel LVRCARI, cum auiditate vorare. Pompon. Syris: *Lapatium nullum veſcebatur, lardum lurcabat lubens.* Lucil. Satyr. lib. 2.

Vt lurcaretur lardum, & carnaria furtim
Patrum conficeret. Non.

LVROR, vt ægror, putror. Lucr. lib. 4.

Lurida praterea fiunt quæcunque tuentur
Arquati, quia luroris de ſemine eorum
Semina multa fluunt ſimulacris obuia rerum.

LVSCINIVS, pro luſcinia. Phædrus fab. 57. *Tibi forma; vires aquilæ, luſcinio melos, Augurium corno, læua cornici omina.* Sic *Ferus*, pro fera. Idem Phædrus fab. 12.

——— *ſilua tam excepit ferũ.* Et fab. 39.
——— *tum gaudens ferus Bobus quietis*
cœpit agere gratias.

LVSCIO

LVSCIOLA, luſcinia. Varro lib. 4. de L. L. *Luſciola quòd luctuosè canere exiſtimatur, atque eſſe ex Attica Progne in luctu facta auis.* Plaut. Bacchid. *Pol ego quoque metuo luſciolæne defuat cantio.*

LVSCITIO, vitium oculorum: vnde *Luſcitioſi*, clarius veſperi quàm meridie cernentes: aliis dicuntur, qui ad lucernam non vident; μύωπες. Varro Andabatà: *Ædepol idem cæcus non luſcitioſus eſt.* Plaut. Milite: *Mirum eſt lolio victitare te, tam vili tritico. Quid iam? Quia luſcitioſus. Verbero tu quidem cæcus non luſcitioſus: nam illam eccam quidem domi.*

LVSTROR, ſcortor. Plaut. Caſinâ: *Vnde is nihili? vbi fuiſti, vbi luſtratus es? vbi bibiſti?*

LVTATVS, luto oblitus. Lamprid. Heliogab. *Sed vbi primùm lutati ſunt tituli ſtatuarum, milites omnes exarſerunt.*

LVTAVI, pro lui. Varro ἐκαλόμεθα, καὶ θυσίων: *Habes quî & cuius rei causâ fecerim hecatombam, in quo ego, vt puto, quoniam eſt luere ſoluere, lutaui.* Non.

LVTESCIT, in lutum conuertitur. Furius Antias Poëmatibus: *Sanguine diluitur tellus, caua terra luteſcit.*
Gell. lib. 18. cap. 11.

LVTOR, pallor, ſqualor. Apul. lib. 9. Metamorph. *Flebili centunculo ſemiamicta, nudis & intectis pedibus, lutore buxeo, maciéque fœdata.*

LVTVLO, fœdo, conſpurco. Plaut. Trinummo: *Nam hi mores maiorum laudant, eoſdem collutulant, quos collaudant.*

LVTVM, pro homine inquinatiſſimo. Catullus: *Non aſſis facis, ô lutum, lupanar.* Cic. in Piſonem: *O tenebræ, ô lutum, ô ſordes, ô paterni generis oblite, materni vix memor.* Plaut. Mil. *Támne mihi manus ſunt inquinatæ? quî? quia luto ludo.*

LVTVS, pro lutum. Claudius annal. lib. 4. *Pluuia, imber, lutus erat multus.* Marcell.

LVXA membra dicuntur quæ ſuis ſunt locis mota: vnde *luxuria*, & *luxurioſus*, nimium in re familiari ſolutus.

LVXVS, luxatio. Apul. Florid. *Tamen articulus loco conceſſit, éxque eo luxu adhuc fluxus eſt.*

L Y

LYMPHOR, pro lympha. Lucil. Satyris: *Lymphorem impermiſtum.* Non.

M

MNon extritum in verſu. Ennius, lib. 1. Annal.

Dum quidem vnus homo Româ tota ſupereſcit. Idem lib. 10.

Inſignita ferè tum millia militum octo.
Feſt. Priſc. lib. 1. Lucr. lib. 7.

——— *namque officium quod corporum extat.* Idem lib. 2.

Nam quod fluuidum eſt, è læuibus atque rotundis Eſt.
Et lib. 3.

Namque papauerum aura poteſt ſuſpenſa leuiſque. Ibidem:

Sed dum abeſt quod auemus, id exſuperare videtur. Et lib. 5.

Sollicitare ſuis vllũ è ſedibus vnquam.
Et lib. 6.

——— *ſeque ſimul cum eo commiſcuit ignis.*

MA

MACELLVS, pro macilento. Lucil. Satyr. lib. 6.

Si noſti, non magnus homo eſt naſutu', macellus. Non.

MACERIA, paries. Gloſſis Ῥιγικὸς, Siſenna hiſtor. lib. 4. *Poſt villarum maceries ac parietinas quinque cohortes in inſidiis reliquit.* Terent. Adelphis: *Atque hanc in horto maceriam iube dirui quantum poteſt.* Plaut. Trucul. *Sed is clam patre, etiam hac nocte illanc illam maceriam per hortum tranſiliuit ad nos.* Idem ibidem: *Non mirum eſt vetuſtâ maceriâ lateres ſi ruunt.*

MACERIES, pro maceratio. Afran. Excepto: *Si ille hac nunc ſentit illi facere ſatis. Vis quanta illius mors ſit maceries tibi.* Idem.

MACET, macilentus eſt. Plaut. Aulular. *Qui oſſa ac pellis totus eſt ita macet: quin exta in ſole inſpicere etiam viuo licet.*

MACOR, & MACRITVDO, pro macie. Pacuu. Peribœâ: *Corpúſque meum mœrore, tabe, errore, macore ſenet.* Idem Plaut. Capt. *Maceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer: oſſa atque pellis ſum miſera macritudine.*

MACTARE, pro præcipitare. Accius Antenore:

Quin aut illorum fundam in campo copias,
Aut naues vram, aut caſtra mactabo in mare. Idem.

MACTARE, pro honorare. Accius διδασκαλικῶν lib. 1.

Sapientiaque inuicta gratia, atque honor,
Is patrem honeſtè re mactauit aureâ.

Nouius Gallinâ: *Macto te hiſce priuis verbenis.* Cic. de republ. *Ferunt laudibus, mactant honoribus.* Idem.

MACTEA, ab eo quod Græci μακτύα (Varro lib. 4. Analog.) omne dicitur, ſecundùm Athenæum, ſcitamentum, & omnis cupedia iucundúmque ac pretioſum edulium cenſetur, cùm tamen initio quædam eſſet maza. Sueton. C. Caligulâ, cap. 38. *Quod poſt nuncupationem viuere perſeuerarent, mollitis venenatas macteas miſit.* Arnobius: *Fruſtilla hæc paruula pro ſuauibus macteelis ſumunt.*

MACTO malo, pro malo adficio. Pompon. Præcone poſteriore: *At te diy omnes cum conſilio, calue, mactaſſint malo.* Ennius Telepho: *Quî illum Diy Deæque magno mactaſſint malo.* Nouius Gallinâ: *Macto te hiſce priuis verbenis, macta tu illum infortunio.* Afran. Priuigno: *Pænè periiſti, Diy te mactaſſint malo.* N. Marcellus. Plaut. Amphitr. *At ego te certè cruce & cruciatu mactabo.* Idem Aulul. *Dotatæ mactant damno & malo viros.* Et Curculione: *Non ædepol ego nunc mediocri te macto infortunio.* Bacchid. *Si ero reprehenſus, mactabo illum infortunio.* Moſtell. *Niſi re magnâ, re malâ mactari cupis.* Pœnulo: *Diuitem audacter ſolemus mactare infortunio.* Trinummo: *Ego ob hanc operam argentum accepi, te macto infortunio.*

MACTVS, magis auctus. Lucil. Sat. lib. 5.

Macte, inquam, virtute, ſimúlque his verſibus eſto.

Turpil. Boëthuntibus: *Macte virtute eſto.* Pacuu. Duloreſte: *Macte eſto virtute, operam oménque approbo.* Non. Cic. Tuſc. q. 1. *Macte virtute.*

tute. Virg. Æneid. lib. 9.

Macte nouâ virtute puer.

Erat autem *Macte* vocabulum quo in pollucendâ dape vtebantur. Cato: MACTE HOCE VINO INFERIO ESTO. MACTE HACE DAPE POLVCENDA ESTO. Arnob. lib. 7. adu. gentes.

MADOR, humiditas. Saluſt. hiſt. lib. 3. *In oppido feſtinatio & ingens terror erat, ne ex latere noua munimenta madore infirmarentur.*

MADVLSA, ebrietas, à μαδᾶν, vel à madido. Plaut. Pſeudolo: *Profectò ego nunc probè habeo madulſam; ita victu excurato, ita mundiciis digni.*

MÆANDRVM, genus picturæ ad ſimilitudinem illius amnis. Virg. Æneid. lib. 5.

Victori chlamydem auratam, quàm plurima circum
Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Hinc *Mæandratus*, tortus, obliquus. Varro ταῦτα μαίανδρα, ἢ περιέχον τὴν γαῖαν: *Mihi facies mæandrata eſt & vermiculata, atque adeò cingens orbem terræ.* Non.

MÆNAS, vir inſtar mulieris inſaniens. Plaut. Pœnulo:

Deglupta mœnas, arra piſa ementium.

MÆNERA, pro munera. Lucr. lib. 1.

Effice vt interea fera mœnera militiai
Per maria ac terras omneis ſopita quieſcant:
Nam tu ſola potes tranquillâ pace iuuare
Mortales, quoniam belli fera mœnera Mauors
Armipotens regit, in gremium qui ſæpe tuum ſe
Reſſicit, æterno deuinctus vulnere amoris.

MÆREO, pro mœreor. Varro rerum humanarũ lib. 20. *Qui in ordine erat is æs militare mœrebat, & ob mercedem laborem vel infamiam corporis locat.* Idem Eumenidibus: *Primum iſte qui mœret ſeſtertios vicenos.* Marcell.

MÆSIVS maiorem ſignificat Oſca linguâ, diſtortione oris, vt mos eius erat gentis, quaſi maius: ideo & *Maius* menſis apud eos *Mæſius* dicebatur.

MÆSTITER, pro mæſtè. Plaut. Rudente: *Sed vnde vos ire cum vuida veſte dicam tam mæſtiter veſtitas?*

MÆSTITVDO, mœſtitia. Accius Telepho: *Ni veſtitus teter, mœſtitudo, vaſtitudo prædicarent hominem eſſe.* Non. Plaut. Aululariâ: *Imò ego ſum miſer & miſerè perditus, cui tanta mala, mœſtitudóque obtigit.*

MÆSTO, mœſtum facio. Laberius Thuſco: *Concitatam nobilitate mœſtus.* Idem.

MÆSTVM, pro, enectum fame. Lucil. lib. 29. Satyr.

——— *ventrem alienum*
Mœſtum fouere, ex molito ordeo, vti cataplaſma. Idem.

MAGIDES lances. Plin. lib. 33. cap. 11. *Tympana verò ſe inuene appellatas ſtateras & lances quas antiqui magidas appellauere.*

MAGIS cum comparatiuo, παρελκῶς. Plaut. Sticho: *Imò enim hic magis eſt dulcius.* Idem Menæch. *Nam magis multo facilius patior verba, verbera ego odi.* Ibid. *Qui dederit, magis maiores nugas egerit.* Et: *Tam nihil inuenies magis hoc vero verius.* Virg.

Virg. in Culice:

Quis magis optato queat esse beatior æuo?

(quod ad verbum Aristophanes: Τίς γὰρ γένοιτο μᾶλλον ὀλβιώτερος;)

Arator lib. 1.

Noua fuit tunc hora, magis quâ rectius horâ

Prodiret iam trina fides.

Boëtius Consol. 3. *Dulcior est apium mage labor.* Alcimus:

Quóque magis natura homini sublimior exstet.

Magis particula etiam omissa ab antiquis, quæ eleganter subauditur. Sidon. lib. 2. epist. 10. *Vósque tacuisse cùm filius meus Heliodorus huc venit, toleranter quàm libenter accepit.* Arnobius lib. 1. *Aut non simillimum veri est fidem vicinis & finitimis, quàm spatiorum inesse longinquitate distantibus.* Plaut. Mostell. *Nihil ego quàm nimio amata sum.* Et: *Tacita bona est mulier quã loquens.* Tert. de orat. c. 7. *Quia vult eam quàm mortem peccatoris.* Iustinus lib. 6. *Mercetúrque ab his vt differant bella quàm gerant.* Symm. lib. 1. epist. 89. *Diuersa conditio est fortuiti quàm adfectati silentij.* Paullus Iurisconsultus in l. 11. de reb. cred. *Qui in genere suo functionem recipiunt per solutionem quàm specie.*

MAGISTRARE, regere, temperare, antiquis: vnde *magistratus.* Fest.

MAGMENTVM, daps erat, quæ profanabatur à rusticis Marti, Iano, Siluano, Ioui dapali: huicque sacro mulieres interesse vetabantur. de quo Cato: MVLIER AD EAM REM DIVINAM NE ADSIT. NEVE VIDEAT QVOMODO FIAT. Et Iuuenalis:

Nam quæ docta nimis cupit & facunda videri,

Crure tenus medio tunicas substringere debet,

Cædere Siluano porcum, quadrante lauari.

MAGNÈ, μεγάλως, valde. Tacitus lib. 11. *Sponte an coactus tam magnè peccauisset nihil referre.*

MAGNIFICIVS, & MAGNIFICISSIMVM. Cato de falsis pugnis, contra Thermum: *Pulcriùs purgat, aut magnificiùs.* Sex. Pomp. Accius lib. 2. διδασκαλικῶν: *Et magnificissimè atque excellissimè obnoxe.* Prisc. lib. 3.

MAGNITAS, magnitudo. Accius Bacchis: *Neque sat fingi, neque dici potest pro magnitate.* N. Marc.

MAGNI LVDI, in honorem Iouis, principis Deorum. *Magnus annus*, quo septem planetæ absolutis sibi cursibus concordant. Fest.

MAIOR PATRVVS, aui & auiæ patruus. Sic *maior auunculus, maior amita*, aui & auiæ auunculus, amita: *maior socer*, vxoris proauus: *maior socrus*, vxoris proauia: *maior Græcia*, pro Italia: *maior magistratus*, ideſt, consul. Idem.

MALA, & POMA antiqui abscœno significatu eam vocabant partem, quam lasciua Galathea apud Maronem, Clearista apud Theocritum, cùm pastores malo peterent, dari sibi voluerunt: vnde Græci μηλοβολεῖν dicunt τὸ εἰς ἀφροδίσια δελεάζειν: quoniam pomum Veneri sacrum: & mala legere illud vocant, quod cum Corynnâ Ouidius, cum Lesbiâ Catullus facere soliti. Propert. lib. 1. Eleg.

Et modò gaudebam lapsos formare capillos,

Nunc

Nunc furtiua cauis poma dabam manibus. Idem:

Cum quibus Idæo legiſſi poma ſub antro,
Suppoſitâ excipiens Naica dona manu. Virg. Bucolicis:

Ipſe ego cana legam tenerâ lanugine mala. In Priapeiis:

Ruſticus inculte ſi quid dixiſſe videbor
Da veniam, libros non lego, poma lego.

Plaut. Amphitr. *Prægnanti oportet & malum & malum dari, vt ſit quod obrodat, ſi animo malè eſſe oeceperit.*

MALACIA, pro mollitie. Plaut. Bacchid. *Quid eſt? quid metuis ne tibi lectus malaciam apud me ſuadeat.*

MALACISSO, mollem reddo. Plaut. Bacchid. *Malacciſſandus eſt: quid ab hac metuis?* Seneca epiſt. 66. *Malaciſſandos articulos.*

MALACVS, mollis. Plaut. Milite: *Tum ad ſaltandum cinædus non æquè malacus eſt atque ego.* Idem Bacchid. *Pro haſtâ talus, pro loricâ malacum capiam pallium.* Ibidem: *Hîc noſtra ætas agetur malacum in modum.* Idem Mil. *Eme mi vir lanam, vnde tibi pallium malacum & calidum efficiatur, tunicæque hibernæ bonæ.* Sticho: *Vel alias magis malacas, crapularias.* Truculent. *Túne machum malacum, cincinnatum, vmbraticolum ames?*

MALINA dicitur lunare Oceani incrementum, & exæſtuatio, à Romanis aliàs *Venilia* dicta: *Liduna* è contra receſſum maris, quam *Salaciam* nuncuparunt, ſignificat. Marcell. Empiricus: *Conficitur XII. Kalend. Iulias: non intereſt quo die, vel lunâ, liduná, vel malinâ, dummodo præſcriptus dies obſeruetur.*

MALLEOLI, manipuli ſpartei pice contecti, qui incenſi aut in muros, aut in teſtitudines coniiciuntur. Siſenna hiſtor. lib. 4. *De quibus partim malleolos, partim faſces ſarmentorum incenſos ſupra vallum frequentes.* Non.

MALLVVIVM, quo manus, *Pelluuium*, quo pedes lauantur: χειρόνιπτρον καὶ ποδόνιπτρον.

MALO CRVCE, pro malâ. Gracchus in Popilium: *Eo exemplo inſtituto dignus fuit qui malo cruce periret.* Feſt. Ennius lib. 11. annal.

——— malo cruce fatum
Vt des Iuppiter. Marcell.

MALTAS veteres molles appellarunt; quaſi μαλακὰς. Lucil. lib. 27. Satyr.

Inſaniúmque vocant: quin malta ac fœmina dici
Volt. Idem.

MALTHA, pix ceræ commiſta. Feſt. Gloſſis πισσόκηρον. Plinio *maltha* vocatur, quæ fit è calce recenti & intrita, quæ in mortariis, hoc eſt, lacunis & conceptaculis maceratur & fermenteſcit. Vſus eius ad parietes conglutinandos. Plin. lib. 36. cap. 24. *Maltha è calce fit recenti gleba vino reſtinguitur.* Et lib. 2. cap. 104. *In Comagene vrbe ſtagnum eſt, emittens limum (malthan* vocant) flagrantem.

MAMERS, Mars Oſcorum linguâ, & Sabinorum. Meminit eius & Lycophron:

Καὶ δέος' ἢ Μαμερτὸν ἐπλίτῳ λόχῳ. Idem:

Πολλῶν δ' ἐναλλαξ σημάτων ἀπάρξεται
Καυδαῖος ἢ Μαμερτὸς.

MAMMEATA, & MAMMOSA,

grādibus instructa mammis. Plaut. Pœnulo: *Huius amica mammeata mea inimica ac maleuola.* Laber. Salinatore: *Non annosa, non mammosa, non bibosa, non procax.* Gell. lib. 3. cap. 13. Lucr. 4.

At Lamia & mammosa, Ceres est ipsa ab Iaccho.

MAMPHVLA, panis Syriaci genus, quod, vt ait Verrius, in clibano, antequam percoquatur decidit in carbones. Lucil. Satyris:

Pistricem validam si nummi suppeditabunt,

Addas ἔμπλευρον mamphulas quæ sciat omnes. Non.

Romanis verò, vt & Græcis, multiplicia panum erant genera, quos hi quidem per promos, illi verò non argenteis vasculis, sed vimineis mensæ inferebant canistris. Græcis quidem *zymiatas*, hoc est, fermentatos, & *obelias, cribanitas, canchrydias, apiritas, pyritinas, & pyrinos* panes legimus: Romanis verò *plebeius, siligineus, secundarius, ostrearius, artolaganus speustitius, subcineritius* & *artopteſius*: inter quæ *ptisanam* velut saluberrimam magnopere commendarunt, quæ à Græcis sumptâ origine ad Romanos fluxit, postquam *Alicam* Romani inuenere, cuius Græci inexpertes sunt.

MAMPHVR lignum rotundum loro circumuolutum, quo vtuntur torniones: ex Græco μαννοφόρον. Fest.

MAMVRIVM VETVRIVM, pro veteri memoria in Saliari carmine positum tradunt Plutarch. & Varro lib. 5. de L. L. *Itaque*, inquit Varro, *Salij qui cantant Mamurium Veturium, significant veterem memoriam.*

MANACVS, vel MANIACVS, dicitur lunaris: à Græco μάνακος. sicut à βαρδιαῖος *Bardiacus* Latini formarunt. Vnde Arabibus, addito suo articulo, *al Manac* dicebatur Kalendarium. qui & pleraque alia ad morem suum interpolarunt: vti *Almageſte*, quod est μεγίστη, sc. σύνταξις: alchymia, χυμεία: alembic, à Græco ἄμβιξ. Vitruuius lib. 9. *Circinatio circuli menstrui agatur, qui Manacus dicitur.*

MANAL, vel MANALE, ostium dixerunt manium: inde *manale sacrum*, quod erat Deorum manium. Varro de vita P. R. lib. 1. *Vrceolum aquæ manale vocamus, quòd eo aqua in trulleum effundatur:* vnde *manalis lapis appellatur in sacris, qui tum mouetur cùm pluuiæ exoptantur.*

MANALIS FONS, appellatur ab auguribus puteus perennis, neque tamen specu inliciisve cietur: quia flumen id auspicatur quod sua sponte in amnem influit. Fest. Pomp.

MANDRA, ouium, boum, aliarúmque pecudum receptaculum & claustrum. Martialis lib. 5.

Vixque datur longas mulorum vincere mandras. Iuuenalis:

——*stantis conuitia mandræ.*

Glossarium: *Mandra*, hic septus. Hesychius: Μάνδρας, ἕρκη, φραγμοί, σηκοὶ βοῶν καὶ ἵππων. *In lusu latrunculorum mandræ dicuntur Equites, fiebant vt plurimum è vitro.* Martialis:

Mandris, & vitreo latrone clusis.

Nisi potiùs quadrigas eburneas intelligas; quarum & factiones ad imitationem quatuor illarum celebriorum factionum in ludo calculorum

culorum repræsentabantur. Nam & Neronem quadrigis eburnis lusitasse auctor Seruius. Scaliger.

MANDVCONES, MANDVCI, MANDONES, voraces. Varro Bimargo: *Magna vt tremiscat Roma, & magnæ mandonum gulæ.* Pompon. Pistoribus: *Magnus manducus, camillus, cantherius.* Lucil. Satyris: *Atque omnes mandonum gulæ.* Non.

MANDVCOR, pro manduco. Pompon. Pappo agricola: *Nescio quis ellam vrget quasi asinus vxorem tuã, ita apertis oculis simul manducatur & molit.* Lucil. Satyr. lib. 4.

Assequitur nec opinantem, in caput insilit, ipsum
Commanducatur totum complexa tenétque. Idem lib. 14.
Cum illud quod faciat, quod manducatur in ore. Et lib. 15.
Villicum Aristocratem mediastinum atque bubulcum
Commanducatus corrupit, ad incita adegit.

Afran. Fratriis: *Facile manducari qui potest.* Idem.

MANDVCVS, μορμολυκεῖον, effigies erat ridicula & formidulosa, malis magnis, ore hiante, dentibus clarè crepitans, qui vnâ cum *Deliro*, inconditis locis ineptiente & in talari veste, fimbriis aureis atque armillis ornato, ac lasciuâ gesticulatione vsque ad ineptias risum mouente, & *Citeriæ* effigie argutâ, aut *Petreiæ*, quæ ebriam anum effingebat, in triumphi spectaculo adhibebatur. de quo Iuuenalis:

—— *tandémque redit ad pulpita notum*
Exodium, cùm persona pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans.

Plaut. Rudente: *Quid si aliquò ad ludos me pro manduco locem: quare? quia clare crepito dentibus.*

MANIPVLATIM, collectâ manu. Sisen. lib. 3. histor. *Requiescendi spatium nacti, cùm densi manipulatim resistere hostibus instituissent.* Marcell. Plaut. Pseudolo: *Manipulatim mihi munerigeruli facite ante ades iam hîc adsunt.*

MANSTVTOR, custos ac defensor: quasi manututor. Plaut. Trucul. *Video eccum qui manstutorem med adoptauit bonis.*

MANSVCIVS, edax, à mandendo. Fest.

MANSVES, pro mansuetus. Accius Meleagro: *Nunc si mè matrem mansues misericordia capsit.* Varro, ὃν ἐγὼ λύσας: *Non vidisti simulacrum leonis ad Idam è loco vbi quondam subitò eum cùm vidissent; quadrupedem gallitympanis adeò fecerunt mansuem, vt tractarent manu.* Non. Apul. lib. 7. *Adhibita tali detestatione, mansuetos ac mansues exinde factos, & oneri ferendo non inhabiles.* Idem lib. 11. *Vidi & vrsam mansuem; quæ cultu matronali sella vehebatur.*

MANSVETEM, pro mansuetum: quasi manu assuetum. Plaut. Asin. *Reddam ego te exferâ mansuetem fame, me spectâ modò.*

MANTARE, diu manere; moras nectere. Cæcil. Epistulâ: *Iam ohe, adeo, manta iam. hoc vide, vt ictus animum aduentus angit.* Idem Hypobolymæo: *In vultu eadem, in tadem mantat mulliti.* Non. Liuius odysseâ:

Ah vostros, vostros, dum hîc mantatis inuret

Muros perduellis.
Calp. Piſo lib. 1.
Plaut. Moſtell. *Si quid nummo ſarciri poteſt, vſque dum mantant.* Idem Pſeud. *Vah! manta.* Ibidem: *At dabit, parabit aliquid hos dies: manta modo.* Idem Pœnulo: *Quia herus vos mantat apud ædem Veneris.* Rudente: *Manta, iam ero, voluptas mea.*

MANTELLVM, quaſi manuterium: χειρόμακτρον, quo manus terguntur. Lucil. Saturis:

——— *& vellit mappas, mantella, merúmque.*

Eſt & velamenti genus, ſeu pallij, quod Heſychius μανδύλιον vocat. Plaut. Captiueis: *Nec ſycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam eſt.* Seru. lib. 4. Georg.

MANTICVLARI, dolosè agere, furari. Pacuuius: *Ad manticulandum aſtu aggreditor, ſcitè quod promeruerit.* Idem: *Aggrediar aſtu regem, manticulandum eſt hîc mihi.* Idem: *Educ, i, manticulator, ita me facti oppreſſit iugo.* Idem: *Machinam ordinis nouam, manticulatam aſtu, ſanctiora adiicis iureiurando.* Feſt. Apul. in Apologia: *Vt olim Vlyxis ſocij theſaurũ reperiſſe arbitrati ſunt, cùm vtrem ventoſiſſimum manticularentur.*

MANTICVLARIA, quæ ſunt vſitatiſſima, & ſæpè in vſu habẽtur, ac quaſi manu teruntur. Idem.

MANVATVS, pro manu furatus, dixit Laberius in Cophino: & furem, *manuarium* appellat, in Fullone, vbi inquit: *Manuari pudorem perdidiſti.* Agell. lib. 16. cap. 7.

MANVM, bonum & clarum: vnde *immanis*, quaſi non bonus, crudelis: & in Saliorum carmine *Cerus manus*, pro creatore bono. Varro lib. 5. de L. L. *Dici principium manè, quod tum manet dies ab oriente: niſi potius quòd bonum antiqui manum dicebant.*

MARCOR, languor. Velleius Paterculus lib. 2. hiſtor. *Marcore ducis, perfidiâ hoſtis, inquitate fortunæ circumuentus.*

MARCVLVS, malleus puſillus. Gloſſ. κόπανον. Lucil. Satyr.

Et velut in fabricâ feruens cùm marculũ ferrum
Multorum magnis tuditantium ictibũ tundit.

Iſid. lib. 19. orig. cap. 7.

MARE, pro mari. Varro Atacinus in Chronograph. *Clauditur* (Europa) *Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.* Sic Virgil. in Priap.

——— *vereor ne ligneus igne*
Hac Deus ignaris præbear agricolis.

pro igni.
Et Lucilius:
Eſuriẽte leoni ex ore exculpere prædã.
Ouidius:
Nocte Dea noctis criſtatus cæditur ales. Propertius:
Dum tener anguineo creditur ore manus.

MARE PONTI. Liuius Helenâ: *Tu qui permenſus ponti maria altiuola.* Macr. lib. 6. Lucr. lib. 5.
Tum mare veliuolis florebat nauibũ ponti Auxilio.
Sic *fretum ponti* dixit Maro Georg. lib. 1.

MARGARITVM. Varro Hecatombe, περὶ θυσίων: *Vbi illa phalera gemmeaque ephippia & arma margarito candentia?* Non.

MARGINATVS, fimbriatus. Sid. lib. 4. epiſt. 20. *Viridantia ſigna, limbis marginata puniceis.*

MARVM,

MARVM, pro marium. Nævius bell. Pun. *Senex fretus pietate Deûm, alloquutus summi Deûm regis fratrem Neptunum, regnatorem marum.* Prisc. lib. 7.

MASCVLVS, fortis, vehemens. Varro ὄ. & λύρας: *Si non plus testiculorum inueneris quàm in castrato pecore in Apuliâ: vineor non esse masculum Arem.* Marcell.

MASTRVGA, vel MASTRVCA, vestis scortea, teterrimi odoris, quâ vestiebantur Sardi. Cic. pro Æmil. Scauro: *Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum mastruca tentauit.* Prudent. lib. 2. contra Symmachum:

Has arces æquere solo, tecta aurea flammis
Soluere, mastrugis proceres vestire togatos.

Cic. Pisone: *Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à propræture vnâ cohorte auxiliariâ gesta.* Plaut. Pœnulo: *Mastruga, hals agorâs, hama, tum autem plenior allij vlpicique, quàm sunt Romani remiges.*

MASTVRBO: verbum obscœnum. Glossarium: *Masturbo*, δίφω καὶ δίφομαι, ἐπὶ δὲ ῥήματος κοινόν. Martialis lib. 11. epigr. 105.

Masturbabantur Phrygij post ostia serui
Hectoreo quoties sederat vxor equo.

Et lib. 9. epigr. 42.

Omnia perdiderat si masturbatus vterque
Mandasset manibus gaudia fœda suis.

MATAXÆ, dicti fasciculi & manipuli cannarum. Lucil. Satyr.

Plumbi pauxillum rodi linique mataxam. Isid.

Vitruuius lib. 7. cap. 3. *Et mataxa tomice ad iustam longitudinem vna crassitudine iusta alligatione temperentur.* Glossæ: *Mataxa*, σιρὰ, ἄνια.

MATERES, arma Gallorum. Sisenna histor. lib. 4. *Alij materibus, alij lanceis totum agmen perturbant.* Idem lib. 3. hist. *Galli materibus, Sueui lanceis confligunt.* Non. Strabo lib. 4. de Gallorum armis: καὶ ματερὶς παλτὸν τι αὐτοῖς. Auctor ad Herennium lib. 4. *Vt si quis Macedones appellaret hoc modo; non tam citò Sariſſæ Græciâ potiti sunt: aut idem Gallos significans dicat, nec tam facile ex Italiâ Materis transalpina depulsa est.*

MATREM pro nutrice poni nonnunquam inuenias. Virg. Æneid. lib. 8.

——— *geminos huic vbera circum*
Ludere pendentes pueros & lambere matrem. Plaut. Menæchmis:

Ita formâ similes pueri: vt mater sua
Non internosse posset quæ mammam dabat,
Neque adeò mater ipsa quæ illos pepererat.

MATRESCO, matri fio similis. Pacuu. Dulorestæ: *Vtinam nunc matrescam ingenio, vt meum patrem vlciscî queam.*

MATRICEM vulgus locos appellat muliebres, falsò: cùm sit fœmina, seu nutrix quæ fœtus gratia alitur. Columella: *Igitur cui placebit sequi nostra præcepta, considerare oportet, primùm quam multas, deinde cuiusmodi parare debeat matrices.* Idem: *Sint igitur matrices robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus.* Et: *Nam & octies vno anno pullos educat, si est bona matrix.*

MATRIMVS, PATRIMVS, cui mater, pater, adhuc superstes. Fest.

Cic. de aruſp. reſp. *An ſi ludius conſtitit, aut ſi tibicen repentè conticuit, aut puer ille patrimus ac matrimus ſi terram non tenuit, ludi non ſunt ritè facti?* Arnob. lib. 4. adu. gent. *Aut ſi patrimus, quî ille vocatur, puer. omiſit per ignorantiam lorum, aut terram tenere non potuit.*

MATRONALIA, ſacra dicuntur Iunonis ſoſpitæ: quòd ea matronæ celebrarent pro coniugiis: ſingulorum autem menſium, & præcipuè Martij Kalendas ſuo numini dicarunt, ſanctáſque habuerunt, quòd illo die Iunonis ædis coli cœpta. Eius varię poteſtates ac nomina feruntur: nam & *Curetis, Lucina, Matrona, Regina*, & *Opigena*, quòd parturientibus opem ferat: *Hera, Iterduca, Cinxia, Hippia*: à Thuſcis *Cipra*; à Laurentibus *Kalendaris*: à Corinthiis *Anetiſtos* vocatą eſt: *Matrem Deum* nuncupant alij, alij *Pelaſgam.*

MATTICI, homines magnarum maxillarum, & ore patulo: dicti, non vt vult Feſtus, quaſi malatici: ſed quia ματτύας Græci veteres τὰς σιαγόνας vocabant.

MAXVMITAS, magnitudo: vt *optumitas, opulentitas* Plauto. Lucr. lib. 2.

Ne quædam cogas immani maxumitate
Eſſe, ſupra quod iam docui non poſſe probari.

ME

ME, pro mihi. Lucil. Sat.

Nunc ad te redeo, vt quæ res me impendet, agatur.

Ennius lib. 1. annal.

Nam me viſus homo pulcher per amæna ſalicta. Feſt.

Plaut. Epidico: *Tanta te impendent ruinæ.* Moſtellariâ: *Quid me fiet nunc iam?* Bacchid. *Hunc ſuſpicabar propter crimen me malè conſuluiſſe.* Terent. Phorm. *Tanta te impendent mala.* Apul. lib. 2. de Aſino: *Quid, inquam, me fiet, vbi ingulatus iſte manè apparuerit?*

MEDDIX ſummus vocabatur Oſcorum Magiſtratus: à μέδων. Enn. lib. 8. annal.

Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter. Feſt. Pomp.

Vt autem ſupremus magiſtratus Oſcis meddix, ſic aliis aliter nationibus appellabatur: Græcis quidem αἰσυμνήτης, Lacedæmoniis ἁρμοστὴς, Heduis *Vergobretus*, Iberis *Ibes*, Pœnis *Sufes*, Ægyptiis *Diœceſes*, Perſis *Megiſtanes* & *Chiliarchus*, Mitylenæis *Hipparchus*, Trallianis *Aſiarcha*: apud Magnetes *Magnetarches*: ab Achæis *Diorigius* & *Demiurgus*, à Thebanis *Archinus*: apud Carthaginienſes *Dionyſiarchus*: Capuæ *Mediaturicus*, Neapoli *Demarchus*, Taranti *Democrates*: in Cappadocia *Satrapes*, in Paphlagonia *Dynaſtes*: apud Longobardos *Exarchus*, Cretenſibus *Coſmus*, vocabatur.

MEDIALIS, hoſtia appellabatur atra, quam meridie immolabant. Feſt.

MEDIASTINI vocabantur balneatorum curatores: aut ſerui qui nulli certo officio deſeruibant, & infimum pænè ſeruitutis tenebant locum, quos ſordidioris operæ Seneca vocat. Cato præceptis ad filium: *Ille imperator, tu illi ac cæteris mediaſtinus.* Lucil. Sat. lib. 17.

Villicum Ariſtocratem, mediaſtinum atque

atque bubulcum.
Horat. lib. 1. epist. 14.
Tu mediastinus tacitâ prece rura petebas.

MEDIBILE, medicabile Festo.

MEDICABVLVM, medicina. Apul. Florid. *Contulerímque me ad Persianas aquas, gratissima prorsus, & sanis natubula, & ægris medicabula.*

MEDICAMENTOSIOR, salubrior. Cato cap. 156. *Et primum scito, de omnibus brassicis nulla est istiusmodi medicamentosior.*

MEDICINA, & medicamentum, pro veneno posita, vt Græcis φάρμακον. Accius Phœnissis: *Sterilem esse illius operâ medicinam autumans.* Varro περὶ ἐξαγωγῆς: *Quærit ibidē ab Hannibale cur biberit medicamentū? Quia Romanis*, inquit, *me tradere Prusiades volebat.* Quidā productâ primâ à Medis deriuari volunt, quomā apud illos venefici plurimi. quod testatur Maro Georg. lib. 2.
Media fert tristes succos, tardúmque saporem
Felicis mali. Et porrò:
Pocula si quando saeuæ infecêre nouercæ,
Miscuerúntque herbas, & non innoxia verba, &c.

MEDIOCRICVLVS, mediocris. Cato in consulatu: *Ridibundū magistratū gerere, pauculos homines, mediocriculum exercitum obuiam duci.* Fest.

MEDIOXVMVS, medius. Varro Modio: *Quid aliud est quòd Delphis canat columna litteris suis,* ΑΓΑΝ ΜΗΔΕΝ, *quàm nos facere ad mortalem modum medioxumè, vt quondam patres nostri loquebantur.* Non. Plaut. Cistell. *Ita me Dij Deaque superi atque inferi & medioxumi faxint.* Ibidem: *Medioxumam quam duxit vxorem, ex ea nata est hæc virgo.* Apul. de dogm. Plat. 1. *Tertium habent quos medioxumos Romani veteres appellant.* Sidon. lib. 9. epist. 3. *Inter spiritales regulas & forenses medioxumum quid concionantem.*

MEDITATVS passiuè. Lucret. lib. 4.
Et meditata diu cadit altè sumpta querela. Terent. Phormione:
Meditata mihi sunt omnia incommoda.

MEDITERREVM melius dici, quàm mediterraneum, putat Sisenna, authore Festo.

MEDVLLITVS, ex intimis medullis, μυελόθεν. Ennius Satyr. lib. 3.
Enni poëta salue, qui mortalibus
Versus propinas aureos medullitus.
Varro Satyr. quæ inscribitur, Cras credo, hodie nihil: *Atque vt igne feruido medullitus Aquiloniam intus seruat frigedinem.* Plaut. Mostellariâ: *Vt videas illam medullitus me amare.* Idem Trucul. *Ostendisse se iam mihi medullitus infidelem dum viuam nunquam fore.*

MELIOM, meliorem dicebant. Fest.

MELVM μῆλον, malum. Innoc. *De fonte excurrit limes eius qui mittit vsque in puteum & melum cotoneum.*

MELVS in masc. pro melos. Varro Cato, siue de liberis educ. *Omnes qui loquuntur habere decet quosdam melos.* Idem Parmenone: *Bacchiis nascuntur pueri rhithmus & melus.* Pacuu. Peribœâ: *Thyasiantem fremitu concidi melum.* Non. Marcel.

MEMBRVM, pars domus. Sidon. lib. 2. epist. 2. *Hac tamen aliquod spatio suo in extimo deambulacri capite defrudans, efficit membrum bene frigidum.*

gidum. Et lib. 2. epiſt. 17. *Membrum dormitorium.* Plin. lib. 5. *Multa in hac membra; atrium, &c.* Vlpianus: *Si fabris duobus vel pictoribus templum, vel membrum depictum eſſet.*

MEMINO, antiquè. Optatius Mileuit. *Quas, ſi meminis, in primo libro demonſtraui.* Hinc *meminens,* Liuius Eteropægniõn lib. 4. *Meminens Varro corde volutat.* Priſc. lib. 11. Sidon. lib. 2. epiſt. 20. *Siſque oppidò meminens quòd olim Martia Hortenſio, Terentia Tullio, Calphurnia Plinio, Pudentilla Apuleio, Ruſticiana Symmacho candelas tenuerint.* Idem lib. 4. epiſt. 3. *Quòd aliquantiſper mei meminens arentem venam rariùs flumini tuo miſceo.* Et lib. 4. epiſt. 12. *Studenti adſtiſtebam, naturæ meminens, & profeſſionis oblitus.* Idem lib. 6. epiſt. 3. *Non ego tamen tantum meminens non ſum.* Idem lib. 7. epiſt. 6. *Neque ego ita meminens mei non ſum, vt nequaquam me hunc eſſe non reminiſcar.*

MEMORDI, pro momordi. Accius Conciliatrice: *Vrſum ſe memordiſſe autumat.* Ennius: *Meum non eſt, vt ſi me canis memorderit.* Laber. Gallis: *De integro patrimonio meo centum nummos memordi.* Idem Colaratore: *Itaque leui pruna percoctus, ſimul ſub dentes mulieris perueni, bis ter memordit.* P. Nigidius lib. 2. de animal. *Serpens ſi memorderit gallina deligitur & opponitur.* Plaut. Aulul. *Vt admemordi hominem!* Agell. lib. 7. cap. 9.

MEMORE', pro memoriter. Pompon. Philoſophiâ: *Sed ne cùm iſta hæc memorè meminiſti, indica qui illud aurum abſtulerit: non didici hariorali gratis.* Priſcian. lib. 15.

MEMORIA, pro vetuſtate. Pacuu. Chryſe: *Pérque noſtram egregiam vnanimitatem, quam memoria deiungat.* Non.

MEMORIS, pro memor. Cæcil. Epiclero: *Itáne Antipho inuentus profluuia fide? itan' eſt immemoris? itan' eſt madidâ memoriâ?* Priſc. lib. 6. Sic *Turturis*, pro turtur: *pedis*, pro pes: *ſanguinis*, pro ſanguis, &c. antiqui dixerunt.

MENDICABVLA, mendicationes. Plaut. Aulular. *Nam iſtos reges cæteros memorare nolo, hominum mendicabula.* Apul. 9. *Cum crotalis ac cymbalis circumforaneum mendicabulum producor ad viam.* Idem Apolog. *Quoniam hæc tibi vt quædam mendicabula nimis ſordent.*

MENDICARI, pro mendicare. Plaut. Vidularià:

Malim moriri meos, quàm mendicarier,
Boni im miſerantur, illunc irrident mali. Non.

MENDICIMONIVM, & MOECHIMONIVM, dixit Laberius, vt tradit Agellius lib. 16. cap. 17.

MENDICITAS, mẽdicatio. Plaut. Menæchm. *Hoc animo decet amatores eſſe probos, qui quidem ad mendicitatem ſe properant detrudere.* Idem Rudente: *Mendicitatem mihi obtuliſti operâ tuâ, dum tuis auſculto magnidicis mendaciis.* Gloſſæ: *Mendicitas*, ἐπαιτωσύνη. Apul. Apolog. *Pudeat illum tumidi animi ſui, & ambitioſæ mendicitatis.*

MENDICVM, velum quod in prora ponitur. Feſt.

MENSIO,

MENSIO, mensura. Cic. de orat. *Auris enim, vel animus nuncio auribus, naturalem quandam in se continet omnium vocum mensionem.*

MENSTRVA VIRGO, pro lunâ. Virg. in Culice:

—— & tu currentes menstrua virgo
Auditura lyram tenuisti nocte relicta.

Sic Martianus Capella lib. 9. eadem *menstruam lampadem* vocat.

MENSVRALITER, μετρικῶς. Hygenus de limit. agr. *Hæc in forma mensuraliter comprehendimus.*

MENTIBITVR, pro mentietur. Plaut. Milite: *Assentiendum est quidquid hic mentibitur.* Ibidem: *Dummodo nunc prima viâ indicamus vt vera credat quæ mentibitur.*

MENTIS, pro mens. Ennius Epicharmo:

Istic est de sole sumptus ignis, isque mentis est. Ibidem:
Terra corpus est, at ignis mentis est.

Prisc. Varro de L. L. lib. 4. Sic Phædrus: *Tandem persuasa est ureiturando gruis:* pro grus. Et: *Volpis ad cænam dicitur ciconiam Prior inuitasse,* pro vulpes.

MENTVM, pro commentum antiquis: sic *munico*, pro communico, & *minent* apud Lucretium, pro eminent.

MEPHITICVS odor, grauis. Sidon. lib. 3. epist. 3. *Frequenter exhalatus è concauo molarium computrescentium mephiticus odor.* Virg.

—— tetramque exhalat opaca mephitim.

MEPTE, meipsum. Plaut. Menæchmis: *Cui certissimum est mepte potius fieri seruum, quàm te vnquam emittam manu.*

MERACVS, merus, purus. Apul. Florid. *Verumenimuero Musarum crater a quanto crebrior, quantóque meracior, tanto propior ad animi sanitatem.* Sidon. lib. 9. epist. 13.

Opulentet vt meraco
Bibulum colore vellus.

Idem lib. 4. epist. 1. *Quæ plerumque se purius, fortius, meracius amat.* Et lib. 3. epist. 10. *Qui per literas meas ad literas tuas, id est, meracissimum scientiæ fontem proficiscitur.*

MERARE, merentem facere. Accius Myrmidonibus: *Quid si vt decuit stares mecum, aut mens te meraret dolor, iamdiu inflammari & ardere naues vidissent suas.* Non.

MERCATIS, pro mercantibus. Salust. histor. lib. 5. *Cæteri negotia sequebantur familiaria legatorum, aut tribunorum, & par sua commeatibus mercatis.*

MERCEDONIAS dixere omnes intercalaris mensis dies, ipsúmque mensem *Mercidium*, vt ait Plutarch. in Numâ: vel *mercedonium*, vt idem in Cæsare.

MERCIMONIVM, merx. Turpil. Thrasileonte: *Videre cupio nostrum mercimonium.* Plaut. Amphitr. *Vt vos in vostris voltis mercimoniis Emundis vendundisque me latum lucris Afficere.* Et Curcul. *Quid agit meum mercimonium apud te?* Mercatore: *Vicimus quod rogauit, hoc emi mercimonium.* Mostell. *Quid tibi visum est hoc mercimony?* Persâ: *Videam modo mercimonium.* Et: *Nisi mancipio accipio, quid eo opus mihi mercimonio?*

MERENDA, pro prandio, quòd mediâ die capiebatur. Afran. Fratriis: *Interim merendam accuro lautè, quod Venus iubet.* N. Marc.

MERERE, sordidissimum quæstum

capere. Varro Agathone: *Qui meritat ſeruum ſe hominem facit.* Plaut. Pſeudolo: *Reſponde verò hercle ſeriò quod te rogo: quid meres? quantillo ted argento conduxit Pſeudolus?* Hinc *meretrix.*

MERERE, militare. Lucil. Satyr. lib. 15.

——— *dum miles Hiberâ*
Hac meret in terrâ, ter ſex ætate quaſi, annos. Idem lib. 1.
——— *mercede merent legiones.*

Et lib. 30.
Publiciâ lege vt mereas, præſtò eſt tibi quæſtor.

Varro: *Qui in exercitum donati eſſent, & ære publico mererent.* Virg. Æneid. lib. 5.
——— *merui quoque, ſæpe labores*
Compreſſi.

Sueton. Iul. Cæſ. cap. 3. *Meruit & ſub Seruilio Iſaurio in Ciliciâ.*

MERGÆ, furcillæ quibus acerui frugum fiunt. Feſt. Plaut. Rudente: *Si attigeris oſtium, iam tibi meſſis in ore fiet mergis pugneis.*

MERIDIES NOCTIS, pro nocte intempeſtâ. Varro Marcipore: *Repente noctis circiter meridiem,*
Cùm pictus aër feruidis latè ignibus
Cæli choreas aſtricas oſtenderet:
Nubes aquali frigido velo leues
Cæli cauernas aureas ſubduxerant,
Aquam vomentes inferam mortalibus. Non.

MERITAVERE, meruere. Cato contra Thermum: *Suffetes euocauerunt ſtatim omnes cohortes, omnes etiam qui ſtipendia meritauêre.* Feſt.

MERITISSVMÒ, pro meritiſſimè. Turpil. Paraterusâ: *Meritiſſumò te magnifacio.* Cæcil. Aſoto: *Meritiſſumò hic me deiecit ex hac decuriâ.* Plaut. Epidico: *Itaque albis dentibus meus me derideret filius meritiſſumò.*

MEROBIBA anus, temulenta. Plaut. Curculione: *Anus hic ſolet cubitare cuſtos ianitrix: nomen ei lenæ multibiba & merobiba.*

MESANCYLVM, μεσάγκυλον, teli miſſilis genus. Feſt. Gell. lib. 10. c. 15. *Spari, rumices, trifaces, tragulæ, framea, meſancyla, cateiæ.*

MESON, vel MÆSON, perſona Comica appellatur aut coci, aut nautæ, aut eius generis: dicta ab inuentore eius *Meſone*, vt ait Ariſtophanes Grammaticus, apud Athenæum: Ἐκάλουν δὲ οἱ παλαιοὶ τὸν μὴ πολιτικὸν μάγειρον μαίσονα· τὸν δὲ ἐκτόπιον τίτ[τ]ιγα· χύσιππος δὲ ὁ φιλόσοφος τὸν μαίσονα λέγεσθαι τὸ μασᾶσθαι οἴεται καὶ λικλῆσθαι, οἷον τὸν ἁμαθῆ, καὶ πρὸς γαστέρα ἐπιτυκόντα, ἀγνοῶν ὅτι μαίσων γέγονε κωμῳδίας ὑποκριτὴς, μεγαρεὺς τὸ γένος. ὃς καὶ τὸ πρόσωπεῖον εὗρε, τὸ ἀπ' αὐτοῦ καλούμενον μαίσονα· ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν ὁ Βυζάντιος.

MESSIS, maſcul. Lucil. Satyr. lib. 27. *Potius quàm non magnum meſſem eſſe, non probam vindemiam.* Non.

METELLI, in re militari mercenarij. Accius Annal. lib. 27.
Calones, famulique, metellique, caculæque. Feſt.

METIRI, pro tranſmeare. Lucil. Satyr. lib. 30.
Vir mare metitur magnum, & ſe fluctibu' tradit.

Virg. lib. 4. Georgic.
Et iuncto bipedũ curſu metitur equorũ.

METVERE, pro cauere, prouidere. Horat. *Penna famæ metuens ſolui*, pro cauens. Virg. 1. Georg.
——— *Arctos metuentes æquore tingi,*

gi, id eſt, φυλαττόμενος, prouidentes.

METVS, femin. Ennius Medeâ:
Viuam an moriar, nulla in me eſt metus. Feſt. Idem annalib.
Ni metus vlla tenet, ritè in virtute quieſcunt. Non.
Sic parentem in maſcul. pro matre dixerunt.

METVTVS, à metuo. Lucr. lib. 5.
Et capitis ſummi præclarum inſigne cruentum (honorem,
Sub pedibus vulgi magnum lugebat
Nam cupidè conculcatur, nimis ante metutum.

MEVS, pro mi, in caſu vocandi. Sidon. lib. 1. epiſt. 9. *Tunc patronus, eia, inquit, Solli meus quamquam ſuſcepti officij mole grauaris.* Idem lib. 4. epiſt. 10. *Erumpo in lætationem licèt ſeram, domine meus.* Virg.
Proiice tela manu ſanguis meus.
Sic idem:
Armiger Heſperidum fluuius regnator aquarum, pro fluuie.
Et Perſius: *Vos ô patricius ſanguis,* pro patritie. Lucr. lib. 1.
Quod ſupereſt vacuas aures mihi, Memmius, & te
Semotum à curis adhibe veram ad rationem. pro Memmi.

MI

MI, pro mei, in num. mult. Plaut. Ciſtell. *Mi homines, mi ſpectatores, facite iudicium ſi quis vidit.*

MI, pro mea, in genere fœminin. Apul. lib. 5. *Nil aliud reperies, mi ſoror, quàm vel mendacium iſtam peſſimam fœminam confingere, vel formam mariti ſui neſcire.* Idem lib. 8. *Quietem pudicam interpellat vxoris: Mi coniux, quod tibi ab alio prorſus dici non licebit.* Et lib. 9. *De iſto quidem, mi herilis, tecum ipſa videris.*

MICARE, ſortiri digitis. Varro Parmenone: *Micandum erit cum Græco, vtrùm ego illius numerum, an ille meum ſequatur.* Cic. offic. lib. 3. *Dignum eſſe dicunt qui cum in tenebris mices.*

MICARE, per vices ſine ordine mouere. Lucilius Satyr. lib. 30.
Omnia tum endo mari videas feruente micari. Virg. lib. 10.
Semianimeſque micant digiti, ferrúmque retractant.
Caſſius Parmenſis, de Orpheo:
Arguta primùm cùm plectra parentis & auro
Diſtinctam ſumpſit citharam Rhodopeius heros,
Ridebant ſegnes pulſus, digitóſque micantes Seriùs.

MICIDVS, è Græco μικνὸς, paruus, tenuis. Leonidas de puellula: τᾶς μικκᾶς τὸ μνᾶμα. Moſchus de amore fugitiuo: μικκύλα. ὑψοῦ τάνυε τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλε. Innoc. *Terminus conſtitutus eſt in triſinio, qui habet plumbum & quaternarios ex calce, & micidores inuenies ſtantes quotquot fines oſtendunt.* Hinc Galli *Mince* dicunt, quod eſt tenue.

MICTILIS, miſtus. Lucil. Satyr. lib. 30.
Pulmentaria vt intybus, aut aliqua id genus herba,
Aut ius manarum: bene habet; ſed mictilis hæc eſt
Merx. Non.

MIHI nomen eſt Iulium, nouè & inuſitatè. Piſo annal. lib. 2. *L. Tarquiniumcollegam ſuum, quia Tarquinium nomen eſſet, metuere: eúmque orat vt ſuâ voluntate Roma concedat,*

dat. Gell. lib. 15. cap. 29.

MIHI, Græcorum more παρέλκεσι. Cic. Attic. *Hic tibi roſtra Cato adnolat.* Idem lib. 8. epiſt. 2. *Hic tibi ſtrepitus, fremitus, clamor, tonitruum & rudentum ſibilus.* Virg. Bucol.

Tu mihi ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui, (vnquam.
Siue oræ Illyrici legis æquoris, en erit

Plaut. Mil. *Nam ego hanc machæram mihi conſolari volo.* Et: *Hiccine Achilles eſt, inquit, tibi.* Terent. Phorm. *Aufer mihi oportet.*

MILLI, pro mille. Lucil. Satyr. lib. 3.

Ad portam milli, à porta eſt ſex inde Salernum. Idem lib. 19.

Tu milli nummûm potes vno quærere centum. Et lib. 15.

Hinc milli paſſum qui vicerit atque duobus.

Gell. lib. 1. cap. 16. Macr. lib. 1. cap. 5.

MILLVS, collare canum clauis confixum ferreis. Scipio Æmilius ad populum: *Vobis reique publicæ præſidio erit is quaſi millus cani.* Feſt. Varro lib. 2. de R. R. cap. 9. *Ne vulnerentur à beſtiis, imponuntur his* (canibus) *collaria, quæ vocantur milli:* id eſt, cingulum circa collum ex corio firmo, cum clauiculis capitatis.

MILVINA, genus tibiæ acutiſſimi ſoni. Feſt. Solinus cap. 11. *Thermitanis locis inſula eſt arundinum ferax, quæ accommodatiſſimæ ſunt in omnem ſonum tibiarum, ſiue præcentorias facias, quarum locus eſt ad puluinaria præcinendi: ſiue vaſcas quæ foraminum numeris præcentorias antecedunt; ſiue Puellatorias, quibus à ſono clariore vocamen datur: ſiue Gingrinas, quæ breuiores licèt, ſubtilioribus tamen modis inſonant: aut Miluinas quæ in accentus exeunt acutiſſimos.*

MINA, ouis ventre glabro, lacte minuta. Varro lib. 2. de R. R. cap. 2. *Emtor ſtipulatur priſca formulâ ſic: Illaſce oues de quare agitur, ſanas rectè eſſe, vti pecus ouillum quod rectè ſanum eſt, extra luſcam, ſurdam, minam: neque de pecore morbos eſſe, ſpondes?* Plaut. Trucul. *Ego perperas oues minas in crumenâ hîc properè ad vrbem detuli.*

MINACIÆ, minæ. Plaut. Rudente: *Minacias ego iſtas flocci non facio tuas, equidem te inuito iamiam ambas rapiam.* Et Trucul. *Melius te minis certare mecum quàm minaciis.*

MINENT, pro eminent. Lucret. lib. 6.

Ad cælúmque magis, quanto ſunt edita quæque
Inclinata minent in eandem prodita partem.

Sic *miniſcitur, municant, mentum*, pro reminiſcitur, communicant, commentum, dixerunt antiqui.

MINERRIMVS, pro minimus. Pompeius.

MINIME, pro, ad minimum. Colum. lib. 1. cap. 6. *Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem, vel minimè nouem.*

MINISTRATRIX, miniſtra. Cic. de Oratore: *Sed omnes comites miniſtratricéſque oratoris eſſe diceres.*

MINITABILITER, pro minaciter. Pacuu. Antiopâ: *Minitabilitérque increpare ſauis dictis incipit.* Accius Æneadis:

Galli canorâ voce & fremitu peragrant minitabiliter,

Clamore

Clamore & gemitu templum resonit cælitum. Marcell.

MINITAS, pro minitaris. Næuius Danaë: *Etiam minitas? mitte quæ mea magis sunt, quàm tua.* Idem Plaut. Amphitruone: *Quid minitabas te facturum si istas pepulisses fores?* Et Captiuis: *Breue spacium perferundi est quæ minitas mihi.*

MINVRRITIONES, auium minorum cantus. Fest. μινυρίζειν enim Græcis, & Romanis *minurrire*, est tenui, & diducta voce canere. Cic. de oratore lib. 1. *Hoc nos si facere velimus, antè condemnentur ij quorum causas receperimus, quàm totius, quoties præscribitur pœanem, aut minurritionem citarimus.* Sidon. lib. 2. epist. 3. *Diluculo autem Philomelam inter frutices sibilantem, Prognen inter asseres minurrientem.*

MINVTIES, paruitas. Apul. lib. 11. *Aures enormes repetunt paruitatem pristinam, dentes saxei redeunt ad humanam minutiem.*

MINVTIM, & MINVTATIM, pro minutè, sensim. Lucil. Satyr. lib. 5.

——— *Dic qua te cogat vis ire minutim,*
Per commissuras rimarum, nocti nigrore.

Varro lib. 2. de R. R. cap. 7. *Ab undecimo die vsque ad quartum decimum dandum ordeum, quotidie adiiciendo minutatim.* Et cap. 9. *Duobus mensibus primis à partu non disiunguntur (canes) à matre, sed minutatim desuescunt.*

MIRABILITAS, admiratio. Cic. offic. lib. 2. *Ergo & hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit.*

MIRABERIS, pro miraberis. Pompon. Patruo: *Mirum facies, fatue, si studium mirabis diu.* Non.

MIRACVLAS antiqui personas deformes vocarunt. Plaut. Neruolariâ: *Diobolares, schaniculæ, miraculæ, Cum extritis talis, cum todillis crusculis.* Fest. Varro lib. 6. Analog.

MIRAS, pro miraris. Varro Eumenidibus:

Hospes quid miras nummo curare Serapin?
Quid? quasi non curet tantidem Aristoteles. Ibidem:
Aut ambos mira, aut noli mirare de eodem. Non.

MIRIONES, sanniones, mimi. Accius: *Distortas personas, oribus deformes, miriones.* Varro lib. 6. de L. L.

MIRIOR, pro mirabilior. Titinius Prælià: *Mirior inquam tibi videor.* Fest. Varro γνῶθι σεαυτόν: *Non sibi silies & plaudes, & ab Arato posces coronam astricam, quid hoc mirius?* Non.

MIS, pro mei. Ennius lib. 2. Annal.

Ingens cura mis est, concordibus æquiparari.

Prisc. lib. 13. Plaut. Trinummo: *Quos mei potestas boni misque foret & meæ vitæ.*

MISCELLIONES, qui non certæ sunt sententiæ, sed variorum mixtorúmque iudiciorum. Fest. Pomp.

MISERARENT, pro miserarentur. Accius Athamante: *Atque ita de illis merui, vt iure hæc nunquam de illis miserarent mala.* Non.

MISERE, pro ardenter, valdè. Terent. Adelphis: *Quia tam miserè, hoc cupio esse verum.* Idem Heautont. *Vt stultæ, & miserè omnes sumus religiosæ*

gioſæ. Cic. lib. 2. famil. epiſt. 12. *Baſſus miſerè mihi noluit legionem tradere.* Pl. Mil. *Nulli mortali ſcio obtigiſſe hoc, niſi duobus, tibi & Phaoni Leſbio, tam miſerè vt amarentur.*

MISERETE. Ennius Hecubâ: *Miſerete anuis, date ferrum, quî me animâ priuem.* Idem:

MISERETVR, pro miſeret. Pacuu. Atalantâ: *Accepiſti me iſto verbo; miſeretur.* Turpil. Epiclero: *Quàm matris nunc me patris miſeretur magis.*

MISERICORDIAS. Plaut. Moſtellar. *Miſericordias iam habere haut hominem oportet.*

MISERIMONIVM, miſeria. Laber. Carcere: *Homo frugi quod tibi relictum eſt miſerimonium retines.* Idem.

MISERITER, miſerè. Laberius Nacco: *Mens incorrupta miſeriter corrumpitur.* Apul. lib. 8. *Sed percito, atque plagoſa crura contegenti, ſuúmque auxilium miſeriter roganti, per femur dextrum lanceam immiſit.*

MISERITVDO, miſeria. Accius Aſtyanacte: *Troia eſt teſtis, quære ex aliis, qui illius miſeritudinis nomen clarum ex humili ſaxo multis memorant vocibus.* Idem.

MISERITVDO, miſericordia. Accius Aſtyanacte: *Nam miſeritudine commouit animum excelſa adſpecti dignitas.* Idem Alpheſibœâ: *Cum ipsâ ſim, ſi miſeritudo vlla eſt liberum.* Idem.

MISSICVLO, crebrò mitto. Plaut. Epidico: *Empta ancilla eſt quod tu ad me miſſiculabas.*

MISTARIVS, quo miſcemus. Lucil. Satyr. lib. 5. *Vrceus, & longus geminâ miſtarius anſa.*

MITELLA, mitra. Apul. lib. 7. *Sumpta veſte muliebri floridâ, in ſinus flaccidos nudante, mitellâque textili contecto capite.* Et lib. 8. *Mitellis & crocotis & carbaſinis & bombicinis iniecti.*

MIXTISSIMVS. Velleius Paterculus hiſtor. lib. 2. *Ac prædicandum eſt, eſſe mores eius vigore ac lenitate mixtiſſimos.*

MN

MNA, mina. Rhemnius Fannius de ponderibus:

Accipe præterea, paruo quam nomine Graij
Mnam vocitant, noſtríque minam dixere priores.

Plaut. Aſinar. *Viginti argenti commodas mnas.*

MO

MODERAT, pro moderatur. Pacuu. Peribœâ: *Neque tuum te ingenium moderat, neque fraternum ira exſilium leuat.* Accius Epigonis: *Viden' vt te impietas ſtimulat, nec moderat metus?* Non.

MODESTVM, pro modico, vel moderato. Varro Modio: *Non eos optimè vixiſſe qui diutiſſimè vixerunt, ſed qui modeſtiſſimè:* hoc eſt, modicè. Idem.

MODICELLVS, modicus. Suet. Nerone, cap. 48. *Atque ita quadrupes per anguſtias effoſſa cauernæ receptus in proximam cellam decubuit ſuper lectum modicellâ culcitra, vetere pallio ſtrato inſtructum.*

MODIFICARE, moderari. Symmach. lib. 6. epiſt. 16. *Et quamuis modificandæ ſollicitudini veſtræ prior ſermo*

sermo sufficeret. Sidon. lib. 8. epist. 12. *Hic tuas laudes modificato celeusmate, simul in transtra remiges, gubernatores inter aplustria canent.* Et lib. 9. epist. 2. *Hoc more tu olorinis cantibus anseres raucos, & modificatis luscinarum querelis improborum passerum fringultientes susurros iure sociaueris.*

MODIPERATORES, qui modum imperant aliis. Varro rerum human. lib. 20. *In conuiuio qui sunt instituti potandi modiperatores magistri.*

MODVS AGRI, id est, mensura, spatium. Lucr. lib. 2.

Cùm modus esset agri multo minor ante viritim.

Plaut. Aululár. *Agri reliquit ei non magnum modum.*

Horat. lib. 2. Satyra 6.

Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus.

Sic Flacc. de cond. agror. *Intelligebat enim contra ius esse maiorem agri modum possidere quàm qui ab ipso possidenti coli posset.* Idem: *Modum agri secundùm bonitatem taxabant.*

MOECHISSO, adulterium committo. Plaut. Casinâ: *In adulterio, dum mœchissat Casinam, credo perdidit.*

MOENE, mœnia. Ennius: *Apud emporium, in campo hostium per mœne.* Fest.

MOESILEVM, & MVSILEVM, pro Mausoleum. Front. de agr. const. *Habent & Musilea iuris sui hortorum modos circumiacentes.* Innoc. *Directura trifinium facit circa Musileum in pedes L X X.*

MOLA vocabatur far tostum, sale consperssum. Plaut. Amphitr. *Sed mulier postquam experrecta es prodigiali Ioui aut molâ salsâ comprecatam hodie oportuit.* Virg. Georg.

Sparge molam, & virides incende bitumine lauros.

Hinc *Immolare*, quod est mola, farre scilicet molito, & sale hostiam perspersam sacrare. Fest.

MOLIMENTVM, conatus. Sisenna histor. lib. 4. *Contrà magno cum molimento ac perpetuo sono procedunt.*

MOLETRINA, pistrinâ: à molendo. Cato in Thermum: *Nemo, carcere, moletrinâ.* Non.

MOLIO, pro molior. Varro poëtico lib. *Et tamen non demolio astra.* Idem epist. quæst. *Demoliuit tectum.* Nævius Corollariâ: *Hæc demolire.* Diomedes lib. 1.

MOLLESTRA, pelles ouinæ quibus galeas abstergebant. Fest. A Græco μηλωτὴ, quod in molleſtram Latini interpolárunt.

MOLLICINA, vestis mollis: aliàs *multitia* dicta. Nonius Pedio: *Mollicinam, chirodotam, crocotam, ricam, ricinium.*

MOLLITVDO, mollities. Cic. de orat. lib. 6. *In ipso factu modum & mollitudinis & lenitatis.* Varro Papiapapæ, καὶ ὑγρωμίων: *Sigilla in mente impressa amoris digitulo, Vestigio demonstrant mollitudinem.* Non. Pacuuius:

Cedo tamen mihi pedem lymphis flauis flauum vt piduerem,
Manibus iisdem quibus Vlyssi sæpe permulsi, abluam,
Lassitudinémque minuam manuum mollitudine.

Gell. lib. 2. cap. 16.

MOLVCRVM appellatur vteri tumor, qui etiam virginibus solet euenire.

euenire. Afran. Virgine:

——————— *virgini*
Tam creſcit vterus, quàm de grauidæ mulieri;
Molucrum vocatur, tranſit ſine doloribus. Feſt.

MOLVSCAM NVCEM vocarunt malum Perſicum, quòd cæteris fere nucibus eſſet mollius. Plaut. Calceolo: *Moluſcam dixit nucem eius impendere tegulis.* Sueuius in Moreto:

Admiſce tu Acca baſilicis hæc nunc partim,
Partim Perſica, quod nomen ſic denique fertur,
Propterea quòd qui quondam cùm rege potenti
Nomine Alexandro magno fera prælia bello
In Perſas retulere ſuo, pòſt inde reuentum
Hoc genus arboris in prælatis finibu' Graiis
Deſeruere, nouos fructus mortalibu' dantes:
Moluſca hæc nux eſt, ne quis fortè inſcius erret.

Macr. lib. 3. cap. 18.

MOMAR, Siculis dicitur ſtultus. Plautus: *Quid tu ô Momar, Sicule homo tibi præſumis?* Iſid.

MOMEN, motus. Lucr. lib. 3.

Momine ſi paruo poſſent impulſa moueri:
Namque mouetur æqua, & tantillo momine fluctuat. Ibidem:
Paret, & ad numen momènque mouetur. Et lib. 6.
Poſſe quoque è ſalſo conſurgere momine ponti.

MONACHIVM, pro monaſterio. l. generali. 13. C. de ſacroſ. Eccleſ.

MONERIS, pro monueris. Pacuu. Armorum indicio: *Dic quid factum? quod me moneris effectum dabo.* Idem Chryſe: *Dij monerint meliora, atque amentiam hanc auerruncaſſint.* Marcell.

MONETAS, pro Monetæ: μνημοσύνης. Liuius odyſſea: *Nam Diuæ Monetas filium docuit.* Priſc. lib. 6. Sic Accius Phœniſſis: *Neque vlla interea finis curas datur.* pro curæ.

MONODOS vocatur qui vnum os loco dentium habet æqualiter extentum: quales Pyrrhum regem Epirotarum, & Pruſiam, Pruſiæ regis Bithyniæ filium fuiſſe memorant Plin. lib. 7. cap. 16. Solin. cap. 9. Val. Maximus lib. 1. cap. 8. Plutarch. in Pyrrho. Euryptolemus quoque, Cypriorum rex dentium vice vnicum obtinuit os; vt annotauit Iulius Pollux lib. 2. cap. περὶ ὀδόντων. *Poſt pugnam in Plataas commiſſam, in qua Perſarum innumeri ceciderunt, cùm mortuorum oſſa comportarent in vnum locum Plataenſes, inuenta eſt maxilla habens dentes etſi diſtinctos, ex vno tamen oſſe vniuerſos, tam molares, quàm cæteros.* Herodot. lib. 9.

MONOGRAMMI dicti ſunt homines inſignis maciei & tenuitatis, ac decolores: à picturâ denominati, quæ prius quàm coloratur, vmbra delineari & fingi ſolet. Lucil. Satyrar. lib. 17. *Quæ pietas? monogrammi quinque adducti pietatem inuocant.* Idem lib. 2.

——— *vix viuo homine ac monogrammo.*

Non. Cic. de natura deor. *Epicurus monogrammos Deos ac nihil agentes commentus eſt.*

MONSTRIFICALIS, monſtroſus.

ſtroſus. Lucil. Satyr. lib. 27. *Nunc ignobilitus his mirum ac monſtrificale.*

MONTANIOSVS, montuoſus. Innoc. de caſ. liter. *Fines grandes habet ſi in montanioſis locis fuerit: ſi in campaneis, mediocres.*

MONTICELLVS, collis, monticulus. Innoc. *Et ſuper fontem terminum in monticello conſtitutum.* Idem: *Inter vallem & vallem monticellus deſcendit, & de latere huius monticelli alueus.* Vitalis & Arcadius: *Tres monticellos tranſit, & in tertium monticellum arcam circa lanacrum ſignificat.* Fauſtus & Valerius: *Monticellos plantauimus de terrâ.*

MORA, ſtulta, μωρὰ. Plaut. Mil. *Ego mora atque ſtulta multum ſum, quæ cum inſano fabulem.* Et Menæchmis: *Vt hoc vtimur maximè more moro.* Hinc *Morari*, deſipere, ſtultum eſſe. Sueton. Nerone cap. 33. *Omnibus rerum verborúmque contumeliis mortuum* (Claudium) *inſectatus eſt, modò ſtultitiæ, modò ſæuitiæ arguens: nam & morari eum inter homines deſiſſe, producta prima ſyllabâ iocabatur.*

MORACIAS NVCES Titinius dixit, pro duris, teſte Feſto.

MORAMENTVM, mora. Apul. Florid. *Hiſce igitur moramentis omnibus qui volunt deuitari, aduectorem ſibimet equum deligunt.*

MORBIDVS, morboſus. Apul. Apolog. *Non negabunt turpiſſimum puerum corpore putri & morbido caducum, barbarum, ruſticanum.*

MORDERE, curarum verbum, hinc Hor. od. 18. lib. 1. *Mordaces ſollicitudines.* Symm. lib. 6. epiſt. 52. *Hoc mordet animum.* Terent. Adelph. *Si id te mordet.* Homer. μῦθ@ θυμοδακὴς, *verbum animum mordens.* Syneſ. δέδηγμαι τὴν καρδίαν, *mordetur mihi cor.* Huius ſortis verba *edendi.* Catul. *exedit cura medullas.* Lucr. lib. 3. *exeſt angor.*

MORDICIBVS, pro morſibus. Plaut. Aulul. *Aſini mordicibus ſcindant, boues incurſent cornibus.*

MORDICVS, morſu: tenaciter. Lucil. Satyr. lib. 27. *Mordicus expetere aurum è flamma expediat, è cœno cibum.* Plaut. Curcul. *Vt eam perciperet manum arripuit mordicus.* Et Menæchmis: *Iam dudum oportuit naſum ademptum mordicus.*

MORETVM, dixerunt omne intritum. Gloſſarium: *Moretum*, τρίμμα. Dicitur à Græco μυσωτὸν: quo nihil aliud quàm alliatum intritum intelligitur. Vnde *Moretarium alliatum* Donato, quo Vaſcones ferè ſemper pro condimento vtuntur. Idem Donatus in prouerbio: *Tute hoc intriſti, tibi omne exedundũ eſt*, ait de *Moreto* intelligendum. Videtur & Callimachus eò alluſiſſe, ex quo citant Grammatici:

——— λὺ ἐτρίψαντο μυσωτὸν.

vt ſupplendum videatur:

τὺς χθὲς ἐγκάπτειν, λὺ ἐτρίψαντο μυσωτὸν.

Ad verbum:

Exedere hos decuit, ſibi quod triuere, moretum.

Vt igitur *moretarium alliatum* appellabant, ita etiam *pilam*, hoc eſt, ἀλετρίβανον, vbi tunderetur, eodem nomine *moretarium*, mox extritâ littera *mortarium*, dixere. Item quod ſubigitur ex calce, aut arenâ, aut marmorato: præterea & locus ipſe in quo tereretur, aut pinſeretur, *mortarium* architecto-

nibus dictum fuit. Moreti, quod pro Virgiliano circumfertur, quis fuerit autor, non constat: Aulo Septimo Sereno poëtæ Falisco, qui opuscula rustica compositit luculentissimis versibus, attribuit Scaliger in app. Maronis, ex quo hæc pleraque, de moreto.

MORICHVM Siculi Bacchum nominarunt: Arabes verò eundem *Oracal*, & *Adonæum*, alij *Lyæum*, *Erebinthium*, *Sabazium*; Lacedæmonij *Scytidem*, & *Milichium* vocitârunt; cuius faciem musto intingere, & fucis ornare vetus mos erat.

MORIOLA, potionis genus. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Vino addito loram passim vocare cœperunt: moriolam nominabant, quod ex vuis expressum erat passum; & ad folliculos reliquos & vinacea adiiciebant sapam.* Non.

MORIRI, pro mori. Plaut. Vidulariâ:

Malim moriri meos quàm mendicarier,
Boni im miserantur, illunc irrident mali.

Idem Captiueis: *Non moriri certius est.* Et Asinariâ: *Moriri sese miserè mauolat, quàm non perfectum reddat quod promiserit.* Rudente: *Sed nunc vt sese ferunt res fortunæque nostræ, par est moriri.* Ibidem: *Certum est moriri, quàm hunc pati grassari lenonem in me.* Terent. Eunucho: *Omnes qui aderant risu emoriri.* Sic *morîmur.* p. p. Ennius annal. lib. 11.

Nunc est ille dies, cùm gloria maxuma sese
Ostentat nobis, seu viuimus siue morîmur. Prisc. lib. 9.

MORO, pro moror. Næuius proiecto: *Quid moras?* Pacuuius Hermione: *Paucis absoluit, ne moraret diutius.* Diomedes lib. 1.

MORS IMMORTALIS, pro æterna. θάνατος ἀθάνατος. Lucr. lib. 4.

Mortalem vitam mors cui immortalis ademit.

MORSICAT, mordendo comminuit. Apul. lib. 7. *Remissis auribus, dentiúmque cãdentium renudatis hastis, totum me commorsicat.* Ibid. *Nam imaginem etiam Sauij mentiendo ore improbo compulsat ac morsicat.*

MORSICATIM, mordicus. Varro sesquiulysse: *Sic incedunt, & in labellis morsicatim lusitant.* Non.

MORTES, funera. Apul. Apologiâ: *Neque enim diu est, cùm te crebræ mortes propinquorum, immeritis hæreditatibus fulserunt.*

MORTICINVM, Græcè νεκέβριον, & Glossis θανάσιμον, naturali seu sua morte exstinctum. Varro lib. 6. de L. L. *Ne quid scorteum adhibeatur, ideo ne quid morticinum adsit.* Idem lib. 2. de R. R. cap. 9. *Morticinæ ouis carne non patiuntur vesci* (canes) *ne ducti sapore minùs se abstineant.* Et lib. 3. cap. 2. *Quid enim interest vtrùm morticinas editis volucres, an pisces, quos nisi mortuos estis nunquam.* Morticinos quoque conuitiantes tetros vocabãt, & exsangues, quos Plutarchus νεκροδόκους, Terentius cadaueroſa facie homines, Latini aliàs Cereritos & Cerritos (interpretantes Græcum illud δημητριακοὺς) nominare consueuerunt. Plaut. Persâ: *Non hercle si os præciderim tibi metuam, morticine.*

MOSCVLIS Cato dixit, pro paruis moribus:

moribus: vt ait Festus.

MOVERE, hoc verbo antiquis magna molimina denotabantur. Firmat Cic. ad Q. Fr. *Magna mihi res moueri videbantur.* Et Liu. in Pun. qui *moliri* & *mouere* pari vi coniungit.

MOVISSET TERRA, pro mota esset; verbo agente pro patiente posito. Suet. Claud. Cæs. cap. 22. *Obseruauitque sedulo, vt quoties terra in vrbe mouisset, ferias aduocatâ concione prætor indiceret.* Gell. lib. 4. cap. 6. *Vt terram mouisse nunciari solet.* Sic Virg. Æneid. lib. 2.

Accingunt omnes operi.

pro accinguntur. Ibidem:

——— *& iam nox humida cælo*
Præcipitat.

pro præcipitatur. Idem:

——— *ingeminant austri & densissimus imber.*

Cic. ad Nigidiũ: *In ipsius consuetudinem insinuabo.* pro insinuabor. Idem: *Loca vbi Nilus præcipitat ex altissimis montibus.* Cæsar: *Hiems iam præcipitauerat.* Salust. histor. lib. 4. *Tum repentè visus lenire Tagus.* pro leniri. Virgilius:

——— *sistunt amnes, trepidique dehiscunt.* Et:

Turbant trepida ostia Nili.

pro sistuntur, turbantur. Idem Georg. lib. 3.

Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ.

Liuius lib. 30. *Hæc in perniciem adolescenti verterunt.* Cæsar belli ciuilis lib. 3. *Detrimentum in bonum verterat.* Plaut. Mil. *Me occultabo aliquot dies, dum hæ consilescunt turbæ, atque iræ leniunt.* Velleius Paterc. *Postquam tempestas sedauit.*

MV

MV FACERE, mutire. Ennius Annal.

——— *nec dico, nec facio mu.*

Idem:

——— *quod minimum est, neque, vt aiunt, mu facere audet.*

Lucil. lib. 11. Satyr.

Non laudare hominem quemquam, neque mu facere vnquam.

Apul. *Mut mut non facere audet.* Plaut. Prædonibus, siue Cœco: *Quis tu es qui ducis me? Mu! peri, Afer est.* Charis. lib. 2.

MVCCEDO, mucus. Apul. Apolog. *Enimuero si pernicioſa illa muccedo intus cohibita, venis omnibus furens peruasit.*

MVCET, mucidum fit. Cato de R. R. cap. 148. *Vini in culleos singulos quadragenæ, & singulæ vrnæ dabantur, quod neque aceat, neque muceat.*

MVGER, MVGILIS, muccosus. Varro lib. 3. de R. R. cap. 3. *In tertia parte quis habebat piscinam nisi dulcem, & in ea duntaxat squalos ac mugiles pisces?*

MVGINARI, murmurare. Lucil. Satyr. lib. 7.

Muginamur, molimur, subducimur.

Atta Aquis caldis:

Atque ea muginatur hodie; atque ego occlusero fontem. Non.

MVGINARI, pro nugari, tardè conari. Fest. Plinius: *Dum ista*, vt ait Varro, *muginamur, pluribus horis viuimus.*

MVLCARE, verberare, mutilare. Plaut. Amphitr. *Nam ego ille alter Sosia, qui illic sum, me malis mulcauit modis.* Idem Milite: *Disperistis,*

ni ad mortem malè malcaſſitis. Et Trucul. *Nam mihi diuidia eſt tonſtricem meam ſic mulcatam malè.*

MVLCEDO, permulſio. Sidon. lib. 5. epiſt. 17. *Cultu peracto vigiliarum, quas alternante mulcedine, monachi clericique pſalmicines concelebrauerant.*

MVLGERE, impellere, agitare. Ennius Annali ſeptimo:

Mulſerat huc nauem compulſam fluctibu' pontus.

Priſc. lib. 9. Cic. in Arato:

Igniferum mulgens tremebundis æthera pennis.

Luer. lib. 4.

Cernimus & mundi ſpeciem violare ſerenam
Aëra mulgentes motum.

MVLIERARE, effœminare. Varro, γνῶθι σεαυτὸν: *Vt rex & miſellus ille pauper amat habétque ignẽ intus acrem! Hic ephebum mulierauit; hic apud Machada adoleſcentem, cubiculum pudoris polluit.* Non.

MVLIEROSITAS, φιλογυνία, cupiditas fœmineæ voluptatis. Cic. Tuſc. quæſt. 3. *Similitérque cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas & mulieroſitas, vt ita appellem, ea quæ Græcis φιλογυνία dicitur.* Tertull. de Virgin. velandis: *Verrunt capillum, & acu laſciuiore comam ſibi inferunt, crinibus à fronte diuiſis, apertam profeſſæ mulieroſitatem.* Hinc

MVLIEROSVS, mulierem appetens, qui & *vxorius* dicitur Virgilio Æneid. 4. & Horatio lib. 1. carm. oda 2. Afran. Vopiſco: *Homo mulieroſus confert ſe illicò aliâ.* Sic *vinoſus* dicitur vini cupidus, οἰνόφλυξ. Et *aquoſus*, φίλυδρος. Ouidius de Thetide:

— per numina matris aquoſæ.

Virgil. in Priapeiis:

Non ſturnus, mihi graculúſve raptor,
Aut cornix anus, aut aquoſus anſer.

MVLLEVS, genus calcei; à mullando, id eſt, ſuendo: alij dictum putant à mullo colore, qui eſt ruber; vt Iſidorus & Dion. Eis vſi ſunt reges Albanorum primi, deinde patritij. Cato Originum lib. 7. *Qui magiſtratum curulem cepiſſent, calceos mulleos, alij lunatos, cæteri perones.* Titin. Setinâ: *Iam cum mulleis te oſtendiſti.*

MVLSVS, dulcis inſtar mulſi. Plaut. Pſeudolo: *Obſecro hercle, vt mulſa loquitur!* Et Caſinâ: *Dicam enim, mea mulſa, de iſtac Caſina villico noſtro gratiam facias.*

MVLTA, in primo, ſeu ſingulari numero vnum antiquis ſignificabat. Varro lib. 4. Analog. *Multa à pecunia quæ à magiſtratu dicta, vt exigi poſſit ob peccatum, quòd ſingula appellata eſſe dicuntur multa, quòd olim vnum dicebant multa; itaque cùm in dolium aut culeum vnum addunt ruſtici, primâ vnâ addita dicunt etiam-num multa.* (*Multa* hîc idem eſt quod numera; pro quo Galli dicunt *enprun*, id eſt, *en* pro vno.)

MVLTARE, voti compotem reddere. Næuius Colace: *Laudes ago cùm votis me multatis meis, quod præter ſpem quam vellem audiebam.* Marcell.

MVLTESIMA pars: infinita, πολλοστὸν μέρος. Lucr. lib. 6.

Quàm ſit paruula pars, & quàm multeſima conſtet,
Et quota pars homo ſit terrai totius vnus.

MVLTIBIBVS, temulentus, bibax. Plaut. Curculione: *Anus hîc ſolet*

ſolet cubitare cuſtos, ianitrix: nomen ei eſt lenæ multibiba atque merobiba. Macr. Saturn. lib. 5. cap. 21. de Hercule: *Et multibibum Heroa iſtũ fuiſſe, vt taceam quæ vulgo nota ſunt, illud non obſcurum argumentum eſt.*

MVLTIFACERE, magnificare. Cato: *Neque fidem, neque iuſiurandum, neque pudicitiam multifacit.*

MVLTIFORATILIS, multa habens foramina. Apul. lib. 10. *Iam tibiæ multiforatiles cantus Lydios dulciter conſonant.* Idem Florid. *Nondũ quidẽ tã infixo animo ſono, nec tam pluriformi modo, nec tam multiforatili tibiâ.* Sidon. lib. 8. epiſt. 9. *Qui tibi ſolent per muſicum palati concauuum, voce variata tinnientes, quaſi tibiis multiforatilibus effundi.*

MVLTIMODIS, multimodus. Apul. 10. *At vbi diſcurſus reciproci multimodes ambages tubæ terminalis cantus explicuit.*

MVLTINOMINIS vocatur Dea Iſis, quòd eius nomen vnicum, multiformi ſpecie, ritu vario, numine multiiugo, totus veneretur orbis. Apul. lib. 11. *Adeſt tibi dies, votis aſsiduis exoptatus, quo Deæ multinominis diuinis imperiis per iſtas meas manus piiſsimis ſacrorum arcanis inſinueris.*

MVLTITIA, veſtes molles viduarum, aut puellarum, è ſerico molliue confectæ lanâ: ab eo quòd mulciantur ſua ſuauitate. Iuuenal. Satyrâ 2.

Quid facient alij, cùm tu multitia ſumus Cretice?

MVLTO TANTO. Plaut. Rudente: *Ego multo tanto miſerior, quàm tu.* Apul. Apolog. 1. *Accipe aliud, pari quidem ſtultitia, ſed multo tanto vanius excogitatum.* Idem Metam. lib. 7. *Humanâ facie receptâ multo tanto pluribus beneficiis honeſtarer.* Et Florid. lib. 4. *Cui multo tanto præſtat illa altera merces.*

MVLTOS antiquorum memorabilis ſcientia pro malis, *paucos* pro bonis ponere conſueuit Cicero de republ. lib. 6. *Enimuerò in diſſenſione ciuili, cùm boni plus quàm multi valent, expendendos ab his, non numerandos puto.* Accius ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ. *Probis probatus potius quam multis forem.* Idem Tereo: *Video ego tete more multarum vtier, vt vim contendas tuam ad maieſtatem viri.* Afran. Suſpectâ: *Noli ex ſtultitia multarum credere eſſe animum meum.* Lucil. Satyr. lib. 14.

Tum paucis malle ac ſapientibus eſſe probatum.

Ἢ πᾶσιν νεύειν, καταφθομένοισιν ἀνάγκην. Terentius Andriâ:

Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis
Quàm plurimis.

MVNDIALIS, mundanus. Sidon. lib. 9. epiſt. 4. *Sed tu flos ſacerdotum, gemma Pontificum, ſcientiâ fortis, fortior conſcientia, minas vndáſque mundialium ſperne nimborum.*

MVNDICINA, mundicies. Apul. Apol.

Calpurniane ſalue properis verſibus.
Miſi, vt petiſti, mundicinas dentiũ,
Nitelas oris, ex Arabicis frugibus,
Tenuem candificum, nobilem pului-
dulum.

MVNDITER, pro mundè. Plaut. Pœnulo: *Nam cùm ſedulo munditer nos habemus, vix agréque amatorculos inuenimus.*

MVNDVM MVLIEBRE, pro

mundus muliebris. Lucil. Satyr. lib. 16.

Legauit quidam vxori mundum omne pecúmque. Ibidem:

Quid mundum? quid non? nam quis diiudicet istuc?

Gell. lib. 4. cap. 1.

MVNERALIS LEX, quâ Cincius cauit ne quis munus acciperet. Plautus: *Neque muneralem legem, neque lenoniam roga, fuerítne, necne, id flocci æstimo.* Fest.

MVNERAT, pro muneratur. Turpilius Thrasyleonte: *Dat vltro, & munerat quod ab illod abstulit.* Plaut. Captiueis: *Dij eam potestatem dabunt vt beneficium benemerenti nostro merito muneres.*

MVNERATVS, passiuè. Spartianus in Adriano: *Quandoquidem indulsisse se vino dicit: Traiani moribus obsequentem, atque ob hoc se à Traiano locupletissimè numeratum.*

MVNICAS, pro communicas. Fest. Dictum à mœniis, id est, operibus: dixerunt etiam *mœnicare*, sicut *æsus* & *mœrus*.

MVNIFICARE, donare. Lucr. lib. 2.

Ergo cùm primùm magnas inuecta per vrbes
Munificat tacita mortales muta salute.

MVNIFICI, & MVNES, dicuntur consentientes ad ea quæ amici volunt. Pacuu. Duloreste: *Tũ largitio multis ignota erat, nemo munificus putabatur, nisi pariter volens.* Lucil. Sat. lib. 26.

Munifici munésque viri videamur amicis. Non.

MVNIS, officiosus: *immunis*, qui nullo fungitur officio. Plaut. Mercatore: *Dico eius pro meritis me gratum & munem fore.* Virg. Georgicor. lib. 4.

Immuníque sedens aliena ad pabula fucus.

MVRGISONEM, moratorem callidum dixere, à mora & decisione quasi moricisonem. Fest.

MVRICIDVS, μυόφθορος, ignauus, stultus, qui mures tantùm ausit occidere. Plaut. *Muricide homo, ignaue, iners, stolide.* Idem. Dicitur & *Murcidus* cõtractè. Plaut. Epid. *Væ tibi murcide homo: quid tibi lubet mihi malè loqui?* Aug. de ciuit. Dei lib. 4. *Vocauerunt Deam Ageroniam quæ ad agendum excitaret: Deã stimulã quæ ad agendum vltra modũ stimularet: Deam Murciam quæ præter modum non moueret, ac faceret hominem, vt ait Pomponius, murcidum, id est, nimis desidiosum ac inactuosum.* De murciâ Fest. Varro lib. 4. Analog. Plutarch. problem.

MVRIES dicebatur sal pilo tunsum, & in ollam fictilem coniectum, quo Vestales virgines vtebantur in sacrificiis.

MVRMVR masculinè. Varro sexagesimo: *Acciti sumus vt deportaremur; murmur fit verus.*

MVRMVRARI, pro murmurare. Varro Satyrâ quæ inscribitur, εὗρεν ἡ λοπάς τὸ πῶμα, περὶ τῶν γεγαμηκότων: *Ita vt soliti eramus Romæ, in balneis plaudere cœpimus ac murmurari.* Idem virgulâ diuina: *Præsertim cùm ventrem meum coherceam, nec murmurari patiar.* Quadrig. annal. lib. 8. *In eo loco populus murmurari cœpit.*

MVRMVRILLARE, murmurare. Plaut. Rudente: *Quid murmurillas tecum, & te discrucias.*

MVRMVRILLVM, murmur. Plaut.

Plaut. Rudente: *Palàm ago, nolo ego murmurillum, neque ſuſurrum ſi eri.*

MVRRINA, nectar, potio confecta. Varro Anthropopoli: *Non modò vinum dare, ſed etiam, vt Plaut. ait, murrinam, paſſum, defrutum.* Plaut. Pſeudolo: *Murrina, paſſum, defrutum, melinum, mel quoiuſmodi. Murrina* item *vaſa*, ſunt Græcorum καλαϊνα ὄστρακα: quæ hodie corrupto vocabulo vocantur *Porcelæna*, adiectâ primâ ſyllabâ: laudatiſſima aduehuntur ex Indiâ, impoſitóque veneno franguntur. Plin. præfat. lib. 33. *Murrina & cryſtallina ex eadem terra effodimus, quibus precium faceret ipſa fragilitas.* de his copiosè Plin. lib. 37. c. 2.

MVRTATVM, farcimen, ſeu inteſtinum craſſum, murtâ fartum. Plin. lib. 15. *Et alius baccæ vſus fuit apud antiquos, antequam piper reperiretur, illum obtinens vicem: quando etiam generoſi obſonij nomine inde tracto, quod etiamnum murtatum vocatur.*

MVSIMONES, oues caprinum gerentes villum. Lucil. Sat. lib. 6. *Prædium emit, qui vendit equum muſimonem.* Cato Deletorio: *Aſinum, aut muſimonem, aut arietem.* Non. Strabo lib. 5. Geograph. γίγνονται δὲ ἐνταῦτα οἱ τρίχα φύοντες αἰγείαν ἀντὶ ἐρίων κριοὶ καλούμενοι δὲ μέσμονες, ὧν ταῖς δοραῖς θωρικίζονται. Plin. lib. 8. cap. 49. *Eſt & in Hiſpaniâ & maximè Corſicâ, non abſimile pecori, genus muſimonum, caprino villo quàm pecoris vellere propius, quorum è genere oues natas priſci vmbros vocauêre.*

MVSIVVM, opus teſſiculatum. Symm. lib. 6. ep. 49. *In minoribus balneis piſcinalẽ, picturis potius quàm muſiuo excoli, non probani.* Et lib. 8. epiſt. 41. *Nouum quippe muſiui genus, & intentatum ſuperioribus, reperiſti.*

MVSSARE, tacere, hæſitare. Ennius lib. 17. annal.

Non poſſunt muſſare boni, qui facta labore
Nixi militiæ peperere.

Philarg. Georg. lib. 4. Plaut. Milite: *Illi inter ſe certant donis, ego muſſito.*

MVSSO, murmuro. Ennius lib. 6. annal.

Quintus in occulto muſſabat.

Idem lib. 10.

——*ſpectabat virtutem legionis,*
Suſpectans ſi muſſaret, quæ denique cauſa
Pugnãdi fieret, ſeu duri pauſa laboris.

Philarg. Georg. lib. 4. Gloſſarium: *Muſſitare,* γρῦζω.

MVSTEI, caſeoli. Varro Agathone: *Et pueri in ædibus offenſant ſæpius pedibus, dum recentes muſteos in carnario fluitantes ſuſpiciunt.* Non.

MVSTRICOLA, machinula ad ſtringendos mures apta: ádque eius ſimilitudinem lignum dictum, in quo ſuitur nouus calceus. Afran. *Muſtricolam in dentes impingam tibi.*

MVSTVLENTVM, fæculentum, muſto oblitum. Plaut. Ciſtellar. *Nam ita muſtulentus æſtus nares adtigit. Muſtulentus autumnus*, à muſto qui eo anni tempore ex vuis exprimitur. Apul. lib. 2. de aſino aureo: *Putes ad cibum inde quædam, cùm muſtulentus autumnus maturum colorem afflauerit.* Apul. lib. 9. *Per numeros dierum ac menſium remeans annus, poſt muſtulentas autumni*

ni delicias ad hiberras capricorni pruinas deflexerat.

MVSTVM dicitur, quidquid eſt nouellum, & iuuene. Næuius Gymnaſtico: *Vtrúmne eſt melius, virginem, aut viduam vxorem ducere? Virginem, ſi muſta eſt.*

MVTA exta, vnde nil diuinationis percipiebant: è contra exta *aditoria*, quæ certi aliquid portendebant. Feſt.

MVTICA SPICA, dicitur, quæ non habet aruſtam. Varro de R.R. lib. 1. cap. 48. *Spica ea quæ mutica non eſt, in tritico & ordeo tria habet continentia; granum, glumam, ariſtam, & etiam primitus ſpica cùm oritur, vaginam.*

MVTIRE, loqui. Enniꝰ Telepho: *Palàm mutire plebeio piaculum eſt.* Lucil. Sat. lib. 26. *At enim dicis clandeſtino tibi quod commiſſum foret neu mutires quicquam, neu myſteria ecferres foras.* Terent. Andriâ: *Itaque hercle nihil iam mutire audeo.* Plaut. Curculione: *Nunquam vnum verbum mutit, cùm operitur tacet.* Et Bacchid. *Impinge pugnum ſi mutiuerit.* Moſtellariâ: *Intus caue quemquam mutire ſiueris.* Menæchmis: *Etiámne impudens mutire vnum verbum audes?*

MVTITAMVS, pro mutitamur, ſeu mutamur: verbo agente pro patiente vſurpato. Plaut. Truc. *Velut in æſtu mutitamus irâ.* Sic idem Sticho: *Amica mea & tua dum comat.* Apul. Apol. 1. *Parcius paſco, leuius veſtio.* Liuius: *Mores pop. Rom. quantum mutauerint.* Virg. Æneid. lib. 4.

Ingeminant curæ. Et lib. 5.

Tum verò ingeminat clamor.

Item lib. 11.

——*excuſſus Aconteus*
Præcipitat longè. Et lib. 1. Æneid.
——*tum prora auertit.*
Statius Syluar. lib. 2.
Tum rapidi ponunt flatus.
Lucret. lib. 5.
Et quibus ille modis Diuûm metus inſinuarit Pectora.

MVTITARE dixerunt conuiuia alternantia celebrare. Gell. lib. 2. cap. 24. *Legitur decretum vetus, in quo iubentur principes ciuitatis qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent,* id eſt, mutua inter ſe conuiuia agitarent, *iurare, non amplius in ſingulas canas ſemptus eſſe facturos quàm centenos vicenóſque aris, præter holus, & far & vinum, neque vino alienigená, ſed patritio eſſe vſuros.* Idem lib. 18. cap. 2. *Poſtea quæſtio iſta fuit quam ob cauſam patritij Megalenſibus nutritare ſoliti ſint, plebs Cerealibus.*

MVTITIO, loquutio. Plaut. Amph. *Quid tibi hanc curatio eſt rem, verbero, aut mutitio?*

MVTVITER, mutuò. Varro Octogeſimo, περὶ ρομισμάτων: *Viue, méquo ama mutuiter.*

M Y

MYOPARO, genus nauigij prædatorium, ſeu pyraticũ, ex duobus ſimilibus formatum, myone ſcilicet, & parone. Cic. de republ. lib. 3. *Nã cùm quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno myoparone: eodem,* inquit, *quo tu orbem terræ.* Saluſt. hiſtor. lib. 3. *Et fortè inter nauigandum cohors vna grandi phaſelo vecta à cæteris deerrauit, maríque placido à duobus prædonum myoparonibus circumuenta.* Siſenna

na hiſtor. lib. 4. *Nauéſque triginta biremes, totidem myoparones.* Apul. Apolog. *Eo quidem pacto, & qui myoparonem quæſiuerit, pirata erit: & qui vectem, perfoſſor; & qui gladium, ſicarius.* Sidon. lib. 8. epiſt. 6. *Littoribus Oceani curuis inerrare, contra Saxonum pandos myoparones.*

MYRMILLO, pugil dicitur linguâ Gallicâ antiqua, qui retiario rete occultũ ferenti congrediebatur: in eius galeâ piſcis erat effigies, vnde retiarius pugnanti occlamabat, NON TE PETO, PISCEM PETO. Tranq. C. Cæſar. Caligulâ, cap. 32. *Myrmillonem rudibus ſecum batuentem & ſponte proſtratum confodit ferreâ ſicâ, ac cum palmâ more victorum diſcurrit.*

MYRTETA, pro myrtetum. Plaut. Vidulariâ: *Neſcio quis ſeruus è myrteta proſiluit.* Priſc. lib. 4.

N

N, Littera veteri ſcribendi more relinquebatur ſæpè, vt *prægnas, infas*, pro prægnans, infans. Liuius Andronicus odyſſeâ: *Pylum aduenies, aut ibi ommentas*; pro aduenies ommentans. Varro de R. R. lib. 1. cap. 37. *In decreſcente luna tondes caluus fiam*; pro tondens. Idem lib. 4. de L. L. *Videtur pos potius pontem ſignificare quàm potentem.* Et in Parmenone: *Cæditur lucus, alta fros decidit patulis ramis.* Enn. lib. 3. annal.

Oua parire ſolet genu' pennis con-
decoratum
Non animas. ideſt, animans.

Idem lib. 7. annalium, *popolea frus*, item *fus*; pro frons & fons dixit. Sic *praſus*, pro pranſus veteres dixiſſe author eſt Papirianus antiquus Grammaticus. In marmore Neapolitano:

D. O. M.
K L. S E X.
L. MAL. ET. Q. TORQVATO. COSS.
SEMPRONIVS TVCIDANVS TESTAMEN. IVRE MIL. QVOD IPSE FACIO LL. ABSES, &c. pro abſens.

Marmor Romanum:

HERMEROS DORMIT IN PACE. QVI BIXIT AN. II. MESES VII. D. VII. pro menſes. In alio Epitaphio:

AVRELIA CÆRIS CONIVX F. pro coniux. In alio:

HEIC IACET M. L. C. QVI HANC CIVITATEM VLLAM. ET POPVLOS SVOS XXX. GOBERNAVIT ANIS IN PACE. pro annis. Econtra addebatur ſæpè verbis *tò* N: vt *thenſaurus*, pro theſaurus. In inſtrumento terminorum inter Genuenſes & Viturios, ex tab. quæ pendet Genuæ de tholo templi maioris: TVM. QVOD. IN. EO. AGRO. NATVM. FVERIT. FRVMENTI. PARTEM. VICENSVMAM. VINEI. PARTEM. SEXTAM. LANGENSES. IN. POBLICOM. GENVAM. DARE. DEBENTO. IN. ANNOS. SINGVLOS.

Tumulus Aquilæ:

FORMONSVS. FRVGI. DOCTVS. PIVS. A PATRE MÆSTO

ACCEPIT TVMOLOS QVOS DARE DEBVERAT.

NA

NACCÆ fullones appellantur, vt ait Curiatius, quòd nauci sint. Apul. lib. 9. *Nam & opportunè maritus foris apud naccam proximum cænitabat.* Persius:

Non pudet in morem succincti viuere naccæ.

Horat. lib. 1. Satyra 6.

Non quò fraudatis immundus nacca lucernis.

Quidam dicunt opera omnia ex lanâ confecta *naccas* dici.

NÆNIA, Phrygum vox, Latinè lessus. Pollux: τὸ δὲ νηνιατὸν ἐφ' ἡμῶν φρύγων. Erat autem ineptum carmen in funere, quod canebatur ad tibias θρηνητικοὶ αὐλοὶ dictas. Afran. Materteris: *Næniam autem inter exsequias cantitabant.* Varro de vita pop. Rom. lib. 3. *Ibi à muliere quæ voce optimâ esset Pergama laudari, deinde næniam cantitare solitam ad tibias & fides, eorum qui ludis Troicis cursitassent.* Plaut. Trinummo: *Huic homini amanti hera mea apud nos næniam dixit de bonis.*

NÆNIA, extremum intestinum, quòd νηστὶν, seu ieiunum Græci dicunt. Plaut. Bacchid. *Si tibi est machæra, & nobis veruina est domi, qua quidem te faciam, si me irritassis, confossiorem soricinâ nænia.* Arnobius lib. 7. *Quæ sunt nomina & farciminum genera? quid tuceta? quid næniæ? quid offæ?*

NANCIO, pro nanciscor. Gracchus pro se: *Si nanciam populi desiderium, comprobabo reipubl. commoda.* Prisc. lib. 10.

NANCITOR, pro nanciscitur. In XII. Tab. PECVNIAM. QVIS. NANCITOR. HABETO. ET. SEI. QVID. PIGNERIS. NANCITOR. SIBEI. HABETO. Fest.

NANVM, vas aquarium humile: vnde pumiliones nanos etiam vocamus. Varro lib. 4. de L. L. *Vas aquarium vocant futum, quo in triclinio allatam aquam infundebant, quo postea accessit nanus cum Græco nomine, & cum Latino nomine Græca figura barbatus.* Vide Gellium lib. 19. cap. 13.

NAPVRÆ, funiculi è stramentis. In commentario sacrorum: PONTIFEX. MINOR. EX. STRAMENTIS. NAPVRAS. NECTITO. Fest.

NARE, à naui ductum. Ennius lib. 7. annal.

Alter nare cupit, alter pugnare paratus 'st. Et lib. 1.

Transnauit citu' per teneras caliginis auras.

Philarg. lib. 4. Georg.

NARITA, genus ostrei, νηΐτης Græcis dictum. Plaut.

Muriatica autem video in vasis stanneis,

Bonam naritam, & camarum, & tagenia,

Echinos fartos, conchas piscinarias. Fest.

NASCO, pro nascor. Cato de R. R. *Vbi germen nascere cœperit.* Sic Varro de Poëtis: *Et tamen non demolio castra.* Apul. lib. 4. *Eo volente comminiscimus.* Et Cato: *Postea id vtito*, pro, demolior, comminiscimur, vtitor.

NASITERNA, vas aquatile, ansatum, patens: à tribus nasis, hoc est,

est, ansis. Glossario χάλπις. Cato in Q. Sulpitium: *Quotiens vidi trullaeos, nasiternas, pertusas aquales, matellas sine ansis.* Plaut. Neruolariâ, & Sticho: *Ecquis huc adfert nasiternam cum aquâ?* Idem Bacchid. *Ecquis euocat cum nasiterna & aquâ istũ impurissimum?* Varro lib. 1. de R. R. cap. 22. *Ex ære ahena, vrceos, nasiternam, & alia.*

NASVM hoc, pro nasus. Lucil. Satyr. lib. 7.

Queis oculi non sunt, neque nasum, & cilia fronte.

Idem lib. 22.

Nasum rectiũ nunc homini est, suraeque pedésque. Non.

Plaut. Amphitr. *Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum, vel labra.* Idem Curculione: *Canem quidem hanc esse oportet, sagax nasum habet.* Et Menæch. *Nam ex hoc loco spurcatur nasum odore illutibili.*

NASVS, ansa: vnde *Nasiterna*, vas cum ternis nasis. Iuuenalis:

Tu Beneuentani Suturis nomen habentem
Siccabis calices nasorum quattuor.

NASVS item, τὸ πόδιον Aristoph. vnde *nasatus*, ὁ πόδων, Luciano:

——— *qui membrosior æquo est.*

Lamprid. Heliogabalo: *Romæ denique nihil egit aliud, nisi vt emissarios haberet, qui bene nasatos perquirerent, eósque ad aulam perducerent, vt eorum conditionibus frui posset.*

NATANTES oculi, qui humoribus oppleti continuò destillant & lippiunt. Lucr. lib. 3.

——— *tardescit lingua, madet mens,*
Nant oculi, clamor, singultus, iurgia gliscunt. Virg. Georg. 4.
——— *conditque natãtia lumina somnus.*

NATINATIO, negociatio: *natinatores*, negotia gerentes. Cato originibus: *Audito tumultu Macedoniæ, Etruriam, Samnites, Lucanos inter se natinari, atque factiones esse.* Fest.

NATRICES, serpentes aquatici. Lucil. Sat. lib. 2.

Natibũ natricem impressit crassam & capitatam.

Cic. lib. 4. Academic. *Sic enim vultis, tantam natricum viperarúmque fecerit.*

NATVRA Ciceroni dicitur membrum muliebre: vt Græcis φύσις, & Gallis *la nature.* Publ. Mimus: *Hircus vetulus naturam capreis ligurrit.* Virg. in Priap. *Natura est quoniam semper aperta mihi.* Apul. 7. *Sed planè crastino libet non tantùm naturam, sed caput quoque ipsum pessimo isti asino demere.*

NAVALIS corona, quâ donabatur qui primus in hostium nauem prosiliisset. Gell. lib. 5. cap. 6. Plin. lib. 7. cap. 30. *M. Varroni Magnus Pompeius piratico ex bello nauale dedit.*

NAVCVM, nucis iuglandis mediũ dissepimentum vocat Verrius: omnium rerum putamen, Ælius Stilo: Cincius quod in olea nucíque intus est: Ætius Philologus pro nugis poni ait: alij ex ναὶ καὶ οὐχὶ leuem hominem significare volentes deriuant. Plaut. Parasito pigro: *Ambo magnâ laude lauti, postremo ambo sumus non nauci.* Idem Mostellariâ: *Quod id esse verbum nauci dicam nescio.* Et Truculento: *Amas hominem non nauci.* Næuius Tunicularia: *Eius noctem nauco ducere.* Ennius: *Illic est nugator nauci, nonnihili homo.* Fest.

NAVFRAGAT, naufragium patitur. Sidon. lib. 4. epiſt. 21. *Quod induſtrius quiſque quo plus frequentat, hoc minus naufragat.*

NAVFRAGIOSVS. Sidon. lib. 4. epiſt. 12. *Deus bone quantum naufragioſo pelago conformis eſt motus animorum.*

NAVIVM, lignum cauatum nauis inſtar, quo in vindemiis vtebantur. Linter vocatur Tibullo lib. 1. elegia 4.

Aut mihi ſeruabit plenis in lintribus vuas.

Ficus quoque in comitio appellatur *Nauia*, ab Attio Nauio augure, qui à Tarquinio Priſco, inſtitutas à Romulo tribus mutare volenti, interrogatus, an quod animo propoſuiſſet ſuo, effici poſſit; permittente augurio id effici poſſe dixit, inque eius conſpectu nouacula cotem, quod rex animo agitauerat, diſcidit. De quo Feſt. Liu. lib. 1. Cic. de diuinat. lib. 1. Plin. lib. 34. cap. 5. Valer. lib. 1. cap. 4. Dionyſ. lib. 3. &c.

NAVSCIT dicitur granum fabæ cùm ſe aperit naſcendi causâ; quòd tum nauis formam repræſentet. Feſt.

NAVSTIBVLVM, alueus ad nauis ſimilitudinem formatus. Idem.

NAVTEA, Gloſſis ὀσμὴ βύρσης, aqua quę de coriis fluit, aut de ſentinâ. Plaut. Curculione: *Nam odor vnguentûm omnium præ tuo nautea eſt.* Idem Caſinâ: *Ei pro ſcorto ſupponetur hircus vnctus nauteâ.* Et Aſinariâ: *Nauteam bibere malim quàm illum oſculari.* Eſt & *nautea* rubidum quoddam quo Pontificum veſtimenta colorantur, vt ait Pompeius.

NAVTEA, pro nauſea. Plaut. Arte-

mone: *Vnguentum quod naribus mulionum nauteam feciſſet.* Idem.

NAVVS, ſedulus, à celeritate nauis. Ennius lib. 6. annal.

Nauu' repertus homo, Graio patre Graius homo, rex
Æmoni' Purrhus, vti memorant, à ſtirpe ſupremo.

Plaut. Friuolariâ: *Nauè oportet agere quod agis, non ductarier.* Idem.

NE

NE, particula, monente Turnebo lib. 28. cap. 1. à veteribus adiici conſueuit, cùm interrogatio fit, ad cõciliandum ſolùm orationi ornamentum. Plaut. Ciſtell. *Quæ ne inficias eat.* Terent. in Phorm. *Quod ne ego perſcripſi porrò illis, quibus debui?* Ita etiam Virg. 4. Æneid.

—quia ne auxilio iuuat ante leuatos?

NECESSITAS, pro neceſſitudine, amicitiâ. C. Cæſar, cùm Plautiam ſuaſit rogationem: *Equidem mihi videor pro noſtrâ neceſſitate, non labore, non operâ, non induſtriâ defuiſſe.* Gell. lib. 13. cap. 3.

NECESSITVDO, pro neceſſitate. Sempr. Aſellio hiſtor. lib. 4. *Nam ſe patrem ſuum audiſſe dicere L. Æmilium Paulum nimis bonum imperatorem ſignis collatis decertare, niſi ei ſumma neceſſitudo, aut ſumma occaſio data eſſet.* Gell. loco citato. Saluſt. Iugurthæ bello: *Etiam iam antè Iugurthæ filia Boccho nupſerat, verùm ea neceſſitudine quæ etiam fortes timidos facit.* Idem ibidem: *Coactus rerum neceſſitudine ſtatuit armis certare.* Varro Modio: *Aſſe vinum, aſſe pulmentarium ſedeas, quo natura aurigatur, non neceſſitudo.* Siſenna hiſt. lib. 2. *Id me neque metu neque*

que calamitatis neceſsitudine inductum facere. N. Marcell.

NEC RECTE' DICERE, pro maledicere. Turpil. Demetrio: *Necrectè mihi dici iamdudum audis.* Plaut. Phaſmate: *Necrectè ſi illi dixeris iam ædaſtor vapulabis.* Feſt. Idem Aſinariâ: *Malo herclè iam magno tuo iſti necrectè dicis.* Ibidem: *Necrectè quæ tu in nos dicis aurum atque argentum merum eſt.* Idem Bacchid. *Tu diis necrectè dicis, non æquum facis.* Et Pſeudolo: *Nam quanti refert te necrectè dicere.*

NECVIT, necauit. Ennius ann. lib. 16. *Hos peſtis necuit, pars occidit illa duello.* Priſc. lib. 9.

NEFANS, pro nefandum. Lucil. Sat. lib. 3.

——— ——— ——— *laboſas*
Tantalu' qui pœnas ob facta nefantia luuit.

Idem lib. 29. *Diſſociat æqua omnia ac nefantia.* Varro σιλομαχία, ἢ τύφη: *Ego*, inquit, *eam ſuppetias, quæ tunc mihi nec res nec ratio diſſociat omnia bona ac nefantia.* Non.

NEFRENDIS, vel NEFRENDVS, puer dicitur, aut ſenex, qui dentibus frendere, ſeu frangere cibum nequit. Liuius odyſſeâ: *Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem.* Ennius annal.

——— *nefrende friuinni*
Suauiter.

Varro lib. 6. de L. L. Terent. Scaur. de orthograph. Placid. in gloſſis. Dicuntur & *nefrendines* teſticuli; quos Lanuuini appellant *nebrundines*, Græci νεφρὸς, Præneſtini *nebrones.* Feſt.

NEGLEGI, pro neglexi. Macer annal. 6. *Omnium noſtrûm neglegerit authoritatem?* Priſc. lib. 10. Cic. Philipp. 13. ex epiſt. Antonij: *Confugere Alexandriam neglegiſtis.* Sic Cato de R. R. *Vbi factores vectibus premerint.* pro preſſerint. Et Terent. Andriâ: *Dum tempus ad eam rem tulit, ſini animum vt expleret ſuum.* pro ſiui.

NEGRITVM in auguriis, ſignificat ægritudinem. Feſt.

NEGVMATE, pro negate. In carmine Cn. Martij vatis: *Quamuis endoitium duonum, negumate.* hoc eſt, quamuis initium ſit bonum, tamen negate ſemper futurum.

NEMINIS, pro nullius. Lucil. Sat. lib. 30.

Neminis ingenio quemquam conſidere oportet.

Plaut. Captiueis: *Neminis me miſeret, nam mei miſeret neminem.*

NEMO NOLVERIT, pro voluerit: duobus negatiuis, more Græcorum, magis negantibus. Varro de vita pop. Rom. lib. 2. *Quâ abſtinentiâ viri mulieréſque Romanæ fuerint, quòd à rege munera noluerit nemo accipere.* Sic idem Bimargo, πόπων πόπως: *Quæ non modò ignoraſſe me clamat, ſed omnino omnes heroas negat neſciſſe:* pro ſciuiſſe. Plaut. Milite: *Iura te non nociturum eſſe homini de hac re nemini.* Et Epidico: *Neque ille haut obiiciet hoc mihi.* Terent. Andr. prologo: *Faciunt ne intelligendo vt nihil intelligant.* Et Heautont. *Agrum in his regionibus meliorem, neque precij maioris nemo habet.* Lucil. Satyr. lib. 7.

——— *proprium verò nil neminem habere.*

Cic. de fin. lib. 2. *Sed quamquam negent Stoici nec virtutes nec vitia creſcere.*

NEMO, pro nullus antiqui dixe-

runt, addentes τὸ homo. Lucil. lib. 29. *Quis tu homo es? Nemo ſum homo.* Charif. lib. 1. Seru. lib. 3. Æneid. Terent. Eunucho: *Numquis hic me ſequitur? nemo homo eſt.* Idem ibidem: *Accipit homo nemo melius, neque prolixius.* Plaut. Rudente: *Hunc vidulum homo à me feret nemo.* Idem Amphitr. *Tun' id dicere audes, quod nemo vnquam homo ante hac vidit.* Et Aſinar. *Ego certè me incerto ſcio hoc daturum nemini homini.* Et Milite: *Me homo nemo deterruerit.* Cicero: *Neminem tibi profectò hominem ex omnibus antepoſuiſſem vnquam.* Sic Plaut. Aſin. *Vocet conuiuam neminem.*

NEMVT, pro niſi, etiam, nempe. Feſt.

NENV, pro non. Varro epiſt. ad Fuſium: *Si hodie nenu venis, cras quidem ſi veneris meridiem die natali ſortis.* Lucil. Sat. lib. 30.

Sed tamen hoc dicas; quidnam eſt ſi hoc nenu moleſtum eſt?

Lucr. lib. 3.

At contra lapidum conlectum ſpiclorúmque
Nenu poteſt. Et lib. 4.
Quin etiam gallum, noctem plaudentibus alis
Aurorum clarâ conſuetum nocte vocare,
Nenu queunt rapidi contra conſtare leones.

NEPA, Afrorum linguâ *cancer* dicitur, ſeu *ſcorpius.* Plaut. Caſinâ: *Receſſim dabo me ad parietem, imitabor nepam.* Cic. de fin. lib. 5. *Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus vti videamus boues, nepas aculeis, ſuam denique naturam ad viuendum ducem.*

NEPOS, pro neptis antiqui dixerunt. Ennius annal. lib. 1. *Ilia, dic nepos, quas ærumnas tetuliſti?* Feſt. Non. Chariſius.

NEPOTALIS luxus, immodicus. Apul. lib. 2. de aſino aureo: *Tamen dum in luxu nepotali ſingula pererro, repentè me neſcius forum ſupedinis intuli.* Sic Tertull. *Ariſtippus in purpura nepotatur.* Et Suetonius *nepotatus* pro ipſo luxu dixit.

NEPOTINVS, luxurioſus. Tranquillus C. Caligulâ, cap. 37. *Nepotinis ſumptibus omnium prodigorum ingenia ſuperauit.* Vocatur autem *Nepos* Thuſcis gulo, helluo. Feſt. Deriuata ab Hebraico vox נפץ, quæ nihil aliud eſt quàm diſperdere; vel à נפץ, quod conterere, euacuare, proiicere, ſignificat: Thuſca enim lingua è Syriaca orca creditur. Aut etiam à Græco νέπυς: quòd πὺς ipſe ſeu fundamentum generis non ſit, ſed tantùm ἀπόγονος. Vſurparunt Theocritus & Apollonius νέποδας pro nepotibus. Et Callimachus:

— ὑγὸ, inquiens, ἐργάτον τρέφω
Τὼ Μῶσαν, ὡς ὁ Κεῖος, Τἀλλίχυ νέπυς.

Simonidem intelligit.

NEPTICVLA, neptis. Symm. lib. 6. epiſt. 32. *Sed non mediocriter neptículæ meæ Gallæ infirmitas contrahit ocij noſtri ſecuritatem.*

NEQVALIA, detrimenta. Feſt.

NEQVINVNT, pro nequeunt, vt *ſolinunt, obinunt, redinunt, prodinunt,* pro ſolent, obeunt, redeunt, prodeunt. Liuius odyſſea: *Partim errant, nequinunt in Graciam redire.* Idem.

NEQVITVR, & NEQVITVM, quod nequit. Plaut. Saturione: *Retrahi*

trahi nequitur quoquo progreſſa eſt ſemel. Pacuu. Chryſe: *Sed cùm contendi nequitum vi, clam tendenda eſt plaga.* Cato origin. lib. 1. *Fana in eo loco quamplurima fuere, ea exaugurauit: præterquam quòd Termino fanum fuit id nequitum exaugurari.* Plaut. Rud. *Vt nequitur comprimi!* Apul. Apologiâ: *Pecuniam remunerare, mancipia reſtituere, domo demigrare, prædiis cedere: ſola virginitas, cùm ſemel accepta eſt, reddi nequitur.*

NERIO dicitur vis Martis & potentia, linguâ Sabinâ: vnde fortis & ſtrenuus quiſque, *Nero* vocabatur. Gell. lib. 13. cap. 22. *Id autem ſiue Nerio eſt, ſiue Nerienes, Sabinũ verbum eſt, eóque ſignificatur virtus & fortitudo: itaque ex Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregiâ ac præſtanti fortitudine Nero appellatus eſt.* Suet. Tiber. Cæſ. cap. 1. *Inter cognomina autem & Neronis aſſumpſit, quo ſignificatur linguâ Sabinâ fortis ac ſtrenuus.* Gloſſarium: *Nero, ἀνδρεῖος.*

NERVIA, pro neruus. Varro ὄνος λύρας: *Scientia docet, quemadmodum in pſalterio eſt, extendamus neruias.* Idem ibidem: *Et id dicunt ſuam Briſeidem producere, quæ eius neruias tractare ſolebat.* Non. Gloſſis etiam *Nerua, νεῦρος.*

NESCIVS LOCVS, incertus. Plaut. Rudente: *Nunc tibi amplectimur genua, egentes opum, quæ in locis neſciis neſcia ſpe ſumus, vt tuo recipias tecto, ſeruéſque nos.*

NEVIS, pro non vis. Plaut. Curcul. *Eine hîc cum vino ſinus fertur? niſi tu neuis.* Idem Moſtell. *Exemplum capere volt, niſi tu neuis.* Et Pſeudolo: *At enim nequicquam neuis.* Trinum: *Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio, niſi tu neuis.*

NEVOLT, pro non vult. Titin. Setinâ: *Ipſam quidem hercle ſanè ducere neuolt.* Plaut. Epid. *Non me iſtunc cogere æquum eſt meam eſſe matrem, ſi neuolt.* Et Moſtell. *Dominus indiligens reddere alias neuolt.*

NEX, à quo necem, nécis, nece. Siſenna hiſt. lib. 4. *Quoniam neque mea nex, neque interceſsio poſſe videtur illorum dementem reprimere audaciam.* Cic. pro Milone: *Inſidiatori verò & latroni quæ poteſt adferri iniuſta nex?* Gloſſarium: *Nex, σφαγή.*

NEXIT, pro nectit, vel nexuit. Lucil. Sat. lib. 5.

——— *hîc ſolus vigilauit opinor,*
Et cùm id mî viſus facere eſt, tum retia nexit.

Accius Deiphobo: *Nos continò ferrum eripimus, omnibus manicas neximus.* Liuius odyſſeâ: *Nexebant multa inter ſeſe flexu nodorum dubio.* Priſc. lib. 1. & 9. Diomedes lib. 1.

N I

NICTARE, vel NICTARI, ocilorum niſu aliquid conari. Cæcil. Hymnide: *Sine dentes iactent, ſine nictentur perticis.* Nouius Macco: *Actutum ſcibis cùm in neruo nictabere.* Feſt. Lucr. lib. 6.

Hîc vbi nictari nequeunt inſiſtereque alis,
Scilicet in terram delabi pondere cogit Natura.

NICTERE, pro nictare. Ennius lib. 10. annal.

Sic vt ſi quando vinclo venatica æeno

Apta

Apta ſolet cani, forte ferarum ſi ex
nare ſagaci
Senſit, voce ſuâ nictitque vlulátque
ibi acutè. Idem.

NICTVS, nictatio. Cæcil. Pugile: *Tum inter laudandum hunc timidum tremulis palpebris percutêre nictum.* Idem.

NIDVLARI, nidum ſtruere. Varro Prima hebdomadôn: *Dies deinde illos quibus Halcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoque ſeptem eſſe dixit.*

NIGRAT, & NIGRET, nigrum eſt, nigreſcit. Pacuu. Chryſe: *Soliſque exortu capeſſit candorem, occaſu nigret.* Accius Bacchis: *Splendet ſol ſæpè, at idem nimbis interdum nigret.* Lucr. lib. 2.

Aut ea quæ nigrant, nigro de ſemine
nata.

NIGROR, nigredo. Cic. lib. 1. de diuinat. *Noctiſque & nimborum occæcat nigror.* Plin. *Et pennarum nigror hanc à cæteris diſtinguit.*

NIMBVS eſt faſciola tranſuerſa ex auro, aſſuta linteo, quod eſt in fronte fœminarum. Iſid. lib. 19. cap. 31. Hinc *nimbata.* Plaut. Pœnulo: *Quàm magis aſpecto illam, tam magis eſt nimbata.*

NIMIETAS, à nimio. Apul. lib. 2. Metamorph. *Arcum meum & ipſe vigore tetendi, & oppido formido ne neruus rigoris nimietate rumpatur.* Idem lib. 3. *Hi gaudij nimietate gratulari, illi dolorem ventris manuum compreſsione ſedare.* Idem lib. 8. *Priuſquam percitæ mentis reſideret furor, & in ſeſe nimietatis ſenio faceſſerent luctus.* Et lib. 9. *Atque hac ipſa potiſsimùm famoſa caſtitate, & inſignis tutelæ nimietate inſtinctus atque inflammatus.* Ibid. *Donec rei nimietate commotus, quod res erat tandem ſuſpicatur.* Idem dæmon. Socratis: *Hunc ſolum maieſtatis incredibilis quadam nimietate ineffabili, non poſſe penuria ſermonis humani comprehendi.* Et Apologiâ: *Quòd habent irritam copiam, noxiamn imietatem.*

NINGOR, quid ſit, docet Apul. de mundo: *Niues autem colligi iactatione denſarum nubium conſtat; nam priuſquam in aquam defluant, fractæ ac diſciſſæ ſpumas agitationibus ſuis faciũt, & mox gelatus earum humor rigore frigoris inhorreſcit, ac victis nubibus crebrior ad terram venit: eam tempeſtatem nos ningorem vocamus.*

NINGVIDVS, niuoſus. Sidon. lib. 3. epiſt. 7. *Non dies ninguidus, non nox illunis & turbida.* Idem lib. 4. epiſt. 14. *Iani Numæque ninguidos menſes in ocio fuliginoſo, ſeu tunicata quiete tranſmittere.*

NINGVIS, pro nix dixerunt antiqui. Apul. in Hermag. lib. 1.

——— *aſpera hiems erat, omnia ningue canebant.*

Lucret. lib. 6.

——— *vbi in campos albas decedere*
ningues
Tabificis ſubigit radiis ſol omnia luſtrans. Ibidem:
Et glaciem diſſoluit, & altis mœnibus altè
Exſtructas ningues radiis tabeſcere
cogit.

NINGVIT, pro ningit. Virg. Georg. lib. 3.

Interea toto non ſequiùs æthere ninguit.

Accius Andromedâ: *Cùm ninxerit cæleſtium molem mihi.* Priſc. lib. 10. Sic Lucr. lib. 9.

Vnguit amaricino, & foribus miſer
oſcula

oſcula fugit.

Virg. Æneid. lib. 1.

Quid tamen Oceano properent ſe tinguere ſoles.

Quam ſcripturam verborum *vnguo* & *tinguo* adprobant Valerius, Probus, & Caper Grammaticus.

NINGVITVR, ningit. Apul. Florid. *Aquila euecta alis totum illud ſpatiũ quo pluitur & ninguitur, vltra quod cacumen nec fulguri nec fulmini locus eſt.*

NINGVLVS, nullus. Ennius lib. 2. annal.

Qui ferro minitere, atque in te ningulũ modo

Ire queat. Feſt.

NISI, pro ſed. Apul. lib. 1. Metam. *Exanimatum corpus in flumen pænè cernuat: niſi altero ego eius pede retento, vix & ægrè in ripam ſuperiorem attraxi.* Plaut. Mil. *Video: nimirum eſt facinus, quomodo hæc hinc potuerit tranſire.* Terent. Eunucho: *Nequeo ſatis mirari, neque coniicere: niſi quidquid eſt procul hinc, libet priùs quid ſit ſciſcitari.*

NITIDANT, abluunt, candefaciunt. Ennius Creſphonte: *Eam ſecum aduocant, eunt ad fontem, nitidant corpora.* Accius Thebaide: *Quin idcirco fonte adueniunt mundulæ, nitidantur vulgo.* Non.

NITIDITAS, nitor. Accius Bacchiis: *Formâ, figurâ nitiditate, hoſpes regis.* Idem.

NIVIT, pro ningit. Pacuu. Paulo: *Sagittis, plumbo, ſaxis, grandinat, niuit.* Idem.

NIXIÆ DEÆ, quæ parturientum nixibus præerant: quales fuere Egeria, Mena, Fluonia, Lucina, Partunda, Latona, Prorſa, Poſtuerta, Intercidonea, Deuerra, Geneta, &c.

NIXVRIRE, niti velle. Nigidius comment. 30. *Nixurit qui niti vult, & in conatu ſæpius aliquâ re perpellitur.*

NO

NOBILIS, ſeu *gnobilis*, pro noto, *ignobilis*, pro ignoto. Accius Diomede: *Ego me Argos referam, nam hîc ſum gnobilis.* Liuius Andr. odyſſeâ: *Ornatu incedunt gnobiles ignobili.* Lucil. Sat. lib. 29. *Tum illud Epiphori, quod etiamnum nobile eſt.* Idem lib. 6.

Phryne nobilis illa, vbi amatorem improbiùs quem.

Varro περὶ αἱρέσεων:

Tu contremula, aquilenta, apud alta littora

Oriris, ac reluces nobilis omnibus.

Accius Telepho: *Nam is demum nobilis eſt, cuius nobilitas miſerias nobilitat.* Plaut. Rudente: *Vindicate ne impiorum potior ſit pollentia Quàm innocentum, qui ſe ſcelere fieri volunt nobiles.* Idem Pſeudolo: *Peregrina videtur facies hominis atque ignobilis.* Et: *Oculis meis obuiam nobilis obiicitur.* Terent. Heautont. *Mea eſt potens, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.* Virg. Æneid. lib. 7.

Eſt locus Italiæ medio ſub montibus altis Nobilis.

NOBILITARE, notificare, notum reddere. Titin. Prælià: *Magiſque famæ obiectarent, ne eam malefactis nobilitarent.* Pacuu. Duloreſte: *Hiccine eſt quem fama gratia ante omnes nobilitat viros.* Accius Telepho: *Is demum miſer eſt, cuius nobilitas miſerias nobilitat.* Terent. Eunucho: *Tu*

iam pendebis qui ſtultum adoleſcentem nobilitas flagitiis. Cic. offic. lib. 2. *Teſtis eſt Phalaris, cuius præ cæteris nobilitata eſt virtus.*

NOCTESCERE, tenebris obduci, cæcari. Furius Poëmatis :

Omnia nocteſcunt tenebris fuliginis atræ. Gell. lib. 18. cap. 11.

NOCTILVCA, νυκτιλαμπὴς, luna: quòd noctu luceat. Varro Bimargo: *Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiuiſcit.* Horatius: *Ritè creſcentem face noctilucam.* Leuinus, vetuſtiſſimus auctor, hoc nomine Venerem appellat, cùm inquit: *Venerem igitur almum adorans, ſiue fœmina, ſiue mas eſt, ita vti alma noctiluca eſt.* Eandem Plautus *noctuuigilam* appellat. Curculione: *Tuã fidem Venus noctuuigila.* Lucil. *Noctilucas* aues dixit, pro obſcœnis, id eſt, mali ominis: quales ſunt bubones, & ſimiles aues noctu lugentes. Gloſſarium: *Noctiluca*, ἑκάτη, νυκτοφαίνουσα.

NOCTV hac, pro nocte. Ennius annali 3.

Hac noctu filo pendebit Etruria tota. Idem lib. 7.

——— *multiplicant Romani funera latè*
Qua Pullus furtim noctu ſumma arcis adortus
Mania concubiâ : vigiléſque repentè cruentant.

Macr. Saturn. lib. 1. cap. 4. Plaut. Amphitr. *Qui hac noctu in portum aduecti ſumus.*

NOCTVINI oculi : cæſij, glauci, in modum noctuarum. Plaut. Curculione: *Quid ais propudium? túne etiam cum noctuinis oculis odium me vocas?*

NOEGEVM, ſtrophiolum, amiculi genus. Liuius odyſſeâ : *Simul ac lacrumas ore deterſit nœgeo.* Feſt.

NOLTIS, pro non vultis. Lucil. Satyris : *Voltis? empta eſt : noltis? non eſt empta.* Diomed. lib. 1.

NOLVNTAS, contraria voluntati: vt *intactus* Lucretio: *indulcitas* Cæcilio : *inbonitas* & *inodor* Tertulliano : *inlatebræ* Plauto : *incultus* Saluſtio. Ennius lib. 16. annal.

Vim tua noluntas facit imperioſa, vetando
Quem conſul meruit, cùm res bene geſta, triumpum.

Vſus hac voce videtur Auguſt. de ciuit. Dei. lib. 14. cap. 6. *Itaque cùm diſſentimus ab eo quod accidere nolumus, talis noluntas Metus eſt : cùm autem diſſentimus ab eo quod nolentibus accidit, talis noluntas Triſtitia.*

NOMENCLATOR dicitur iuxta Ciceronem, qui tranſeuntium nomina aut ſalutantium domino ſuggerebat : quaſi nominum calator. Verrius.

NOMVNCIVS magiſtris ludi dictus, pro nouem vnciis, ſeu dodrante. Feſt.

NONEOLÆ vocantur papillæ quæ faucibus caprarum ſubpendent : de quibus Varro lib. 2. de R. R. cap. 3. *Sub roſtra duas vt mammulas penſiles habeant, quòd eæ fecundiores ſunt.*

NONSENSVS, inſenſibilitas. Lucr. lib. 2.

Scire licet gigni poſſe ex non ſenſibu' ſenſus. Ibidem :
Quòd ſi fortè aliquis dixit duntaxat oriri
Poſſe ea non ſenſu ſenſus mutabilitate.

NOTITIES, notitia, cognitio. Lucr. lib. 5.

Exemplum porrò gignundis rebus

& ipſa
Notities hominum diuis vnde inſita primùm. Ibidem:
——— *vnde inſita notities eſt*
Vtilitatis, & vnde data eſt huic prima poteſtas.

NOTVS, & IGNOTVS, pro eo qui nouit, aut ignorat: non qui ignoratur. Plaut. Pſeudolo: *Noui, notis prædicas.* Cicero pro Cælio: *Notis ac maioribus natu.* Idem ad Lucceium: *Ignotis nota faciebant.* Sic idem ad Pætum: *Primus Papiſius eſt vocari deſitus:* pro deſiit.

NOVALES, & NOVALIA, Virg. Georg. lib. 1.
Alternis tonſas idem ceſſere nouales. Et Bucolicis:
Impius hæc tam culta noualia miles habebit?

NOVELLARE, nouas plantare vineas. Sueton. Fl. Domitiano, cap. 7. *Ad ſummam quondam vbertatem vini, frumenti verò inopiam exiſtimans nimio vinearum ſtudio negligi arua, edixit ne quis in Italiâ nouellaret.* Gloſſarium: *Nouello, φυτεύω.*

NOX, pro noctu dixiſſe veteres diſcimus ex Gellij indice lib. 8. cap. 1. Lucil. lib. 3. Satyr.
Hinc mediâ remis Palinurum peruenio nox. Seru.
In XII. Tabul. QVEI NOX FORTOM FAXSIT. SEI IM ALIQVIPS OCCISIT IOVRE CAISOS ESTOD. Macrobius lib. 1. Sat. cap. 4. Ennius lib. 17. annal.
Si luci, ſi nox, ſi mox, ſi iam data ſit frux. Priſc. lib. 6.
Plaut. Curcul. *Quò nunc abis? quin tu hîc manes?* AR. *Nox ſi voles manebo.* LIB. *Audin' tu, operâ vt largus eſt nocturna?*

NOXIOR, NOXIISSIMVS, à noxius. Seneca de clement. cap. 13. lib. 1. *Omnibus reis noxior ac ſollicitior.* Et in fine 7. de clem. *Si ſerpẽtibus in nos, ac noxiiſſimo cuique animali daretur poteſtas.* Ita manuſcripti libri habent.

NOXIT, pro nocuerit. Lucil. lib. 1. Satyr.
Inguen ne exiſtat, tapulæ, tama, ne boa noxit.
Sic in lege XII. Tab. *Si membrum rupſit:* pro ruperit. Et, *Qui luci furtum faxit, ſi im aliquis occiſit:* pro fecerit, occiderit. Et, *Sacrum qui rapſit clepſíve parricida eſto:* pro rapuerit, clepſerit. Sic Plaut. Aulul. *Locaſſim, prohibeſſis:* Aſinaria, *Supplicaſsis:* Caſinâ, *Effexis, peccaſsit:* Ciſtell. *Intellexes, ſeruaſsit:* Epidico: *Comparaſsit, expeteſſo, commonſtraſſo, oraſsis:* Cornicularià, *Sceleraſsit:* Bacchid. *Excuſsit, amiſsis:* Moſtellaria, *Enicaſſo, liberaſſo, reſpexis:* Freto, *Faxo.* Menæchmis, *Intraſsis:* Milite, *Mulcaſsitis, optaſsis, amaſsis:* Mercatore, *Illexe:* Pſeud. *prohibeſsit, ſeruaſsint, curaſsis:* Phaſmate, *Occupaſsis, faxint:* Pœnulo, *Indicaſsis*, &c.

NOXITVDO, noxa. Accius armorum iudicio: *Occultè noxitudo oblitteretur Pelopidarum, ac per nos ſanẽteſcat genus.* Non.

NV

NVCTVCIA, nauis genus. Gell. lib. 10. cap. 25. *Nauium appellationes hæ ſunt: Gauli, corbitæ, caudicæ, longæ, hippagines, cercuri, celoces,* vel, vt Græci dicunt, κέλητες, *lembus, oxiæ, remunculus, actuariæ,* quas Græci ἱππαγωγούς, vel ἐπακτρίδας, *proſumia*

ſumia, vel geſoretæ, vel orioles, cattæ, ſcaphæ, pontones, nuclueiæ, mediæ, phaſeli.

NVGÆ Plauto mundus muliebris dicitur, & omnia quibus matronæ vtuntur ornamenta: vnde *nugiuendus*, qui mundum fœminis vendit. Plaut. Aulul. *Vbi nugiuendis res ſoluta eſt omnibus, ibi ad poſtremum cedit miles, æs petit.* Gloſſarium: *Nugigerulus*, ματαιοβαράξ.

NVGAS, pro nugax, x, in s, mutatâ, ſic *ninſit*, pro ninxit: *adaſsint*, pro adaxint. Varro Synephebo: *Quòd ſi Actæon occupaſſet, & ipſe priùs ſuos canes comediſſet, non nugas ſaltatoribus in theatro fieret.* Priſc. Chariſ.

NVGO, nugator. Apul. 5. *Sed vtique præſumis nugo, & corruptor.* Ibid. *Quæ caſtiget nugonem iſtum.*

NVLLÆ REI, pro nullius. Lucr. lib. 6.

Et potiùs nullæ ſibi turpis conſciu' reiy
Voluitur in flammis innoxius, in-que peditur.

NVLLVS, pro non. Terent. Andriâ: *Liberatus ſum Daue hodie tua operâ.* D. *At nullus quidem.* Idem Eunucho: *Memini tametſi nullus moneas.* Et Hecyrâ: *Si quæret me vt tum dicas, ſi non quæret, nullus dixeris.* Plaut. Aſinar. *Libanum in tonſtrinam iuſſeram venire, is nullus venit.* Et Bacchid. *Tu nullus adfueris, ſi non lubet.* Idem Caſinâ: *Qui amat, tamen etſi eſurit, nullus eſurit.* Et Rudente: *Ille qui vocauit nullus venit.* Apul. lib. 8. *An nulli ſcitis quo loco conſederitis?* i. annon ſcitis?

NVMELLA, genus erat vinculi, ſeu tormenti quo quadrupedes ligabantur, vt vult Feſtus: vel cui collum pedéſque immittebant, vt Nonio placet. Plaut. Aſin. *Neruos, catenas, carcerem, numellas, pedicas, boias.*

MVMERÒ, nimium citò. Afran. Suſpectâ: *Perfalſum abs te creditum numerò.* Cæcil. Æthrione: *E! peri! Quid ita? numerò venit: fuge domum.* Næuius Danaë: *Neminem noui qui numerò ſciret quod citò eſt opus.* Accius OEnomao: *Tuam peti gnatam: numerò te expurgaſti.* Idem Antigonâ: *Ne iſtum numerò amittas, ſubitò oblatum.* Turpil. Demetrio: *Numquam quemquam numerò vidi facere quod facto eſt opus.* Idem Lindiâ: *Ego interim in turba foras ſubduxi cum hac me, ne quis numerò videret me currere.* Varro περὶ ἐξαγωγῆς: *Quid puer rogaſset, & petaſatus capite annuiſset, ac diſcedens, numerò ait venire adoleſcentem.* Idem de liberis educ. *Vt qui contrà celeriter erant nati Numerios perhibebant: quod, qui citò ſe quid facturum oſtendere volebat, dicebat numerò id fore: quòd etiam in partu precabantur Numeram & quam Deam etiam ſolent indigitare Pontifices.* Afran. Priuigno: *Numerò inepti pertimuiſtis caſsam terriculam aduerſarij.* Feſt. Non. Plaut. Caſinâ: *Here mi. Quid vis mea ancilla. Nimium ſæpius numerò dicis.* Idem Menæch. *Menæchme numerò huc aduenis ad prandium.* Et Moſtell. *Augebis ruri numerò genus ferratile.* Pœnulo: *O Apella, ô Zeuſis pictor, cur numerò eſtis mortui hîc exemplum vt pingeretis.*

NVMEROSITAS, multitudo. Sidon. lib. 1. ep. 9. *Itaque dignitatem in Auieno iocunda velocitas, in Baſilio ſera numeroſitas deprædicabantur.*

Idem

Idem lib. 3. epiſt. 3. *Vt occulere cæſorum numeroſitatem conſilio deformoſiore meditarentur.*

NVMMVS, vocabulum Græcum, quo vſi in Sicilià Dores. Pollux lib. 9. Ὁ δ' ὃ νόμμος δοκεῖ ὑφ' ἡμῶν εἶναι ῥωμαϊον τοῦνομα τὸ νομίσματος, ὅστι ὃ ἑλληνικὸν, ἧ ἐν Ἰταλίᾳ Δωριέων.

Epicharmus:

Αλλ' ἐμῶς καλοὶ καὶ σοὶ ἄρνες εὐρυτεῦσι ὃ
Μοὶ καὶ νόμμοις Idem:
Κάρυξ εὐθὺς ἰὼν πρίω μοι δέκα νόμμων μόχον καλιῶ.

Ariſtoteles verò Tarentinam vocem ait eſſe; de quo idem Pollux: Ἀριστοτέλης ἐν τῇ ταραντίνων πολιτείᾳ φησὶ καλεῖσθαι νόμισμα παρ' αὐτοῖς νόμμον: ἐφ' ᾧ ἐντετυπῶσθαι τάραντα, τὸν ποσειδόνος ἀδελφὸν ἱππόμενον.

NVNCIVS, vox planè eſt Syracuſana. Vt enim ab ἴν, ἰνὸς, ἰγνία: ſic à νέος, νεγνέος, Siculi deduxere. Eodem modo: *Lepus patina, catinum, nummus, dos*, à Siculis vocibus λέπορις, πατάνη, ſeu πατάνεα, κάτινος, νόμμος, δώς, declinata affirmant Pompeius & Varro lib. 4. de L. L.

NVNCVPATIM, nominatim. Sidon. lib. 6. epiſt. 9. *Singulos, quos nunc pia nuncupatim Non valet verſu cohibere Muſa.*

NVNDINATIO, mercatus. Sid. lib. 3. epiſt. 5. *Neque ad hanc nundinationem ſtimulo cupiditatis adducitur.*

NVNDINO, & NVNDINOR, publicè vendo. Apul. lib. 10. *Si toti iudices ſententias ſuas precio nundinantur* Iulius Firmicus Matheſ. lib. 5. *Quæſtus & libidinis cauſa puerum duobus fratribus nundinauiti.*

NVNDINVM, pro nundinæ. Varro γεροντοδιδασκάλῳ: *Quoties prſcius homo ac ruſticus Romanus inter nundinum barbam radebat.* Idem lib. 20. rerum diuin. *Decemuiri cùm fuiſſent arbitrati binos nundinum diuiſum habuiſſe.* Lucil. lib. 26. Satyr. *Paucorum atque hoc pacto, ſi nihil guſtat inter nundinum.* Non. Gloſſæ: *Nundina, ἀγορὰ ἢ τῆς ὀνίων.*

NVPERVS, recens. Plaut. Captiueis: *Quid tu una nocte poſtulauiſti, & die Recens captum hominem nuperum & nouitium Te perdocere, vt melius conſulerem tibi Quàm illi quî cum vna puero ætatem exegerant.*

NVPSIT, de viro dixit Pomponius in Pannuceatis: *Sed meus frater maior, poſtquam vidit me inde eiectum domo, nupſit poſterius dotatæ vetulæ varicoſæ, vafræ.* Marcell. Plaut. Caſinâ: *Libet etiam nunquid agat ſcire nouum nuptum.*

NVPTA VERBA, obſcœna, quæ virgini dicere non licet. Plaut Dyſcolo: *Virgo ſum, nondum didici nupta verba dicere.* Feſt. τὸ *nubere* inter ea antiquitùs fuit verba, quæ cuſtos hortorum libentius quàm Virgines veſtales vſurparēt. Plaut. Pſeudolo: *Eho an tu vnquam nupſiſti huius patri?* Sic Petronio, *nuptias facere*, τὸ σωφρονίζειν. Et hinc virgini veſtali crimen inceſtus intentatum, quod ſcripſiſſet: *Felices nuptæ, moriar niſi nubere dulce eſt.*

NVSCITIOSI, Ætio Philologo appellantur, qui propter oculorum vitia parum vident. Ælius Stilo vocari ait qui veſperi acutius vident quàm meridie. Hinc *nuſcitioſi* Popilio Aurelio cæcitudines nocturnæ.

cturnæ. *Luſcitioſi* aliis vocantur.

NVTRICATVR, nutricat. Varro Teſtamento, ὃς διαθήκης μετὰ φιλοσοφονίας: *Quos Menippæa hæreſis nutricata eſt tutores do, Qui rem Romanam Latiúmque hercíſcere voltis.* Non. Cic. de orat. Deorum. lib. 2. *Omniaque ſicut membra ſuas partes nutricatur.* Apul. Apologâ: *Eum paupertas ab incunabulis nutricata eſt.*

NVTRITVR, pro nutrit. Lucil. Satyr. lib. 30.

Senſu nutritur ſanè, caput opprimit iſte. Idem.

N Y

NYCTOSTRATEGI, νυκτοστράτηγοι: nocturni magiſtratus, qui armati noctu vrbem perluſtrant, publicæ quietis gratiâ: Venetiis *Signori di note* appellantur: Pariſiis *Cheualiers du guet.* Arcadius ff. lib. vlt. tit. 4. l. 18. *Nyctoſtrategi & piſtrinorum curatores perſonale munus ineunt.*

O

O, Litteram non ſolùm pro indifferente vocali habuerunt antiqui, ſed & pro V, frequenter vſurparunt, quod patet ex antiquo monumento:

Souom mareitom corde dilexit ſouo.

Et ex his Ennl:

Quei rem Romanam Latiõmque augeſcere voltis.

Quom neque Muſarum ſcopolos quiſquam ſuperarat.

Excita quom tremolis anus attulit artubu' lumen.

Quamquam molta manus ad cæli carola templa.

— veluti conſol quom mittere ſignom Volt.

— at Romolu' polcer in alto Quærit Auentino.

Flos delibatus popoli, ſuadæque medolla.

Sic *quatenos*, pro quotenus ſcripſit Scipio Africanus: *antiquos, dinos, ouom, volgos, ſeruos,* & reliqua, quæ nunc u, geminâ ſcribuntur, Plautus, Terentius, Varro, & ipſe etiam Cicero ſcribit, in quibus viros antiquos inducit differentes de Senectute, & Amicitia; vt ex veteribus libris apparet. Obſeruat etiam Quintilianus *Hecoba*, & *notrix*: & antiquæ inſcriptiones, *Fueront, vixeront.* Contrà, *fruns, funs, huminem*, & ſimilia, pro frons, fons: de quibus Priſc. lib. 1. Sed & *aduleſcens*, & *epiſtula* in multis libris & antiquis inſcriptionibus extat: quamquam illud ab *oleſco*, quod eſt, creſco, deducatur; & origine ſit Græcum ἐπιστολή: quod ipſum quoque eſt in *numiſma, Brundiſium*, quæ Græci ſcribunt, νόμισμα, βρεντήσιον.

O B

OB, pro ad dixerunt: *obcenſi, obiacuiſſe, obeſcet, obmouere*, pro adcenſi, adiacuiſſe, aderit, admouere. Ennius lib. 8. annal.

Ob Romam noctu legiones ducere cœpit. Idem lib. 4.

Omnes occiſi obcenſique in nocte ſerena.

Attius Helenibus: *Signa ex templo canere, & tela ob mœnia obferre inſſit.* Feſt. Plaut. Milite: *Nunc demùm experior ob oculos mihi caligi-*

nem

rem priùs obtigisse. Apul. lib. 6. Metamorph. *Quod passim stirpibus connexum obhæresceit.* Ibid. *Ne breuiculo quidem tempore refectos ob iter reducunt.*

OBBA poculi genus quod nunc *vbba* vocatur. Varro epist. ad Marullium: *Vtrùm meridie an vesperi libentius ad obbam accedas, locus, actus aduentus declarabit.* Idem est modus Matulæ, siue περὶ μέθης: *Dolia atque apothecas tricliniares, melicas calenas, obbas & decumanos calices.* Non.

OBBRVTESCO, obstupesco. Afran. *Non possum verbum facere, obbrutui.* Lucr. lib. 4.

Nec refert vtrùm pereat dispersa per auras,
An contracta suis è partibus obbrutescat. Prudent. Hamartig.
Damna aures pater alme meas, & claude meatus
Obbrutescentes capitis.

OBCANO, OBCANVI, pro occino, obsoletè positum. Tacitus lib. 2. *Tum Sentinus obcanere cornua tubásque, & peti aggerem erigi scalas iussit.* Salust. lib. 1. histor. *Iussu Metelli cornicines obcanuere.* Prisc. lib. 10. Glossæ: *obcano*, κατάδω.

OBCENSI, pro accensi. Ennius Annal. lib. 14.

Omnes occisi obcensique in nocte serenâ. Sic Catullus:

——— *qualem Minoidi luctum*
Obtulerat, pro attulerat.

OBEDIBO, pro obediam. Afr. Maritis: *Meo vt obsequar amori, obedibo tibi.* Non.

OBESCET, oberit, vel aderit, *ob* pro ad, posito: vt Lucr. lib. 4.

Denique vbi in medio nobis equus acer obhæsit Flumine, pro adhæsit. Et lib. 5. [*alienis.*
Adlata atque auris aliunde obiecta

OBFRINGI ager dicitur, quum secundò aratur. Varro de R.R. lib. 1. cap. 29. *Rursum, terram cùm primùm arant proscindere appellant; cùm iterum, obfringere dicunt, quòd primâ aratione glebæ grandes solent excitari, cùm iteratur, obfringere vocant.* Idem cap. 32. *Cùm proscideris, obfringi oportet, id est, iterare, vt frangantur glebæ.* Et cap. 33. *Oportet stramenta desecari, & aceruos construi, aratro obfringi.*

OBHERBESCERE, circum herbescere, herbis obduci. Fest.

OBIECTAMENTA, probro obiecta: sicut προφέρειν ὀνείδεα, Homero. Apul. Apolog. *Quæ ego cùm intelligerem non tam crimina iudicis, quàm obiectamenta iurgio prolata, vltro eos ad accusandum crebris flagitationibus prouocaui.*

OBIEXIS, pro obieceris. Plaut. Casinâ: *Præcide os tu illi hodie, age ecquid sit? ne obiexis manum.* Idem Pœnulo: *Nunc mihi cautio est, ne meamet culpa amori meo obiexim moram.*

OBINVNT, obeunt: vt *redinunt, prodinunt*; pro redeunt, prodeunt. Fest.

OBIRE, pro adire. Lucr. lib. 1.

Donec vis obiit quæ res diuerberat ictu. Ibidem:

——— *dum satis acris*
Vis obeat pro texturâ cuiusque reperta. Et lib. 6.

——— *pudor quem tum cogebat obire*
Blandaque lassorum vox mixta voce querela.

OBITVS, pro aduentus, aditus. Attius Antigonâ: *At nisi me fallit in obitum sonitus.* Turp. Epiclero: *Ecqui is*

Ecquis eſt qui interrumpit meum aduentum obitu ſuo? Non. Apul. lib. 9. *Nec immeritò priſcæ poëticæ diuinus auctor apud Graios ſummæ prudentiæ virum monſtrare cupiens, multarum ciuitatum obitu, & variorum populorum cognitu, ſummas adeptum virtutes cecini.*

OBLATRATRIX mulier, odiosè obloquens. Plaut. Milite: *Licuit vxorem dotatam genere ſummo ducere; ſed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.*

OBLIMARE, depaſcere. Sidon. lib. 1. epiſt. 59.

OBLITERARE, obſcurare, delere. Accius Agamemnonidis: *Inimicitias Pelopidarum extinctas iam & obliteratas memoria renouare.* Idem Armorum iudicio: *Occultè obliteretur noxitudo Pelopidarum, ac per nos ſanctèſcat genus.* Marcell.

OBLITVS OFFICIVM, pro officij. Plaut. Caſinâ: *Chaline non ſum oblitus officium meum, præfeci rure rectè qui curent.*

OBLVCINASSE, mente aberraſſe. Pompeius F. à lucinis inter eos numeratis qui aliquo oculorum vitio laborant. De quibus Plinius lib. 11. cap. 37. *Ab iiſdem qui altero lumine orbi naſcerentur Coclites vocantur, queis parui vtrinque ocelli Lucini, iniuriæ nomen habuere.*

OBMANENS, diu permanens. *Ommentãs* dixit Liuius Andr. odyſſeâ: *In Pylum adueniens, atque ibi ommentans.* Feſt.

OBNVBERE CAPVT, operire Macr. lib. 1. Saturn. cap. 21. *Simulacrum huius Deæ fingitur in monte Libano capite obnupto, ſpecie triſti, faciem manu lauâ intra amictum ſuſtinens: lacrymæ viſione conſpicientium manare videntur: quæ imago, præterquam quòd lugentis eſt, vt diximus, deæ; terræ quoque hyemalis eſt, quo tempore obnupta nubibus, ſole viduata ſtupet.*

OBRENDARIVM: vocabatur maſſa lapidea, qua vaſcula cineraria, ſeu orculæ mortuorum abruebantur. Vetus inſcriptio Romæ: OLLARVM. N. XII. AB. IMO. IN. SVMMO. CVM. OBRENDARIO.

OBROGARE, legis prioris informandæ cauſa aliam ferre. Cic. Philipp. lib. 1. *Quid quod obrogatur his legibus Cæſaris qui iubent ei qui de vi; itémque ei qui maieſtatis damnatus ſit, aqua & igni interdici.* Idem lib. 3. epiſt. ad Attic. *Quod per legem Claudiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare ſine fraude ſua non liceat.*

OBSALVTARE, obferre ſe ſalutandi gratia. Feſt.

OBSCÆNVS, infelix, aduerſus. Accius Aſtyanacte:

——— *hunc extiſpicem*
Regionum fac deſiſtat, aſt exercitum
Morari, nec me ab domuitione arceat
Obſcæno omine.

Idem OEnomao:

Ciues omnibus fauſtis auguſtam adhibeant
Fauentiam, ore abſcæna dicta ſegregent.

Varro de L. L. lib. 6. *Quare quod dixi ſcæuum, bonum omen eſt, obſcænum verò turpe.* Gell. lib. 13. cap. 14. *Idcirco montem iſtum excluſerunt, quaſi auibus obſcænis ominoſum.* Arn. lib. 1. *Nec aduerſus ſpes bonas mali ominis obſcænitate traducor.*

cor. Virg. Æneid. lib. 3. & 12. *Obſcœnæ volucres.*

quæ, Seruio interprete, ſunt aduerſa canendo ſignificantes.

OBSCÆVO, ſcæuam malam iniicio. Plaut. Aſinariâ: *Metuo quòd illic obſcæuauit meæ falſæ fallaciæ.*

OBSECVNDANTER, obſequenter. Nigid. de diis lib. 1. *Cùm autem id quid ſit quærimus, obſecundanter naturæ viuere.* Non.

OBSEQVELA, obſequium. Afran. Priuigno: *Quam mihi ſit grata ipſius obſequela.* Turpil. Thraſileonte: *Cùm interea nihil quicquam eſt præmi, neque erat tuæ benignitatis atque obſequelæ.* Saluſt. hiſtor. lib. 2. *Quo regi per obſequelam orationis graues carique erant.* Plaut. Aſina. *Omnes parentes, Libane, liberis ſuis, Qui mihi auſcultabunt facient obſequelam iam.*

OBSIDIONALIS CORONA, quæ ei dabatur qui obſidione obſeſſos ab hoſtibus liberabat. De qua Fulgent. Plant. de ant. Plin. lib. 22. cap. 3. 4. 5. & 6. & lib. 7. cap. 28. Gell. lib. 2. cap. 11. & lib. 5. c. 6. Val. Max. lib. 3. c. 2. Dion. lib. 10. c. 11.

OBSONITAVERE, ſæpè obſonauere. Cato in ſuaſione ne legi Orchiæ derogaretur: *Qui antè per ſe cœnitauere, poſtea centeni obſonitauere.* Feſt.

OBSORDVIT, obſoleuit. Cæcilius Hypobolimæo, ſiue Raſtrariâ: *Obſorduit iam hæc in me ærumna miſeriæ.* Non.

OBSTINARE, peruicaciter affirmare. Cato in Q. Thermum: *Rumorem, famam flocci facit, intercutibus ſtupris obſtinatus, inſignibus probris flagitatus.* Plaut. Aululariâ: *Credo ego illum iam inaudiuiſſe mihi eſſe theſaurum domi, id inhiat, eâ affinitatem hanc obſtinauit gratiâ.*

OBSTINET, oſtendit. In veteri carmine: *Sed iam de cœlo candens aurora obſtinet ſuum patrem.* Feſt.

OBSTIPVISTI, pro obſtupuiſti. Plaut. Bacchid. *Quid amabo obſtipuiſti?*

OBSTIPVS, obliquus, incuruus. Ennius Annali ſexto decimo:

Montibus obſtipis obſtantibus, vnde oritur nox.

Licinius Imbrex: *Reſupina obſtipum caput culo, ſi vis ventum facere genicula.* Feſt. Plin. lib. 8. cap. 51. *Index ſuis inualidæ, cruor in radice ſetæ dorſo, euulſæ caput obſtipum in inceſſu.* Col. lib. 7. cap. 10. *Febricitantium ſigna ſunt, cùm obſtipæ ſues tranſuerſa capita ferunt.* Cicero in Arato:

Obſtipúmque caput, tereti ceruice reflexum.

OBSTITVM, violatum, inflexum. Ennius Annali ſeptimo:

Amplius exangere obſtito lumine Solis. Feſt. Lucr. lib. 4.

Omnia mendosè fieri atque obſtita neceſſe eſt.

Apul. de Deo Socrat. *Ceu quodam ſpeculo radios Solis obſtiti vel aduerſi vſurpat.* Ibid. *Tunc regreſſus mirabili viciſſitudine aſſimulant pro ſitu & flexu obſtito circulorum.*

OBSTRINGILLARE, obſtare. Ennius Satyr. lib. 3.

Reſtitant, occurunt, obſtant, obſtringillant, obagitant.

Varro Manio: *Lex neque innocenti præter ſimultatem obſtringillat, neque nocenti propter amicitiam ignoſcit.* Idem de vita pop. Rom. lib. 4. *Curio cùm adfeciſſet, dicebat amicis vt*

illi renunciaretur, ſe obſtringillaturum ne triumphus decerneretur. Idem lib. 1. de R. R. cap. 2. *Tu inuides tanto ſcriptori, & obſtringillandi cauſa ſiglinas reprehendis, cum præclara quædam, ne laudes prætermittas.*

OBSTRVNDO, auidè in ventrem & fauces condo; vnde *obſtrundulentum*, Titinius:

Obſtrunde lentes aliquid quod pectam ſedens,
Aut hic lætaſter, aut formaſter frigidus. Feſt.

Plaut. Curculione: *Atque aliquid prius obſtrundamus, pernam, ſumen, glandium.* Idem Sticho: *Quin ſic ſtans obſtrunſero aliquid ſtrenuè.*

OBVARARE, præuertere, deprauare. Ennius Achille: *Nam conſiliis obuarant, quibus tamen concedit hic ordo.* Non.

OBVARICATOR, qui rectum iter impedit. F. Pomp. De quo Horatius:

Rumpat aut ſerpens iter inſtitutum.

OB VOS SACRO, vos obſecro: vt *ſub vos placo*, pro vobis ſupplico, in formulis deuotionis.

O C

OCCASVS pro occaſio. Ennius lib. 2. annal.

Vt datus eſt occaſus, Horatius inclytu' ſaltu. Idem lib. 5.
Iniicit inritatu', tenet, occaſu' iuuat res. Et lib. 8.
Aut occaſus vbi tempúſve audere repreſſit. Feſt.

OCCASVS SOL, cùm Sol occidit. In XII. Tab. SOL OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO. Varro lib. 6. de L. L. Lucilius Satyr. lib. 2.

——— *quæ horis ſublata duabus*
Omnia ſunt, ſole occaſo, obductóque tenebris.

Priſc. lib. 9. Plaut. Menæch. *Tu facito ante ſolem occaſum venias aduorſum mihi.* Ibidem: *Namque abſque te eſſet, hodie nunquam ad ſolem occaſum viuerem.*

OCCENTARE, conuitium facere. In legibus XII. Tabular. SI. QVIS. CARMEN. OCCENTASIT. QVOD. ALTERI. FLAGITIOM. FAXSIT. CAPITAL. ESTO. Plaut. Curculione: *Quid ſi adeam ad fores atque occentem?* Idem: *Vellicent, vocent, moleſti ſint, occentent oſtium.* Et Persâ: *At enim illi noctu occentabunt oſtium.* Hinc *occentatio*, eiuſdem indolis.

OCCEPSO, occepero. Plaut. Aulul. *Nî ego illi puteo ſi occepſo, animam omnem intertraxero.*

OCCIDAMVS Plautum poſuiſſe pro contrà cedamus, author eſt Feſt.

OCCILLARE OS, contundere. Plaut. Amphitr. *Nâ illi ædepol ſi merito meo referre ſtudeant gratias, aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os occillet probè.*

OCCISISSIMVS, maximè occiſus. Plaut. Caſinâ: *Occiſiſſimus ſum hominum qui viuunt, loricam induam mihi optimum eſſe opinor.*

OCCISIT, pro occiderit. In leg. Numæ Pŏpilij: SEI. HOMINEM. FVIMIN. IOBIS. OCCISIT. EM. SVPRA. GENVA. TOLLITO. Et HOMO. SI. FOLMINI. OCCISVS. ESIT. EI IVSTA NVLLA FIERI OPORTETO. Item: QVEI. ALITER.

FAX

FAXSIT. CVM. PECVNIA. FAMILIAQVE. SACER. ESTO. SEI. QVIPS. EM. OCCISIT. PARICIDA. NEC. ESTO. In XII. Tabulis: SEI. LOVCEI. FORTOM. FAXSIT. TELO. QVE. SE. PRAEHENDIER. PROHIBESIT. SEI. IM. ALIQVIPS. OCCISIT. IOVRE. CAISOS. ESTOD. Ibidem: QVEI. NOX. FORTOM. FAXSIT. SEI. IM. QVIPS. OCCISIT. IOVRE. CAISOS. ESTOD. In leg. Numæ: SEI. IM. INPRVDENS. SE. DOLO. MALO. OCCISIT. PRO. CAPITE. OCCISEI. ET. NATEIS. EIVS. IN. CONCIONE. ARIETEM. SVBICITO.

OCCVLO, pro occulto. Virg. Georg. lib. 2.

Quod ſupereſt, quæcunque premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multâ memor occule terrâ.

Cic. de orat. lib. 2. *Interiuncta argumentorum plerumque occulas, ne quis ea numerare poſſit.* Ouidius Metam.

——*Deus inductâ latas caligine terras*
Occuluit Idem:
——*quo nati furta iuuencum*
Occuluit Liber. Et:
Annuit Omnipotens, & nubibus aëra cæcis Occuluit.

OCCVRSACVLVM, ſpectrum occurrens, ἀπάντημα. Apul. Apologiâ: *Omnia noctium occurſacula, omnia buſtorum formidamina, omnia ſepulcrorum terriculamenta.*

OCCVPARE, præuenire. Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 5. *Quod idem melioribus etiam verbis Metrodorus occupauit.* Virg. lib. 12.

——*& venienti Ebeſo, plagámque ferenti*
Occupat os flammis.

OCCVPATITIVS AGER, qui deſertus ab aliis colitur. P. Longob.

OCIOSITATES, ocia. Sid. lib. 2. epiſt. 10. *Quos in hanc paginam admitti noſtra quàm maximè verecundia vetat, quam ſuas ocioſitates trepidanter edentem, meliorum carminum comparatio premit.*

OCITER, citò; vnde ocyus. Apul. lib. 1. de aſino aureo: *Ac ſimul ex promptuario oleum vnctui, & lintea terſui, & cætera hæc eidem vſus, profer ociter.*

OCQVINISCERE, inclinare. Pompon. Proſtibulo: *Vt nullum ciuem pædicaui per dolum, niſi ipſius orans vltroque ocquiniſceret.* Idem Piſtore: *Niſi nunc ſubitò aliquis occurrat mihi, qui ocquiniſcat quò compingam terminum in tutum locum.* Non.

OCRIS, mons confragoſus: ὄκρυς Græcis. Liuius odyſſeâ:

Celſos ocris, aruaque pertrita, & mare magnum. Ibidem:
Sed qui ſunt hi qui aſcendunt altum ocrim. Ibidem:
Haut vt quem Chiro docuit in Pelio ocri. Feſt.

OCTOBER equus appellabatur, quem in campo Martio quotannis mẽſe Octobri immolabant Marti: cuius cauda tanta celeritate perferebatur in regiam, vt ex ea ſanguis deſtillaret in focum, participandæ rei diuinæ cauſa. F. Pomp. Plutarch. lib. de Romanicis quæſt.

equum hunc Idibus Decembribus, non Octobr. immolari ſolitum ſcribit.

OCVLEVS, oculatus, ex oculis compoſitus. Plaut. Aulul. *Quos ſi Argus ſeruet qui totus oculeus fuit, quem quondam Ioui Iuno cuſtodẽ addidit, is nunquam ſeruet.* Apul. lib. 2. Metamorph. *Vide hominem ferreum & inſomnem, certè perſpicaciorem ipſo Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.*

OCVLICREPIDA, qui oculi verberibus contuſi crepant. Plaut. Trin. *Oculicrepidæ, cruricrepidæ, ferriteri, maſtigiæ.*

OCVLISSIMVS, cariſſimus. Plaut. Curculione: *Huic proximum illud oſtium oculiſſimum; Salue, valuiſtin' oſtium oculiſſimum?* Ibidem: *Salue oculiſſime homo.*

OCVLITVS, funditus. Plaut. Cornicularià: *Qui amat ancillam meam Hedylium oculitùs.* Feſt.

O D

ODEFACIT, pro olfacit. Idem.

ODOS, odor. Plaut. Curculione: *Sed cùm adhuc naſo odos obſequutus es meo, da viciſſim meo gutturi gaudium.* Idem Pſeudolo: *Is odos demiſſis pedibus in cœlum volat.* Lucr. lib. 4.

Præterea omnis odos, fumus, vapor, atque aliæ res
Conſimiles.

O E

OE, loco u, vocalis fuit antiquis: *pœnio* pro punio, à quo manet *pœna*; *mœrus, mœnera, pœnieeus, oeſus*; quæ nunc murus, munera, puniceus, vſus. *Commœtat*, pro commutat, dixit Cato de R. R. Interdum loco i, ponebatur; *loebeſum, loebertas*, pro liberum, libertas: maximè in num. plural. Græcâ terminatione, vt *olloe* pro olli, ſiue illi. In lege Regiâ: SEI PARENTES PVER VERBERIT: AST OLOE PLORASSINT. *Pilumnoe poploe*, pro Pilumni populi: ſcilicet Romani, pilis in bello vti adſueti.

OESVS, vel OISVS, & OETOR, pro vſus & vtor. Cic. lib. 3. de legibus: *At quid erit quod extra magiſtratus coerator oeſus ſit.* In XII. Tabul. TRIBVNVS QVE. QVOS SIBEI PLEBES ROGASIT IOVS ESTOD CVM PATRIBVS AGVNDEI. EIDEM AD PLEBEM QVOD OESVS ERIT FERVNTO. In lege de ponderibus: EX PONDERIBVS PVBLICEIS. QVIBVS HAC TEMPESTATE POPVLVS OETIER SOLET. Martianus de littera I, diſputans: *I*, inquit, *copulatur O, literæ, in nomine Iouis, & oinone. Oiſus* etiam dicitur: ita enim veteres vſum dixere. Sic *œnigenæ*, pro vnigeniti dixerunt antiqui, vt tradit Feſtus: vbi tamen *vinogeniti* (tanquam eſſet οἰνογενεῖς) falsò legitur.

O F

OFFENDICES, ligaturæ, ſeu nodi, quibus apex retinetur. Vide *Apex.*

OFFENDO, inis, pro offenſio. Afran. Vopiſco: *Quoque nunc offendo ſæpè procul noſtra ſiet mala.* Non.

OFFER

OFFERTISSVMVM, pleniſſimum. Plaut. Aſinariâ:

Maxumas opimitates gaudio offertiſſumas,
Suis heris vnà ille mecum pariet, gnatóque & patri.

OFFERVMENTA, quæ offerebantur. Plaut. Rudente: *Contende ergo vter ſit tergo verior, nì offerumentas habebis plures in tergo tuo, quàm illa nauis longa clauos.*

OFFICINATOR, magiſter officinæ. Apul. lib. 9. *Nam licèt forenſi negotio officinator noſter attentus ferias nobis fecerit, tamen hodiernæ cænulæ noſtræ proſpexi.* Vitruu. *Officinatorem* vocat fabrum ſtructorémque parietarium.

OFFICIVM, & GRATIA, de re obſcœnâ dicũtur interdum: ſicut & χαρίζεσθαι apud Græcos: vnde *officioſus*, & *gratioſus*, pro pathico, & qui alterius libidini obſequitur. Seneca controuerſ. 4. in proœmio: *Memini illum, cùm libertinum reum defenderet, cui obiiciebatur, quod patroni concubinus fuiſſet, dixiſſe: impudicitia in ingenuo crimen, in ſeruo neceſſitas, in liberto officium: res in iocos abiit, non facis mihi officium, & multum ille & hic in officiis verſatur.* Aſcon. Pædianus 2. Verr. *Gratia verò quæ poteſt in adoleſcente ſine infamia.*

OFFVCARE, aquam ad ſorbendum in fauces dare. Feſt.

OFFVCIA, fallacia. Plaut. Moſtellariâ: *Neque ceruſſam, neque melinum, neque vllam aliam offuciam.* Idem Capt. *Ita mihi ſtolido ſurſumuorſum os ſubleuere offuciis.*

OL

OLAT, pro oleat. Afran. Fratriis:

Non poteſt quin illa ſtacta longéque & multis olat.

Pompon. Aleonibus: *Sanè meæ malè olunt manus.* Priſc. lib. 8. Plaut. Moſtell.

Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica.

OLEITAS, tempus legendarum oliuarum. Cato cap. 68. *Vbi vindemia & oleitas facta eſt, præla extollito.* Et cap. 144. *Oleam qui legerint, omnes iurato ad dominum, aut ad cuſtodem, ſeſe oleam non ſurripuiſſe, neque quemquam ſuo dolo malo ea oleitate, ex fundo L. Manlij.*

OLENTICA, & OLENTICETA, mali odoris loca. Apul. in Apologia: *Lingua mendaciorum & amaritudinum præminiſtra, ſemper in fatutinis & olenticetis ſuis iacet.*

OLESCERE, creſcere. Lucr. lib. 2.

——— *ſed plura accedere debent,*
Donec oleſcendi ſummum tetigere cacumen.

OLETVM, ſtercus humanum. Veranius: *Sacerdotula in ſacrario Martiali fecit oletum.* Feſt. Perſius Sat. 1.

——— *veto quiſquam hìc faxit oletum.*

OLETVM etiam conſitum oleâ locum appellarunt. Cato de R. R. cap. 1. *Secundo loco hortus irriguus, tertio ſalictum, quarto oletum, quinto pratum.* Et cap. 3. *Si oletum bonum beneque frequens cultúmque erit.*

OLIVETVM, meſſis olei. Cic. 2. in Rullum: *Vtrùm hæc lex eſt, an tabula Neratianæ auctoritatis? in qua ſcriptum fuiſſe aiunt, iugera C L. in quibus oliuetum fieri poteſt: iugera*

CCC. in quibus institui vina possunt.

OLIVITAS, fructus oleæ. Varro lib. 1. de R. R. cap. 60. *De oliuitate oleas esui optimè condi scribit Cato, orchites, & pausias aridas, vel virides, in muria vel lentisco contusas.* Idem in Gloriâ, ἀλιφθονῦ: *Denique omnis cum lucerna combusta est in lucubrando, oliuitáque consumpta est.* Colum. lib. 1. c. 1. *Largissimis oliuitatibus, Liberique vindemiis exuberent.*

OLIVITOR, qui oliuetum colit. Apul. Florid. *Ager frumento piger, aratro irritus, fœcundior olueto, nec vinitori, nec oliuitori scalpitur.* Sidon. lib. 2. epist. 9. *Colles ædibus superiores exercentur vinitori & oliuitori.*

OLOR, odor, ab oleo. Apul. lib. 1. Metam. *At ille olore alioquin spurcissimi humoris percussus, quo me lamiæ illæ infecerant, vehementer aspernatur.* Ibid. *Apagete*, inquit, *fœtorem extremæ latrinæ, & causas cœpit huius oloris comiter inquirere.*

OLLVS, OLLIC, OLLA, pro ille, illic, illa: quod alterum dicitur in funeribus indictiuis: OLLVS LETO DATVS EST. Alterum in comitiis, cùm recitatur à præcone, OLLA CENTVRIA. In formula euocandi ad funus populum: L. TITIVS VIXIT. L. TITIO EXSEQVIAS IRE QVOI COMMODVM 'ST, IAM TEMPVST: OLLVS DOMO ECFERTVR.

OM

OMINAS, pro ominaris. Pompon. Cretulâ: *Nil petitura benè eueniat: & tibi benè sit, qui rectè ominas.* Non.

OMNIGENVM, ex omni genere. Lucr. lib. 2.

E quibus omnigenos gignunt variántque colores. Ibidem:

Cur ea quæ constant ex illis non pariter sunt

Omnigenis perfusa coloribus in genere omni.

Virg. Æneid. lib. 8.

Omnigenûmque Deûm monstra, & latrator Anubis.

OMNIMODIS, quauis ratione. Lucr. lib. 1.

Ignis enim foret omnimodis quodcumque crearet. Idem lib. 2.

Omnimodis expertus eris?

Et lib. 5.

Non tamen omnimodis poterat concordia gigni.

OMNITVENS, omnia videns. Val. Flaccus: (*rum*

Hæc tibi fatorum genitor tutela meorum

Omnituens. Lucr. lib. 2.

——— *quibus omnituentes*

Accensi sensus animantem quamque tuentur.

OP

OPACARE, opacum reddere, operire. Pacuuius: *Nunc primùm opacat flore lanugo genas.* Hinc *opaca barba*, crassa admodum & promissa, qualem qui alit δασυπώγων, & βαθυγένειος vocatur. Catullus ad Contubernales:

Equati, opaca quem bonum facit barba. Sophocles Trachiniis:

——— ἐν δὲ δασυὶς γενειὰς
κρυνοὶ διερράνιοντο κρηναίᾳ ποτῷ.

OPERIBO, pro operiam. Pompon. Præfecto morum: *Pater adest; negato esse hîc me, operibo caput.* Non.

OPERTARE, sæpè operire. Fest. Lucilius:

——— *fagus quem pinguis opertat.*

OPIMA

OPIMA SPOLIA dixerunt ab Ope Saturni filiâ, à ſatu cognominati, cultórque agrorum habiti. In lege Numæ Pompilî: QVOIVS AVSPICIO OPEIMA SPOLIA CLASSE PROCINCTA CAPIVNTVR IOVI FEDETRIO BOVEM CAIDITO. QVI CEPIT AERIS DVCENTA DARIER OPORTETO.

OPIMATVS, ſaginatus, opimus. Sid. lib. 8. epiſt. 12. *Attrahere te Burdigalam non poteſtates, non amicitiæ, non opimata viuariis oſtrea queant?*

OPIMITAS, ab opimo. Plaut. Captiueis: *Maxumas opimitates opimáſque offers mihi.*

OPINABILE. Cic. Acad. lib. 1. *Itaque hanc omnem artem rerum opinabilem appellabat.* Idem: *Quod totum opinabile eſt, id gignitur & interit.*

OPINAMENTVM, & OPINATVS, opinio. Lucr. lib. 4.

——— *quoniam pars horum maxima fallit*
Propter opinatus animi, quos addimus ipſi.

Apul. de Deo Socratis: *Aliquando eorum nonnulla etiam opinamenta habere.*

OPINO, pro opinor. Ennius Eumenidibus: *Tacere opino optumum eſſe, & pro viribus ſapere.* Cæcil. Aſoto: *Nihil fore opino inter me atque illum.* Pacuu. Chryſe: *Inueni opino eſſe optimum, Oreſtes vt hæres ſit.* Plaut. Bacchid. *Præneſtinum opino eſſe ita erat glorioſus.*

OPIPARIS, pro opiparus. Apul. 2. Metam. *Opipares, citro & ebore nitentes lecti, aureis veſtibus intecti.*

OPITER qui obito patre, & viuente aua natus eſt. Feſt. Placitus in gloſſis.

OPITVLO, pro opitulor. Liu. in equo Troiano: *Da mihi haſce opes quas peto, quas precor, corrige, opitula.* Non.

OPPERIBOR, opperiar. Plaut. Pſeudolo: *Animo bono es, vel ſex opperibor menſes.* Idem Bacchid. *Atque is dum veniat ſedens hîc opperibere.*

OPPILARE, occludere, à Græco πιλεῖν. Cic. in Anton. 2. *Niſi ille ſe ſub ſcalas tabernæ ieciſſet, his oppilatis impetum tuum oppreſſiſſet.* Lucr. lib. 6.

Eſt quoque vti poſſit magnus congeſtus arenæ
Fluctibus aduerſis oppilare oſtia contra.

OPPVVIO, verbero: vnde *oppuuio.* Afran. Vopiſco: *Oppuuiis pueri cohercentur.*

OPS, pro opem ferens. Accius de Hercule: *Quorum genitor fertur ops eſſe gentibus.* Priſc. lib. 7.

OPS pro opulento: vnde *inops*, & *cops*, quaſi coops. Antiquus poëta: *Is cops edit, ego egens exortus ſum.* Feſt.

OPTIONATVS, vt decurionatus, pontificatus. Cato: *Maiores ſeorſum atque diuerſum pretium parauere bonis atque ſtrenuis, decurionatus, optionatus, haſtas donaticas, alióſque honores.* Idem.

OPTVMITAS. Plaut. Aſinar. *Maximas optumitates gaudio effertiſumas ſuis heris ille mecum vnà pariet gnatóque & patri.*

OPVLENTARE, ditare. Sid. lib. 3. epiſt. 1. *Religioſam deuotionem centuplicatis opulentare muneribus.*

OPVLENTITAS, opulentia. Cæcil.

Cæcil. Plocio: *Opulentitate noſtra ſibi iniuriam faciam.* Plaut. Mil. *Quaſi qui eius opulentitatem reuerearis, & ſimul formam amœnitatis.*

OPVLESCERE, diteſcere. Furius Poëmatis:

Quo magis in comptis poſſunt opuleſcere campis.

OPVS HANC REM, Lucr. lib. 2.

Scire licet nil principiis opus eſſe colores.

Plaut. Ciſtellar. *Malum aufer, bonum mihi opus eſt.* Idem Trucul. *Quid iſti ſuppoſitum puerum opus peſſumæ?*

OPVS HVIVS RE 1. Luc. Satyr. lib. 9.

Si nihil ad faciem & ſolum lupa proſtibulumque,
Nummi opus atque aſſis.

Non. Marcell.

OR

ORA, initium. Cęcil. Æſchrione: *Orã qua me expediam reperire nullam queo.* Feſt. Pomp. Item funis nauticus, vnde *oram ſoluere*, eſt funem liberare. Quint. in epiſt. quam ſuo operi præfigit: *Sed ſi tantopere efflagitantur, quamu tu affirmas, permittamus vela ventis, & oram ſoluentibus bene precemur.* Virgilio eſt *Retinaculum.*

ORATA piſcis, pro aurata: Ruſtici enim *ores* pro aures, & *orum* dixerunt pro aurum: vnde Sergium quendam prædiuitem, ab auro, quòd duobus annulis prægrandibus vteretur, *Oratam* vocatum meminerunt Cic. de fin. lib. 2. & de orat. lib. 1. ac offic. 3. Varro lib. 3. de R. R. Val. lib. 9. cap. 1. Plin. lib. 9. cap. 54. Macr. Saturn. lib. 3. cap. 15. Oratam piſcem Catullus *oricillam* nominat:

Vel anſeris medullula, vel imula oricilla.

Eadem ratione *coda, plodo, ploſtrum*, pro cauda, plaudo, plauſtrum: quæ Diomedes lib. 1. annotauit, & in veteribus libris paſſim occurrunt. *Clodius* apud Ciceronem, quam Claudium aliis dictum Dio hiſtoricus notat.

ORBICVM, ſphærium, in orbem ductum. Varro, γνῶθι σεαυτὸν: *Vt ſidera cæli Diuûm circum terram atque axem quæ voluuntur motu orbico.* Non. *Orbicum* etiam Gloſſis πηρὸν, ideſt, mutilum.

ORBITVDO, orbitas. Accius Amphitruone: *Miſeret lacrymarum, luctuum, orbitudinis.* Turpil. Thraſyleonte: *Hoc te oro, vt illius miſereſcas miſeræ orbitudinis.* Pacuu. Duloreſte: *Vel cùm illum videas ſollicitum orbitudine.* Idem.

ORCÆ, vaſa vinaria ad ſimilitudinem orcæ marinæ. Varro lib. 1. de R. R. cap. 13. *Sæpè vbi conditum vinum nouum orcæ in Hiſpaniâ feruore muſti ruptæ, neque non & dolia in Italia.* Dolabella de finib. *Cineres aut cacabos inuenies, aut orcas aut ollas fractas.* Caius & Theodoſius: *Lagenas & orculas in finibus poſuimus.* Vitalis & Arcadius: *Termini lagenares de orculares.*

ORCHESTRA, locus in ſcena quo non admittebantur planipedes. Feſt. Erant autem Romæ in orcheſtrâ ſenatorum ſedibus loca adſignata, cuius pulpiti altitudo quinque pedes non ſuperabat, vbi ſedentes ſpectare poſſent omnium agentium geſtus. Videatur Vitruuius lib. 5. cap. 6. & 7. Dicitur ab

ὀρχέ

ὀρχέομαι, quod eſt ſalto. Sueton. Iulio Cæſ. c. 39. *Seſſum in XIV. ſcena per orcheſtram tranſiit.* Iuuenal. Satyra 3.

Æquales habitus illic, ſimilémque videbis
Orcheſtram & populum. Idem:

Quæque reportandis poſita eſt orcheſtra cathedris.

Apul. lib. 3. Metam. *Tunc me per proſcenium medium velut victimam publica miniſteria perducunt, & orcheſtræ mediæ ſiſtunt.*

ORCHITIS, genus oleæ teſticulorum inſtar, vnde & nomen habet. Varro de R. R. lib. 1. cap. 24. *In agro craſſo & calido oleam conditaneam, radium maiorem ſallentinam, orchitem, poſiam, ſergianam, colminiam, Albicerem.* Et cap. 60. *Oleas eſui optimas condi ſcribit Cato, orchites & pauſias aridas.* Virg. Georg. lib. 2.

Orchites & radij, & amarâ pauſia baccâ.

Plin. lib. 15. cap. 1. *Genera olearum tria dixit Virgilius, orchites, & radies & pauſias.* Et cap. 3. *Pauſia, cui plurimum carnis; mox orchites, cui olei; poſt radij.*

ORDIBOR, pro ordiar. Accius Amphitruone: *Non paruam rem ordibor ne retice obſecro.* Non.

ORDITVS, paſſ. Sidon. lib. 2. epiſt. 9. *Eas bifariam orditas laticia peritáque comitabantur.*

ORDIVM, exordium. Plaut. Mil. *Abij enim cupiens iſtius ſummè nuptiarum ordium.* Lucr. lib. 4.

Et quibus è rebus cùm corpore compta rediret,
Quóve modo diſtracta rediret in ordia prima.

OREÆ, frena, quæ equorum inſeruntur ori. Titin. Setinâ:

Etſi tacebit, tamen gaudebit ſibi promitti oreas.

Næu. Hariolo: *Deprando leoni ſi obdas oreas.* Cato: *Equus qui reſpondit, mihi oreas inde, tibi cape flagellum.* Feſt. Auſonius:

Inde floridũ reflexis ver reuiſit oreis.

ORIA, nauicula modica piſcatoria. Platus in Caciſto: *Malo hunc religari ad oriam, vt ſemper piſcetur, tametſi ſit tempeſtas maxima.* Fulg.

ORITVR, p. p. pro oritur, p. c. Lucil. Sat. lib. 3.

Conturbare animam potis eſt quicunque adoritur. Priſc. lib. 10.

Lucr. lib. 3.

Sudores itaque & pallorem exiſtere toto
Corpore, & infringi linguam, vocémque aboriri.

OS

OSCILLARE, contundere. Plaut. Amphitr. *Aliquem hominem allegent qui mihi aduenienti os oſcillet probè.*

OSCINVM, augurium ex auium cantu. In XII. Tabulis: OSCINVM. ATQVE. FOLGORA. PIANTO. Cic. lib. 2. de leg. Aues enim quæ aut ore & cantu, (quales ſunt coruus, cornix, noctua, parra, picus) aut alis & volatu, (vt buteo, ſanqualis, aquila, immiſſulus, vulturius) auſpicium faciunt, *oſcines* appellatæ ſunt. Plin. lib. 10. cap. 19. *Nunc de ſecundo ordine dicamus, qui in duas diuiduntur ſpecies, oſcines & alites: illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit.* Apul. de Deo Socrat. *Vel ſomniis confirmandis, vel*

extis fiſſiculandis, vel præpetibus gubernandis, vel oſcinibus erudiendis. Sid. lib. 2. epiſt. 3. *Oſcines coruos voce triplicatâ puniceam ſurgentis auroræ faciem ſalutantes.* Hinc volucribus linguas dedit Pac. in Chryſe:

Nam iſtis, qui linguam auium intelligunt,
Plúſque ex alieno iecore ſapiunt, quàm ex ſuo,
Magis audiendum, quàm auſcultandum cenſeo.

OSCVLANA pugna; vbi victi vincunt. De qua Sulpitius: *Pyrrhum victorem vicit item imperator noſter.* Titin. Setinâ: *Hæc quidem quaſi oſculana pugna eſt, non ſecus, quia hinc qui fugere impulſi ſpolia colligunt.* Feſt.

OSCVLAVI, pro oſculatus ſum. Titin. Ila rubrâ: *Laudor, quia priuignæ oſculaui caput.* Non.

OSCVM, ſiue obſcum, ſacrum: vnde leges ſacratæ *oſcæ* dicuntur, & *oſcitus*, ſacratus. F. Pomp.

OSSICVLATIM, minutatim. Cæcil. Fallaciâ: *Oſſiculatim Parmenonem de via licet legam.* Marcel.

OSSVM, pro os. Gloſſ. *oſſum*, ὀστοῦν. Pacuu. Chryſe: *Oſſum inhumatum, æſtuoſam auram.* Accius annalibus:

Fraxinũ fixa, ferox infenſa infunditur oſſis. Priſc. lib. 6.

Terent. Eunucho: *Vidén' oſſum & cibus quid faciat alienus?* Sic *oſſua* pro oſſa in tumulo Lesbiæ ab Anchialo poſito legimus:

HOSPES STA ET LACRVMA SI QVID HVMANITVS IN TE 'ST:
OSSVA DVM CERNIS CONSITA MAISTA MIHEI.

Et in epitaphio meretricis: CINERES ET OSSVA LAODICEÆ PHILOCAPTAE HEIC SITA SVNT. PERPETVAE MEMORIAE FACTI ET INFAMIAE CAVSA. QVAE INSATIABILI VENERE EXHAVSTA. SVBTER VIVO VIRO MORTVA EST. VIXIT ANN. XXIII. MENS. VIII. D. IV.

OSTENTVS, pro oſtentatus. Pacuu. Medo: *Atque eccum in tempore oſtentum ſenem.* Attius Bacchis: *Penteus præſto irridens nobis, ſeſe vltrò oſtentum obtulit.* Terent. Phormione: *Nî mihi eſſet ſpes oſtenta.*

OSTREA, fœmin. Varro Satyrâ quę inſcribitur ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, ἢ εὐετηρίας:

Nec multinummus piſcis, ex ſalo captus
Elops, neque oſtrea illa magna captata,
Quiuit palatum ſuſcitare.

Lucil. Satyr. lib. 3.

Oſtrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris.

Turpil. Demetrio: *In actâ coopertâ algâ inores oſtreas.* Afran. Excepto: *Conchas, echinos, oſtreas marinas.* Cic. Hortenſio: *Solertiáque eâ quâ poſſet vel in tegulis proſeminare oſtreas. Oſtrea* neutro gen. Lucil. Sat. lib. 9.

——— *quid ergo ſi oſtrea cerno,*
Cognorim fluuium, limum ac canum ſapere ipſum.

Varro ἔως πότε, ἢ ἐρῶν:

Non poſſe oſtrea ſe Romæ præbere & echinos. Non.

OSTRINA veſtis, ab oſtro colore, qui eſt ſubrubeus. Varro Eumenidi

menidibus: *Auroræ oſtrinum hic indutus ſupparum.* Turpil. Veliternâ: *Interea adſpexit virginem geſtantem in capite riculam, indutam oſtrinam.* Idem.

OSVS SVM, pro odi. Caius Gracchus de lege Minutiâ: *Mirum ſi quid his iniuriæ fit, ſemper eos oſi ſunt.* Plaut. Amphitruone: *Ita ingenium meum eſt, inimicos ſemper oſa ſum intuerier.*

OV

OVALIS CORONA, myrtea, quâ ouantes introibant. Feſt. Gell. lib. 5. cap. 6.

OVANTES lætantes: quòd cient (vt ait Seruius) litteram O. Virg. Æneid. lib. 4.

Quid tum: ſola fugâ nautas comitabor ouantes?

Cic. de oratore lib. 2. *Aſcendit ouans in Capitolium M. Aquilius.* Ouidius:

Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem
Eminus ingenti reſupinum pondere fudi.

Apul. lib. 11. *Sume iam vultum lætiorem, candido iſto tuo habitu congruentem, comitare pompam Deæ Soſpitatricis inouanti gradu.*

OVES DVOS, pro duas. Varro rerum humanarum lib. 3. *Vt etiam putantur qui oues duos dicunt.* Idem: *M. Terentio, quando citatus neque reſpondit, neque excuſatus eſt, ei ego vnum ouem multam dico.* Gell. lib. 11. cap. 1. Sic Homerus, πολλοὶ δ' ὄϊες, dixit.

OX

OXIME', pro ocyſſimè. Feſt.

PA

PA, pro parte; & *po*, pro populo, in Saliari carmine poſitum eſt. Feſt. Sic *al*, pro allio: *min*, pro minio: *tau*, pro tauro, enunciarunt antiqui. Virgilius in Catalectis:

Thucydides tyrannus Atticæ febris
Tau Gallicum, min ipſum, & al ei illiſit,
Iſta omnia iſta verba miſcuit fratri.

Et de iiſdem Auſonius in Monoſyllab.

Dic quid ſignificent Catalecta Maronis in his al,
Et quod Celtarum poſuit non lucidius tau,
Et quod germano miſtum malè lethiferum min.

PABVLARI, paſtum exire: verbum caſtrenſe. Plaut. Rudente: *Quotidie ex vrbe huc ad mare prodimus pabulatum.* Colum. lib. 7. cap. 6. *Subinde quæ incedit, compeſci debet ne procurrat, ſed placidè ac ſcitè pabuletur.*

PACES, à pax. Varro de vita pop. Rom. lib. 3. *Animaduertendum primò quibus de cauſis conſtituerint paces, ſecundùm quæ fide & iuſtitia eas coluerint.* Plaut. Rudente: *Qui ſunt qui à patrona paces meâ expetiſſunt?* Idem Persâ: *Hoſtibus victis, ciuibus ſaluis, re placidâ, pacibus perfectis.* Horat. epiſt. lib. 2.

Hoc paces habuere bonæ, ventique ſecundi.

PACIO, pactio antiquis: nam & pa-

teo olim dixerunt, & *paciſcor*, quod adhuc in vſu remanſit.

PACISCO, pro paciſcor. Næu. belli Punici lib. 7. *Captiuos plurimos Sicilienſes paciſcit, obſides vt reddant.* Ibidem: *Id quoque paciſcunt Pœni à Siculis, quo Luctatium reconcilient.* Non.

PÆDIDVS, obſoletus, ſordidus: à pædore. Lucil. Sat. lib. 9.

Quòd deformi ſenex, quòd pædibus ac podagroſus,
Quòd mancus, miſer, exilis, quòd ramice magno. Lucan. lib. 1.
——— longúſque in carcere pædor.

Gloſſæ: *pædor*, ῥύπος.

POENITVDO, pœnitentia. Accius Teucro:

Quæ deſiderio alumnûm pœnitudine,
Squale, ſcapreque, incultâ vaſtitudine.

Sid. lib. 1. epiſt. 7. *Tum demum laborioſus tardâ pœnitudine loquacitatis impalluiſſe perhibetur.* Idem lib. 6. epiſt. 9. *Quem nos propter hanc ipſam pœnitudinis celeritatem non increpatiuè, ſed conſolatoriè potiùs compellare curauimus.*

PAGVNT, paciſcuntur. In XII. Tabulis: REM. VBEI. PAGVNT. RATVM ESTO: NI. PAGVNT. IN. COMITIO. AVT. FORO. ANTE. MERIDIEM. CAVSAM. CONICITO. Auctor ad Herenn. lib. 2. Quintil. lib. 1. cap. 6. In lege Talionis: SEI. MEMBRVM. RVPSIT. NI. PAGIT. TALIO. ESTO. Gell. lib. 20. cap. 1.

PALA, pro pali. Varro Flextabulo, περὶ ἀμπελουργίας: *Non tu vides in vineis, quæ tria pala habent, tripales dici?* Non.

PALANGÆ, fuſtes teretes, qui nauibus trahendis ſubiiciuntur. Varro de vita pop. Rom. lib. 4. *Cùm Pœnus in freto obuiam veniſſet noſtris, & quoſdam cepiſſet, crudeliſſimè pro palangis carinis ſubiecit, quo metu debilitaret noſtros.* Hinc *Palangare*, fuſtibus eiuſmodi tranſuehere. Afran. *Et carinam vnam ſemilaceram quaterni ſimul pelangabant.* Idem.

PALLACA, pellex, à παλλακὴ. Suet. Veſpaſ. Aug. cap. 21. *Et inde quieti vacabat, accubante aliquâ pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas conſtituerat.*

PALLIASTRVM, pallium breuiculum & mutilum. Apul. lib. 1. Metam. *Ecce Socratem contubernalem meum conſpicio: humi ſedebat ſciſſili palliaſtro ſemiamictus, pænè alius, lurore ac miſera macie deformatus.*

PALMARE, blandiri: palmâ enim item vt palpâ blandimur. Aſinius Pollio lib. 10. epiſt. 33. *Sed ſcribenti ad me eiuſmodi litteras quas leges, & concionibus, videlicet quas Narbone habuiſſe dicitur, ſimiles, palmare neceſſe erat, ſi vellem commeatum, per prouincias eius iter faciens habere.*

PALPARI, blandiri. Lucil. Satyr. lib. 29. *Hic vbi me videt, ſublanditur, palpatur, caput ſcabit, pedes legit.* Plaut. Amphitr. *Obſeruato te quàm blandè mulieri palpabitur: nullus eſt cùm occepit blandior.* Horat. lib. 2. Sat. 1.

Cui malè ſi palpere recalcitrat.

Symm. lib. 1. epiſt. 90. *Non dicam dolo, vipote ſubpalpandi neſcius.*

PALPO, percutit, blanditur. Plaut. Amphitr. *Facitne vt dixi? timidam palpo percutit.* Idem Pſeud. *Ego iſtoc aliis dare condidici, mihi non potes obtrudere palpum.*

PALV

PALVDAMENTVM, Gloſſis φοινικὶς, erat pallium bellicum, cocco purpuráque diſtinctum & auro, quo induti exierunt ad bellum Imperatores. Saluſt. hiſtor. lib. 3. *Eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo ſanguine ſuorum defenſus, poſtquam ex ſarcinis paludamenta aſtari, & delectæ cohortes intelligi cœpere.* Suet. Iulio Cæſ. cap. 64. *Nando per ducentos paſſus euaſit ad proximam nauem, elatâ lauâ, ne libelli quos tenebat madeſierent, paludamentum mordicùs trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis.* Apul. in Apolog. *Quod Imperatoribus paludamentum, quod Pontificibus galerus, quod lituus auguribus.*

PALVDATVS, paludamentum indutus. Tullius ad Cæſarem iuniorem:

Antonius demens ante lucem prodiit paludatus.

Lucil. Satyr. lib. 10.

Pone paludatum ſtabat rorariu' veles.

PANCARPIÆ, coronæ ex vario florum genere factæ. Feſt.

PANDA, Θεὰ εἰρήνης exponitur Turnebo lib. 19. Aduerſ. cap. 9. Belli enim tempore omnia clauduntur, pacis aperiuntur. Spectat huc illud Virg. 1. Æneid.

——— *pateant Carthaginis arces.*

quo verbo innuitur pacis habitus. Sal. in Catil.

Cuncta maria, terræque patebant.

Petron. in Haloſ.

Iam turba portis libera, ac bello carens.

Vnæ portæ Iani diuerſam ab hoc tenuerunt conſuetudinem; clauſæ pacem indicabant, apertæ bellum: ſed aliâ ratione; nam clauſis portis furor intus concluſus putabatur. Vide Ioan. Lud. de la Cerda in lib. 2. Æneid. verſ. 27. *Panduntur portæ.*

PANDICVLARI, toto corpore oſcitando extendi. Plaut. Menæch.

Vt pandiculans oſcitatur! quid nunc faciam mi pater?

PANDVRIZARE, pandurâ canere. Lampr. Heliogabalo: *Panduriz auit, organo modulatus eſt.*

PANDVS, incuruus. Martialis:

Hic tibi donatur pandâ ruber vrceus ansâ.

Virg. lib. 2. Georg.

Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

Sulpicius Seruaſtus Lupercus iunior:

Perplexi crines, frons improba, tempora preſſa
Extantes malâ deficiente genâ.
Simatæque iacent pando ſimiamine nares.

PANE, pro panis. Plaut. Curcul.

Hæc ſunt ventri ſtabilimenta meo, pane & aſſa bubula, poculum grande, aula magna.

PANNIBVS, pro pannis. Pompon. Maccis geminis: *Bono animo es video, eripis primitùs de pannibus.* Non.

PANNVM, pro pannus. Næu. Tabell. *Qui habet vxorem ſine dote, pannum poſitum in purpura eſt.* Idem.

PANTICES, ventres ampli. Martial. lib. 6.

Quid cum panticibus laxis & compede grandi?

Plaut. Pſeudolo: *Eo vos veſtróſque pantices adeò madefacitis, cùm ego hîc ſim ſiccus.* Virg. in Catalectis: *Et æſtuantes nocte ſolui pantices, Obeſam ad vxorem redis.* In Gloſſario veteri *Pantices* ἕλκη ἐπὶ πραχήλου

τῷ κ]ηνῶν exponuntur.

PANVS, tramæ inuolucrum, cuius dim. *panula*. Lucil. Sat. lib. 9.

——— *foris ſubtemini' panus 'ſt.*

Idem lib. 8.

Intus ero, modo ſtet rectus ſubtemine panus. Priſc. lib. 3.

PANVS, tumor inguinum. Nouius optione: *Qui me miſerum miſeriorem reddit quàm panus puerum.* Plin. lib. 20. cap. 1. *Et laterum parotidas & panos ſanat.*

PAPAVEREM, pro papauer. Varro Admirandis: *Infria ſeni papauerem.* Plaut. Trinum. & Aſinar. *Confit citò, quaſi ſi tu abiicias formicis papauerem.* Idem Pſeudolo: *Nihil niſi laterculos, ſeſanum, papauerémque, triticum & frictas nuces.*

PAPILIO, tentorium. Lampr. Alex. Seuero: *In procinctu atque in expeditionibus apertis papilionibus prandit.*

PAPPI, carduorum flores. Lucr. lib. 3.

Veſtem, nec plumas auium, pappóſque volantes.

Plin. lib. 21. cap. 16. *Helxines herbæ lanuginem pappum ait vocari.*

PAPPO, edo. Perſius Satyrâ 3.

Et ſimilis regum pueris, pappare minutum

Poſcis, & iratus mammæ lallare recuſas.

Plaut. Epidico: *Nouo liberto opus eſt quod pappet.* Idem: *Tum puero dandum quod pappet.* Gloſſar. *Pappat, μασᾶται.*

PARADÆ, Sid. lib. 8. epiſt. 11. *Hic ſuper flexo crate paradarum ſereni brumalis inſida vitabis.* Auſon. ad Theonem: [*centum*] *Expoſitum ſu'ter paradas lectéque ia-*

Corporis vt tanti non moueatur opus. Vide Turnebum lib. 22. cap. 10.

PARAPECHY, dicitur veſtimentum album, cui ab vtraque parte purpura intexta. Varro lib. 4. de L. L. Heſychius & Pollux: παραπήχυ ἱμάτιον ὅλῳ λευκὸν, παρ' ἑκατέρον μέρος ἔχον πορφύραν.

PARARIVM æs, quòd equiti duplex pro binis equis dabatur: paribus enim equis, vt ait Feſtus, id eſt, duobus, Romani in prælijs vtebantur. Ab eadem mente *pararius* Senecę dicitur ὁ ἐξευτὴς, quòd inter duos ſtipulantes eſſet μεσεγγυητὴς.

PARASITVS veteribus dicebatur ſcortum. Plaut. Trucul. *Lepidè mecaſtor nuncias: ſed dic mihi, ain' paraſitum te poteſſe ducere?* Paraſiti quoque olim honeſta erat appellatio: ſic enim eos Solon vocauit, auctore Plutarcho in Craſſo, qui in Prytaneo ſumptu alebantur publico. Eodem nomine comites Pontificum, ac magiſtratuum ſodales, ſacroque addicti miniſterio appellabantur: vt tradit Athenæus lib. 6. τὸ τε παρασίτου ὄνομα, inquiens, νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι, παρὰ δ' ἀρχαίοις εἰσήκειν τὸν παράσιτον ἱερόν τι χρῆμα, καὶ πᾶ συνθοίτῳ παρόμοιον.

PARATIO, paratus. Afran. Priuigno: *Silentio opus eſt, nulla ineſt paratio.*

PARCITER, parcè. Pompon. Verre: *Salbeolo parciter tanquam frater mihi ſis, medium abdomen cùm diuidam.* Marcell.

PARCVIT, pro pepercit. Nęuius Quadrigeminis: *Suo labori nullus parcuit.* Idem.

PARECTATI, iam pubeſcentes. Lucil.

Lucil. Satyr. lib. 8.

Inde parectato chlamydes ac barbula prima. Et lib. 20.

Tum ephebum quendam, quem vocant parectaton.

Varro de compoſit. Satyrar. *Parectatæ adſunt, muliérque: mulier Venus caput.* Idem.

PARILIS, par, ſimilis. Symm. lib. 4. epiſt. 26. *Cum video officiis meis honorem parilem non negari.* Idem lib. 7. epiſt. 1. *Et deinceps officij parilis in nos eſto miniſter.*

PARILITAS ἰσότης, ſimilitudo, æqualitas. Apul. lib. 2. Metamorph. *Iamque æmula libidine in amoris parilitatem congermaneſcenti mecum.* Idem Florid. *Sine regula correctione & menſuræ parilitate, & perpendiculi ſollertia.* Sid. lib. 2. epiſt. 2. *Quæ conſequenti vnguentariæ ſpatij parilitate conquadrat.* Et lib. 3. epiſt. 1. *Vel expetendis æqualiter, vel cauendis iudicij parilitate certauimus.* Idē lib. 3. ep. 6. *Vt hactenus parentum nobilitate decorabat, ita iam nunc titulorum parilitate faſtigat.*

PARIRE, pro parere. Ennius lib. 3. annal.

Oua parire ſolet genio pennis condecoratum.

Varro lib. 4. Analog. Diom. lib. 1. Priſc. lib. 7. 8. & 10. Pompon. Buccone auctorato: *Si prægnans non es, paribis nunquam.* Non. Manlius:

Deli gemellos creta Titano Deos
Titona pariit casto complexu Iouis.

Varro lib. 6. de L. L.

PARIS, pro par. Atta in Socru: *Ad hanc fortunam acceſſit ei fortuna paris.* Priſc. lib. 7.

PARRISSVMVS, maximè par, ſimillimus. Plaut. Curcul. *Eodem hercle vos pono & patro patriſſimi eſtis hibus.*

PARMA, ſcutum breue. Saluſt. hiſtor. lib. 4. *Hi locorum perignari, & ſoliti nectere ex viminibus vaſa agreſtia, ibi tum, quòd inopia ſcutorum fuerat, ad ea arte ſe quiſque in formam parmæ equeſtris formabat.* Virg. lib. 8. Æneid.

Enſe leuis nudo, parmáque inglorius alba. Gl. *Parma, θρακικὸν ὅπλον.*

PARNACIDES, & ENCOMBOMATA, genera erant veſtium puellarum. Varro de liberis educandis: *Vt puellæ habeant potius in veſtitu chlamydas & encombomata ac parnacidas, quàm togas.* Non.

PAROCHVS officij genus, quod adminiſtrantibus paret. Varro in Seſquiulyſſe: *Hic enim omnia erat; idem ſacerdos, prætor, parochus, denique idem Senatus, idem populi caput.* Horat. lib. 1. Satyra 5.

——— *tum parochi, qui præbent ligna ſalémque.*

Copiary hi Latinè dicuntur, teſte Porphyrione.

PARONES, naues, ad quarum ſimilitudinem myoparo vocatur, excogitatæ primùm à Pariis, vt refert interpres Ariſtophanis. Gell. lib. 10. cap. 25. *Pontones, nucluciæ, mediæ, phaſeli, parones, myoparones.*

PARRA, auis inauſpicata auguribus habita. Plaut. Aſinar. *Picus, cornix eſt ab læua: cornus, parra, à dextra.* Horat. lib. 3. od. 27.

Impios parræ recinentis omen
Durat.

Plin. lib. 10. cap. 19. *Auem parram oriente Sirio ipſo die non apparere donec occidat. Parra* etiam Gloſſis

μύσης

μώσης καὶ ἀσραγαλισμός.

PARRICIDA, non tantùm qui parentes, ſed quemuis hominem occidiſſet, aliúdve quoduis capital commiſiſſet, dicebatur. In lege Numæ: SEI. QVIS. HOMINEM. LIBERVM. SCIENS. MORTI. DVIT. PARRICIDA. ESTO. In XII. Tabulis: SACROM. SACROVE. COMMENDATVM. QVI. RAPSIT. CLEPSIT. VE. PARRICIDA ESTO.

PARS, pro lege. l. hac parte. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. l. nemo. 5. C. de malef. quæ eſt Conſtantini. Et ſic etiamnum Venetiis vulgo appellatur.

PARSI, pro peperci. Cato oratione ad lites cenſorias: *Quod vti prohibitum irem, quod in me eſt labori meo non parſi.* Plaut. Curcul. *Qui homo maturè quæſiuit pecuniam, niſi eam maturè parſit, maturè eſurit.* Idem Trinum. *Neu tibi agritudinem parerem pater parſi ſedulo.* Terent. Hecyrâ: *Heu me infelicem, hánccine ego vitam parſi perdere.*

PARTA, ἡ τεκοῦσα, ἀδ. quæ peperit, puerpera. Colum. lib. 7. *Et parta nutrici conſociata minus laborat in educatione fœtus ſui.* Hinc *exparta*, quæ parere iam deſiit, effœta.

PARTHENII, qui & PARTHENIATÆ à Seruio, apud Spartanos vocati ſunt ob notam materni pudoris, nati ex promiſcuo omnium fœminarum concubitu, conceſsóque iuuenibus, ne per virorum abſentiam ex viduitate ceſſaret fœcunditas muliebris. Vide Iuſtinum hiſt. lib. 3.

PARTI, & PARTVIS, pro partus. Pacuu. Atalantâ: *Vbi me grauidam ſentio aggraueſcere, propinquitate parti.* Varro Andabatis:

Candidum papillâ lacte cùm fluit, ſignum putant
Partuis, quòd hic ſequatur mulierem è partu liquor.

PARTI, pro parte, antiquo flexu. Cic. Arato:

——— *parti miſcetur in vnâ.*

Ouid. lib. 1. Metamorph.

——— *partique receptâ*
Liberioris aquæ.

Plaut. Menæch. *Satur nunc loquitur de me & parti meâ:* Lucr. lib. 3.

Vt ſenſus alios in parti quemque ſua ſcit
Diſſimulare. Et lib. 6.
Ille ex peſtiferâ parti venit.

Sic *amni.* Virgil. lib. 9. Æneid.

——— *nec dextrâ cingitur amni.*

Orbi. Lucr. lib. 2.

Cui ſimilis toto terrarũ non ſit in orbi.

Fuſti. Valer. lib. 6. *Metellus vxorem, quòd vinum bibiſſet, fuſti percuſſam interemit.* Plaut. Capt. *Niſi manticinatus probè ero, fuſti plectito.*

Labi. Lucr. lib. 5.

Nec nouitate cibi, nec labi corporis vllâ.

Voci. Lucr. lib. 4.

——— *maioribus eſſe creatum*
Principiis voci.

Colli. Lucr. lib. 2.

Nam ſæpè in colli tondentes pabula læta.

Luci. Plaut. Menæchm. *Herum meum hic in pacato oppido luci diripier in viâ.*

Poſti. Ouid. Met. lib. 4.

Raptaque de dextro robuſta repagula poſti.

Sorti. Lucil. Satyris: *Græcia Sulpitio ſorti data Gallia Cottæ.*

Plaut.

Plaut. Casinâ:
Specula in forti restat.
Sordi. Lucr. lib. 6. *Visceribus cæcis propè iam sordique sepultis.*
Ciui. Cic. in Verrem 4. *Quod ciuis cum ciui ageret.*
Oui, aui. Varro lib. 7. Analog. *Alij dicunt in singulari hac oui, hac aui, alij oue, aue.*
Furfuri. Plaut. Capt. *Tum pistores scrophi pasci, furfuri qui alunt sues.*

PARTICVLONES, cohæredes, & quasi partem capientes patrimonij. Pomponius in Præcone posteriore: *Age modò; Stagari, particulones producam tibi.*

PARTIO, partus. Afran. Vopisco: *Non dolorum partionis venit in mentem, quos misera pertulisti.* Prisc. lib. 6. Plaut. Trucul. *Horresco misera, mentio quoties fit partionis.* Varro de R. R. lib. 3. cap. 9. *Equeis in parando eligat oportet fœcundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta, ampla: hæc enim ad partiones sunt aptiores.* Gell. lib. 3. cap. 16. *Hippocrates in eo libro cum & numerum dierum, quibus conceptum in vtero coagulum confirmatur, & tempus ipsius partionis, nono aut decimo mense definisset.*

PARTITVDO, partus. Plaut. Aulular. *Neque iam quo pacto celem herilis filiæ probrum, propinqua cui partitudo appetit.* Ibidem: *Nam probrum atque partitudo propè adest, vt fiat palàm.*

PARTIVIT, partitus est. Ennius Telamone: *Tandem me in suspicionem sceleris partiuit pater.* Afran. Diuoritio: *Cùm testamento patria partisset bona.* Accius Chrysippo: *Æternabilem diuitiam partissent.* Lucil. Sat. lib. 3.
Tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum Partisses.
Plaut. Asinariâ: *Hanc quidem quam nactus prædam cum illis partiam.* Idem Milite: *Mea bona meâ morte cognatis dicam interpartiant.*

PARVISSVMVS, minimus. Varro παππία πάππω, ὡς ἐγκωμίων:
Ante aures nodo ex subolibus paruoli
Intorti demittuntur sex cincinnoli:
Oculi suppætuli, nigellis pupulis,
Quandam hilaritatem significantes animitus
Quos calliblepharo naturali palpebræ
Tinctæ vallatos mobili septo tenent:
At rictus oris candidi paruissumus
Vt refrenato risu roseo.
Lucr. lib. 1.
——— *paruissuma quæque*
Corpora constabunt ex partibus infinitis. Ibidem:
——— *tamen paruissuma quæ sunt,*
Ex infinitis constabunt partibus æquè.
Et lib. 3.
——— *igitur paruissuma corpora perquam*
Et lauissuma sunt, ita mobilitate feruntur.

PASCEOLVS, ex alutâ sacculus. Cato in Pansam: *Pueri in ludo solent pasceolos furari.* Lucil. Satyr. lib. 13.
Adde Syracusis sola, pasceolúmque & alutam.
Plaut. Rudente: *Præterea centum denaria Philippea in pasceolo seorsum.*

PASCHIENVS, qui & PASSIVVS Iulio Firmico Mathes. lib. 4. & 7. παχίτιων: (vnde Luciano in Alectryone παχιτιασμὸς) pathicus dicitur.

citur, qui aduersæ Veneris libidini obsecundatur. Seneca lib. 1. declamat. 10. *Nulli non impressum aliquid quod effugere non posset. Ille passieno, primâ eius syllabâ in Græcum mutatâ, nomen imposuit.* Xiphilinus: ἅτε καὶ ἰσόῤῥοπον. τῇ φήμῃ εὗρον αὐτὸν ὄντα παχυτιάσας.

PASCITO linguam, in sacrificiis dicebatur, pro coherce. Fest.

PASCVE, lautè, opiparè. Apul. lib. 2. *Abacum pascuè vinulentum, & quidem naribus iam mihi ariolabar tuccetum perquàm sapidissimum.*

PASSALES appellantur, anseres, gallinæ, oues; quæ passim pascũtur. Lucil. Satyris: [*soloci.*

Passali pecori, montano hirto atque

PASSIVE, passim. Apul. 11. *Iamque primùm crines vberrimi prolixique & sensim intorti, per diuina colla passiuè dispersi, molliter fluebant.*

PASSIVITAS, & ACTIVITAS, vocabula sunt census Grammatici. Probus in Catholicis: *Secunda persona actiuitatis & passiuitatis.*

PASSIVVS, passim confusus; vt *passiua venus, passiua libido*, apud Iulium Firmicum, pro publicâ, communi ac promiscua, vsurpatur, & *passiui amatores* ab eodem dicuntur qui passim ac differenter fœminas quasuis amant. Apul. lib. 6. Metamorph. *Discerne seminum istorum passiuam congeriem, singulisque granis ritè dispositis ac feiugatis, ante istam vesperam, opus expeditum adprobato.*

PASSVM, propriè rugosum est & siccum. Plaut. Sticho: *In portum vento secundo, velo passo pernenit.* Lucil. Satyr. lib. 9. [*quærunt.*

Rugosi passique senes eadem omnia

Hinc *vua passa*, quòd sit rugis implicita. Plaut. Pœnulo: *Siquidem tu mihi futurus es pro vua passâ pensilis.*

PATAGIVM dicebatur quod ad summam tunicam fœminarum adsui solebat: sicut clauus aureus, qui pretiosis vestibus virorum immittebatur. Næuius Lycurgo: *Pallis, patagiis, crocotis, malaciis mortualibus.* Apul. lib. 2. *Crines sensim sinuoso patagio residentes paulisper ad finem conglobatos in summum verticem nodus astrinxerat.* Hinc *patagiarij*, qui talia conficiunt opera. Plaut. Aulular. *Stat fullo phrygio, artifex lanarius; Capones patagiarij, indusiarij.* Idem in Epid. *Intusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.*

PATALIS BOS, cuius cornua diuersa latè patent. Plaut. Truculento: *Ego ruri humaxari me mauelim patalem bouem, cúmque eo ita noctem in stramentis pernoctare perpetem, quàm tuas centum cœnatas noctes mihi dono dari.* Græci πεταλεῖς & πετηνὲς, eiusmodi vocarunt boues. Athenæus lib. 9. πεταλίδας ὃ αὐτὰς εἴρηκεν (Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεὺς ὁ Αἴθωνι σατυρικῷ.) μεταφέρων ἀπὸ τῶν μόχων: οὗτοι γὰρ πεταλοὶ λέγονται ἀπὸ τῶν κεράτων, ὅταν αὐτὰ ἐκπέταλα ἔχωσι. Hesychius: Βοῦς πέτηνὲς, ὁ ἔχων ἀναπεπτομένα κέρατα.

PATELLA, vas picatum in sacrificiis. Fest. Martialis: *Quamuis lata gerat patella rhombos, Rhombus latior est tamen patellâ.*

PATIBVLATVS, patibulo adfixus. Plaut. Mostell. *Ita te sorabunt patibulatum per vias stimulis, si huc redierit senex.*

PATIBVLVM, sera quâ ostium claudi

clauditur: dictum, quòd hoc remoto fores pateant. Titin. Fullonibus: *Si quisquam hodie præter hanc Postícum nostrum pepulerit, patibulo ei caput diffringam.*

PATIBVLVS, pro patibulum. Lucil. lib. 5. Satyrar. 21. *Ad patibulos deliguntur, circumferuntur, cruci defiguntur.*

PATIBVLVS, pro patibulatus, in crucem sublatus. Plaut. Carbonariâ: *Patibulus ferar per vrbem, deinde suffigar cruci.* Apul. lib. 4. *Paulatim Chryseros adrepit, grandique clauo ducis nostri manum repentè nixu fortissimo ad ostij tabulam adfigit, & exitiabili nexu patibulum relinquit.*

PATIO, pro patior. Næu. Proiecto: *Populus patit, tu patias modò.* Diom. lib. 1.

PATOR, hiatus, apertio. Apul. lib. 1. Metam. *Et iugulo eius vulnus dehiscit in profundum patorem, & illa spongiâ repetè de ea deuoluitur.* Idem lib. 3. *Quod altrinsecùs ædium patore perflabili nudatum ad omnes orientales cateróque aspectus peruium.* Et lib. 10. *Nunc in obliquam seriem connexi, & in quadratum patorem cuneati.* Idem lib. 11. *Sed aureum cymbium medio sui patore flammulam suscitans largiorem.*

PATRICII dicti sunt ingenui. Cincius. Liu. lib. 10. *An vnquam fando audiistis, patricios primò esse factos, non de calo dimissos, sed qui patrem ciere possunt*, id est, ingenuos?

PATRII DII dicuntur qui singulis vrbibus adtributi illarum præsides & propugnatores sunt: vt Apollo & Minerua Athenis; Ilienſibus & Gnosiis, qui inde illam oriundam ferunt, licèt Alalcomenij suam esse dicant: Venus Cypro & Papho: Phœbus Rhodiis: Lemno Vulcanus: Naxus Libero: idémque Apollo Delphis: Tenarus Neptuno: Cyzicenis Pallas, quòd ea vrbs pro dote illi fuerat: Tenediis Tenes Deus: Alabandensibus Alabandus: Cretensibus Diana, quam Britomartem vocant: Thespiensibus & Patianis Cupido: Romanis verò Mars; qui præcipuo honore insignes à suis ciuibus colebantur eximiè. Iuno verò, tametsi Samo Spartæ & Mycenis præfuerit, & Carthagini peculiare ac præcipuum numen habita sit; non minore tamen obseruantiæ cultúsque relligione Romæ colebatur. Neque solùm insignes vrbes ac conspicuæ magnitudinis, sed & oppida pænè deformata, & modici vici, ne hostilium vastarentur incursu, patrios Deos feruntur coluisse: siquidem Crustumeni Deluentinum peculiarem habuerunt: Narnienses Viridianum: Asculani Ancariam: Volsinienses Nurciam: Otriculani Valentiam: Sutrini Norcium, &c.

PATRITVM, patrium: vt auitum. Varro Reipub. lib. 20. *Secundùm leges habitasse patritas.* Idem Manio: *Funere familiari commoto, auito ac patrito more precabamur.* Non. Cic. Tusc. quæst. 1. *Patritam illam & auitam* (vt ait Theophrastus) *Philosophiam.*

PAVCIENS, rarò. Titin. Geminâ: *Tu autem in vrbem pauciens venire fles.* Ibidem: *Postquam factus maritus, hanc demum abhorres: tuam etiam vxorem pauciens video.* Cæl. annali sexto: *Consulto non pauciens accersitum.*

PAVERI, frumenta quæ de vaginâ ægrè exeunt. F. Pomp.

PAVIMENTA POENICA, marmore Numidico ſtrata. Cato in oratione, ne quis conſul bis fieret: *Dicere poſſum quibus villæ atque ædes ædificatæ atque expolitæ maximo opere, citro atque ebore, atque pauimentis Pœnicis ſtent.* Idem.

PAVIRE, ferire; à παίειν. Cic. de legibus: *Sed quia, cùm pulli paſcuntur, neceſſe eſt aliquid cadere, & terram pauire.* Lucr. lib. 2.

——— *quàm mollibus vndis*
Littoris incurui bibulam pauit æquor arenam.

Hinc *Terripauium*, quod pòſt *terripudium*, tandem *tripudium*. Gloſſarium: *Pauitum*, ἰδαφιαμένον: & *Pauiclat*, ἰδαφίζει. *Pauicula*, quà terra complanatur. Cato cap. 129. *Vbi bene comminuta terra fuerit, cylindro aut pauiculâ coæquato.* Colum. lib. 1. cap. 6. *Velut ſigninum opus pauiculis condenſatur.* Ibid. *Magnâ vi pauiculis inculcantur.*

PAVLVLVS, pro paruulus. Ter. Adelph. *Eſt alius quidã paraſitaſter paululus.* Liu. lib. 35. *Equi hominéſque paulluli.*

PAVPERARE, pauperem facere. Titin. in Priuigno: *Nam quid ego feci te aduorſum aut patrẽ meum, quem pauperetis ambo veſtris ſumptibus?* Idem in Varro: *Æquum eſt me alere, quem pauperaui ſumptu meo.* Plaut. Acariſtione: *Quem ego pauperaui tanta per dolum pecuniâ:* Idem Milite: *Quæ improba eſt, pro mercis vitio dominum pretio pauperat.* Idem Pſeudolo: *Boni viri me pauperant, improbi alunt.* Horat. lib. 2. Sat. 5.

Eripiet quiuis oculos citiùs mihi, quàm te
Contemptum caſſa nuce pauperet.

Iulius Firmicus Matheſ. lib. 1. de Luna: *Quando pauperata luminibus, iacturam propriæ maieſtatis agnoſcit.* Sidon. lib. 2. epiſt. 3. *Non vt fluctibus, ſed vt piſcibus pauperarentur.* Idem lib. 4. epiſt. 11. *Nam merita ſua quibus diuitem conſcientiam cenſu pauperatus locupletauit.* Et lib. 6. epiſt. 12. *Quæ propter defectionem ciuium pauperatorum irrequietis toleras excubiis.*

PAVPERTATES. Varro de vitâ pop. Rom. cap. 11. *Quid inter hos Ioues interſit, & eos qui ex marmore, ebore, auro, nunc fiunt, potes aduertere, & horum temporum diuitias, & illorum paupertates.*

PAVPERTINVS, pauper. Varro de vitâ pop. Rom. lib. 1. *Vt incitet eo cultu quòd ſit paupertina elegantia ac cum caſtimonia.* Gell. lib. 14. cap. 6. *Librum hunc opulentiſſimum recipe, nil prorſus ad noſtras paupertinas litteras congruentem.* Sidon. lib. 2. epiſt. 10. *Quin potiùs paupertinus flagitatæ cantilenæ culmus immurmuret.* Symm. lib. 1. epiſt. 8. *Sed ego qui ſim paupertini ingenij conſcius.* Ammian. Marcell. lib. 14. *Turba imæ & paupertinæ ſortis.* Et idem lib. 26. *Domus paupertinas.* Et Prudentius in Pſycho: *arma paupertina.* Apul. lib. 3. *Raptim denique paupertinâ Milonis cænulâ perfunctus curatúſque capitis dolorem cubitum diſcedo.* Et lib. 4. *Quid oro fili paupertinas pannoſáſque reculas miſerrimæ anus donas vicinis diuitibus?* Sidon. lib. 3. epiſt. 7. *Et à me officium paupertini ſermonis exſpectãs.* Et lib. 7. epiſt. 17. *Angulus iſte placet, paupertinúſque receſſus.*

Et

Et caſa cui culmo culmina preſſa forẽt.

PAVSA, finis, quies. Accius Epigono: *Sed iam Amphilochum huc vadere cerno, & nobis datur bona pauſa loquendi.* Lucil. Satyr. lib. 1.

Hæc vbi dicta dedit pauſam facit ore loquendi.

Ennius annali decimo:

——— *quæ denique cauſa*
Pugnandi fieret, aut duri pauſa laboris.

Iun. Philarg. lib. 4. Georg. Ennius:

——— *pauſam fecere tremendi.*

Varro lib. 6. de L. L. Idem:

——— *mundus cæli vaſtus conſtitit ſilentio*
Et Neptunus ſæuus vndis aſperis pauſam dedit.

Macrob. lib. 6. cap. 2. Lucr. lib. 1.

——— *neque pauſam ſtare frangori.* Et lib. 2.

Parua ſit ardoris violenti pauſa parumper.

Plaut. Rudente: *Aliquando oſculandi melius eſt vxor pauſam fieri.* Persâ: *Iam pol Pægnium da pauſam.* Pœnulo: *Ego pauſam feci, ſic ago.* Sulpitia Poëtria, in Eclogâ de edicto Domitiani: *Hæc fabella modò pauſam facit, optima poſthac Muſa velim moneas.*

PAVSARE, quieſcere. Plaut. Trinummo: *Pauſa, vicisti caſtigatorem tuum, occluſisti linguam, nihil eſt quî reſpondeam.*

PAVXILLATIM, paullatim. Plaut. Epidico: *Egomet poſt vbi illas audiui loqui cœpi rurſum vorſum pauxillatim ad illas accedere.* Et Rudente: *Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, vt ſim liber.*

PAVXILLISPER, pauſſiſper. Pl. Trucul. *Plus decem pondo amoris pauxilliſper perdidi.*

PAX, pro pactione. Iul. Frontinus de limit. agror. *Ne id ſequaris quod aliqua pars poſteriori tempore pacis deciſioniſque cauſa inter ſe conſuerunt.*

P E

PECCATV, pro peccato. Cic. 2. in Verr. *Nemo ita viuebat vt nulla pars eius ſummæ turpitudinis eſſet expers: nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur, vt cùm impudens fuiſſet in facto, tum impudentior videretur ſi negaret.* Gell. lib. 13. cap. 19.

Sic *mandatu* pro mandato, in interdicto Senat. Pop. que Rom. contra Iulium Cæſarem, quod reperitur ad Rubiconem Fl. inter Rauennam & Ariminum: vt refertur à P. Crinito, Riuallio, Fabricio. IVSSV MANDATV VE POP. R. COS. IMP. TRIB. MILES. TIRO. COMMILITO. ARMATE. QVISQVIS ES. MANIPVLARIE. CENTVRIO. TVRMARIE. LEGIONARIE. HEIC SISTITO. VEXILLVM SINITO. ARMA DEPONITO, &c. In decreto Duûm virûm in Iſtriâ Tergeſte: VTI GRATIAS PVBLICE C. V. MANDATV NOSTRO AGAT, &c.

PECORA non ſolùm quadrupedia, ſed quæuis animalia vocabantur. Liuius Andr. Ægyſtho: *Tum autem laſciuum Nereï ſinum pecus.* Lucr. lib. 2.

Præterea genus humanum mutæque natantes
Squammigeræ pecudes.

Plaut. Rudente: *Nónne vides me*

referre vnidum rete sine squammoso pecu? Hæc de piscibus. Maro Georg. lib. 4.

——*pecudum custodia solers.*

de apibus.

PECOROSVS, pecore abundans. Sid. lib. 2. epist. 3. *Ager diffusus in siluis, pictus in pratis, pecorosus in pascuis.*

PECTINARE, pectere. Apul. lib. 6. *Iam primùm in balneam istam probè pectinatam meis virginalibus monilibus adornabo.* Plinio *pectinare* segetem est cratibus dentatis quasi pectinibus herbas perinde ac capillos pectere. *Pectita* etiam *tellus* Columellæ pro pectinata, repurgata, κτενισθεῖσα χθών.

PECTINATIM, κτενοειδῶς. Plinius de Æthiopiæ & Indiæ animalibus: *Apud eosdem nasci Ctesias scribit, quem Martichoram appellat, triplici dentium ordine pectinatim cocuntium.* Quod Aristoteles: κτησίας ἐν ἰνδοις τὸ θηρίον ᾧ ὄνομα εἶναι μαντιχώραν τοῦ ἔχειν ἑκατέρωθεν φησὶ τριστοίχους τοὺς ὀδόντας.

PECTINATVM tectum, à similitudine pectinis in duas partes conuexum: vt testudinatum, in quatuor. Fest.

PECVA, pecora: Accius Astyanacte: *In celsis montibus pecua atque inter colles pascum Danai Phrygiæ terminis.* Idem Diomede: *Passim quæ pecua balabant agris.* Næu. Gymnastico: *Homines, pecua, belluásque.* Varro lib. 2. de R. R. cap. 2. *Igitur, inquam, & homines & pecua cùm semper fuisse sit necesse.* Plaut. Mercat. *Nec pecua ruri pascere, nec pueros educare.* Idem Trucul. *Pecua ad hanc collo in cerumena ego obligata defero.* Apul. lib. 6. *In serpentes, in ignes, in feras, in aues, & gregalia pecua.* Idem Florid. *De cælo improuisa simul campis pecua.*

PECVASCERE, pascere. Vetus inscriptio: *Pecuascere Gennales, veturiúsque liceat.*

PECVDA, pecora. Sisenna histor. lib. 4. *Iumenta & pecuda locis trepidare compluribus.* Næu. Lycurgo: *Sine ferro pecuda manibus vt ad mortem meant.* Accius Medea: *Vagant, pauore pecuda in campis deserunt.* Cic. de republ. lib. 4. *Cùm adhibent in pecuda pastores.* Non.

PECVINVS, belluinus. Apul. 8. *Flagro pecuinis ossibus cathenato.* Idem Apolog. *Non modò humanis animis, verùm etiam pecuinis.*

PECVLIARE, pecude spoliare: item peculio donare. Plaut. Persa: *Sceleste tu pueri es, atque ob istam rem ego aliquid te peculiabo.*

PECVLIARIS ἰδιότητος. Gl. peculio comparatus. Est autem peculium, φυτὸς τὸ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ὄντος: τοῦτ' ἐστὶν υἱοῦ ἢ δούλου. Glossarium. Plaut. Asinar. *Etiam opilio qui pascit mater alienas oues, aliquam habet peculiarem, quæ spem soletur suam.* Idem Aulularia: *Condignè me etiam intus meus gallus gallinaceus, qui anni erat peculiaris, perdidit penissumè.*

PECVLIOSVS, instructus peculio, diues. Plaut. Rud. *Peculiosum eum esse decet seruum & probum, quem hero præsente pratereat oratio.* Etiam peculiósi & peculiati dicuntur, quos Lampridius *vasatos* appellat, ij qui grandiore instructi sunt veretro: hoc enim peculium. Virg. in Priapeiis:

Pulcrè pensilibus peculiati.

Petr. Arbiter: *Prolatéque peculio stuprum*

prius rogare cœpit. Plaut. Pseudolo: *Meo peculio empta: nempe quod femina summa sustinent.*

PECVVM, à pecus Cato in oratione pro Rhodiensibus: *Si quis maiorem pecuum numerum habere voluerit, tantum damnas esto.* Gell. lib. 7. cap. 3.

PEDA, æ, vestigium humanum appellarunt veteres. Vnde

PEDATVS, per pedem accessus. Cato Originum lib. 1. *Igitur tertio pedatu bellum nobis fecere.* Idem in dissuasione de fœneratione: *Tertio autem pedatu item ex fœnore discordia excrescebat.* Idem: *In his duobus bellis primo pedatu stipendio agrique parte mulctati: secundo oppidum vi captum.* Non. Charis. lib. 2. Plaut. Cistellariâ: *Et equidem nisi pedatu tertio omnes afflixero, nisi tu illam remittis ad me. Pedatus* quoque dicitur pedibus valens. Sueton. in Othone: *Fuisse enim traditur, & modicæ staturæ, & malè pedatus.*

PEDAMEN, quodlibet est fulcimen cui adhæret vitis: Græcis χάραξ: quare pedamento fultæ vitæ characatæ dicuntur. Vt autem pedamen quodlibet fulcrum: sic quod ex iunipero, oleâ vel cupressu fieri plerumque solebat, *ridicam*; quod verò è palis & perticâ, *statumen*: ex arundinibus autem quod fiebat *arundinetum* vocabant. Natiuum verò eius generis, vbi ex arboribus in arbores traductis vinea fit: quos traduces quidam *rumpos* appellant. Varro de R. R. lib. 1. cap. 8.

PEDATVRA, ποδισμὸς. Spacium certo pedum numero finitum. Iul. Frontinus de limit. *Limitatio pedaturæ est à pedibus ∞ CCCC. & supra vsque in pedes I I D.* Idem: *Pro modo ingerationis pedaturæ numerus est assignatus.* Vitalis & Arcadius: *Huius pedatura extenditur à pedibus C. & CC L. vsque in I I CCCC.* Innocentius: *Et ipsa pedatura pergens per limitem orientalem.*

PEDEM STRVERE, fugere. Lex XII. Tab. SEI. CALVITVR. PEDEM. VE. STRVIT. MANVM. END O. IACITO. IN. IOVS. DVCITO. Glossæ: *Pedem struit*, φεύγει.

PEDESTRIA auspicia, desumpta à quadrupedibus, lupo, equo, vulpe, &c. Fest.

PEDICINVS, & pediolus, paruus pes. Afran. in Excepto: *Atque adeò nolo sine pediolo esse.* Cato de R. R. cap. 18. *Ibi foramen pedicinis duobus facito; ibique arbores pedicino in lapides statuito.*

PEDIS, pediculus: vnde *pedicosus*, pediculosus. Lucil. Satyris: *Vbi me videt, caput scabit, pedes legit.* Liu. in Gladiolo: *Pulicésne an cimices an pedes respondè mihi.* Plaut. Vidulariâ: *Vbi quamque pedem videbat suffurabatur omnes.* Idem Curculione: *Item genus est lenonum inter homines quidẽ, meo iudicio, vt muscæ, cilices, cimices, pedésque, pulicésque.* Varro de R. R. lib. 3. cap. 9. *Dato cibo cùm perpurgarunt caput ne quos habeant pedes, rursus eas includunt.*

PEGI, pro oppegi, à pango. Pacuu. Medo: *Tonsillam pedi sano in littore.* Prisc. lib. 10. Plaut. Curcul. *Vt quæque illi occasio est surripere sè ad me, vbi sauium oppegit, fugit.*

PEGMA antiqui machinam è ligno appellarunt, raris compactam tabulis & sublicibus, quæ modò crescceret occultè, modò sponte subsideret: à Gr. πήγνυμι, quod

est

eſt compingo. Apul. lib. 4. confixilem machinam appellat. Martialis:

Hæc fuerat nuper nebulâ tibi pegma perunctum. Idem:

Et creſcunt mediâ pegmata celſa viâ.

Plinius: *Caius princeps in circum pegma duxit, in quo fuere argenti pondo C X X I V.* Seneca epiſt. 91. *His licet annumeres machinatores, qui pegmata ex ſe ſurgentia excogitant.* Vopiſc. in Carino: *Pegma præterea cuius flammâ ſcena conflagrauit.* Iuuenalis:

——— *pugnas Cilicis laudauit & ictus,*
Et pegma, & pueros inde ad velaria raptos. Claudianus:

Mobile ponderibus deſcendit pegma reductis. Prudentius:

Tabulis ſuperne ſtrata texunt pulpita
Rimoſa, rari pegmatis compagibus.

PEGMARES, qui pegmatibus impoſiti pugnabant. Sueton. in Caligulâ cap. 26. *Gladiatorio munere reductis interdum flagrantiſſimo ſole velis, emitti quemque vetabat, remotóque ordinario apparatu rapidis feris viliſſimos ſenioque confectos, gladiatoribus quoque pegmares patresfamiliarum notos, ſed inſignes debilitate aliqua corporis ſubiiciebat.*

PELLACIA, fallacia pelliciendo adhibita. Lucr. lib. 2.

Subdola quum ridet placidi pellacia ponti. Et lib. 5.

Nec poterat quemquam placidi pellacia ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.

Virg. Georg. lib. 4.

Verum vbi nulla viam reperit pallacia.

Prudent. Hamartig.

Sentio quam contra moueat pallacia litem.

Arnob. lib. 4. *Cupiditatum pellaciam.*

PELLARE, antiquis blandiùs ſolicitare, vnde noſtro vſui ceſſerunt, *appellare, interpellare, compellare.* Vnde & Vlp. ff. de iniur. l. item apud Labeonem, ait: *Siquis virgines appellaſſet*, id eſt, qui earum pudicitiam blanditiis attentaſſet.

PELLAX, ſubdolus, fallax. Virg. lib. 7. Æneid.

——— *Inuidia poſtquam pellacis Vlyſſi.*

PELLEM antiqui lectum dixerunt, quòd fuerint dormire ſoliti in pellibus. Lucil. in Satyris:

——— *lectum*
Perminxi, impoſuique pudendam pellibus labem.

Horat. lib. 1. Satyrâ 6.

——— *quoniam in propriâ non pelle quieſcem.*

Plaut. de anu dormiente: *Anus hæc in pellis periculum protenditur.* Porphyr. Val. Maximus Catonem hædinis pellibus pro ſtragulo vſum ait, tanquam nihil mutaſſet à priſcâ frugalitate. Hinc *dormio* noſtrum, ἀπὸ τῶν δερμάτων: nam *dormio* veteres dicebant.

PELLICATOR, qui pellicit in fraudem: *pellicatio*, in fraudem inductio. Feſt.

PELLICVIT, pro pellexit. Liu. Andronicus in Laodamiâ: *Aut nũc quapiam alia te illo Aſiatico ornatu affluens, aut Sardiniano ac Lydio fulgens decore & gloriâ pellicuit.* Varro lib. 3. belli Sequanici:

Deinde vbi pellicuit dulceis leuis vnda ſapores.

Piſo hiſtor. lib. 1.

Cuius vnius pramio, multorum allicuit

cuit animos. Priſc. lib. 10.

PELLITVS, gallerus qui fiebat ex pelle. Feſt. *Pellitos patres* Propertius lib. 4. & *pellitas oues* Horat. lib. 2. carm. oda 6. dixerunt, pro pellibus contectas.

PELLVVIÆ, quibus pedes lauantur; ſicut malluuiæ quibus manus: *Pollubra* vulgò vocantur.

PELTA, ſcutum Amazonicum formam habens lunæ corniculatæ. Suet. in Caligulâ cap. 25. *Vt ſæpè chlamyde peltaque & galea comatam, & iuxtà adequitantem militibus oſtenderit, amicis etiam nudam.* Virg. Æneid. lib. 1.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

PEMINOSVS, mali odoris. Varro de R. R. lib. 1. cap. 51. *Maximè ſi eſt argilla, ne ſitu peminoſa in rimis eius grana obliteſcant, & recipiant aquam, & oſtia aperiant muribus ac formicis.*

PENATE, pro penatibus. Liu. lib. 28. *Quoniam fors eos ſub eodem tecto eſſe, in eodémque penate voluiſſet.*

PENATORES, qui penus geſtant. Cato oratione aduersùs M. Acilium 4. *Poſtquam nauitas ex nauibus eduxi, non ex militibus atque nautis piſcatores, penatores ficedularum dedi.*

PENDVLA VENVS, vocatur Apuleio quæ fit à fœminâ ſuperſtante: de quo concubitu Ouidius:

Parua vehatur equo, quòd erat longiſſima, nunquam (equo.
Thebais Hectoreo nupta reſedit

Apul. lib. 2. Metam. *Hæc dicens, inſcenſo grabatulo ſuper me ſenſim reſidens, ac crebra ſubſiliens, lubriciſque geſtibus mobilem ſpinam quatiens, pendulæ Veneris fructu me ſatiauit, vſque dum laſſis animis & marcidis artubus defatigati ſimul ambo corruimus.* Motus exigebant in re venerea & agitationem, vt illæ meritò damnarentur, quæ immobiles iacebant. Habet enim neſcio quid mobilitas illa incentiuum, efficítque viris Venerem concinniorem: ex quo illud Martialis:

Nec motu dignaris opus, nec voce iuuare.

Contrà Sappho Ouidiana:

Crebraque mobilitas aptaque verba ioco.

Lucretius motum illum in concubitu efficere ait Venerem concinniorem, qui tamen ne fœminæ concipiant, ſit causâ: ſic enim refert lib. 4.

Idque ſuâ cauſsâ conſuerunt ſcorta moueri,
Ne complerentur crebrò grauidæque iacerent,
Et ſimul ipſa viris Venus vt concinnior eſſet.

PENEM antiqui *eodem* appellarunt. Næuius Tudicularià:

Theodotum compella qui aris compitalibus
Sedens in ſellâ circum tecta tegetibus
Lares ludẽtes peni tinxit bubulo. Feſt.

PENICVLAMENTVM, pars veſtis. Ennius lib. 11. annal. *Pendent peniculamenta vnumquemque ad pedem.* Cæcil. Fœneratore: *Volat ſanguis ſimul peniculamen auolat, & pallio datur.* Lucil. Sat. lib. 19. *Peniculamentum verò reprehendere noli.*

PENICVLI, ſerui qui peniculo menſam abſtergebant, de quibus Horatius lib. 2. Sat. 8.

——— *puer altè cinctus aceruam*
Gausape purpureo menſam prætersit. Plaut. Menæchm. *Iuuentus fecit nomen Peniculo mihi ; ideo quia menſam quando edo detergeo.* Erat autem *peniculus* ſpongia longa, ad ſimilitudinem caudæ. Martialis :

Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis
Utilis, expreſſo cùm leuis imbre tumet.

Plin. Menæch. *Quis eſt iſte peniculus? quî exterguntur baxeæ?* Terent. Eunucho : *Peniculóne pugnare, qui iſtum huc portas, cogitas?*

PENISSVMÈ, planiſſimè. Plaut. Aulul. *Condignè etiam me intus meus gallus gallinaceus qui anui erat peculiaris perdidit peniſſumè.* Idem Moſtell. *Ita mea conſilia perturbat peniſſumè.* Apul. in Apologiâ : *Nam quod peniſſumè oblitus ſum, nuperrimè cùm Pudentilla teſtamentum faceret.* Et lib. 8. de Aſino aureo: *Manum cuiuſdam fœtore ſordentem, qui gingiuas meas identidem putidis ſcalpebat digitis, mordicus abreptam peniſſumè contriui.*

PENITISSVMVS, intimus. Plaut. Ciſtell. *In latebras abſcondas pectore penitiſſumo.* Idē Persâ: *Adduxit ſimul forma expetenda liberalem mulierem, furtiuam aduectam ex Arabiâ penitiſſuma.* Ibidem : *Ne quis verò ex Barbaria penitiſſima perſequatur.* Sid. lib. 4. epiſt. 9. *Et actiones eius cotidianas penitiſſimè inſpexi.*

PENITRABAT EOS, pro, veniebat iis in mentem. Lucr. lib. 5.

Tum penitrabat eos poſſe hæc liquefacta colore
Quamlibet in formam & faciem deducere rerum.

PENORA, à penus, penoris : res neceſſariæ ad victum. ὅσα εἰς πόσιν καὶ βρῶσιν συναρμόζεται. Gloſſæ.

PENSIVS, impenſiùs, diligentiùs. Symmach. lib. 2. epiſt. 34. *Nihil hac ætate tractandum penſius domeſticis rebus.* Et lib. 3. epiſt. 74. *Quæ ſi quis trutinet penſiore iudicio, neſciat vtrùm in te bona fortitudinis magis, an mentis excellant.*

PENTATHLVS, qui diſco, curſu, ſaltatione, luctatione, iaculatione, certat. Plin. lib. 34. cap. 8. *Hic fecit Delphicos pentathlos.*

PENVLA, φαινόλης, quidquid tegit. Varro in Manio : *Cùm corrigias diſruptas tenet, penulâ reliquum pedem ſcortea pertegere.* Lucil. Sat. lib. 15.

Penula, ſi quæris, canteriu', ſeruu', ſegeſtre,
Vtilior mihi quàm ſapiens.

PENVLARIVM, theca penulæ. Nou. in Fullonico : *Non multo pòſt zonulam accepit, abſcidit, conſequitur penularium, pſilotrum petit.* Non.

PENVLATVS, penulâ tectus. Sid. lib. 8. epiſt. 6. *Mixtúſque turmæ cenſualium penulatorum Conſuli proximè proximus eram.*

PENVM, penus. Afran. Homine : *Vos quibus cordi eſt, intra tunicam manus læua, dextra ſit in penum herile.* Terent. Eunucho : *Cùm in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.*

PEPOSCI, pro popoſci. Valer. Antias lib. 45. annal. *Denique Lucinius Tribunus plebis perduellionem ei diem dixit, & comitiis diem à Q. Martio prætore pepoſcit.* Gell. lib. 7. cap. 9. Sic &

PEPVGI, pro pupugi. Accius Ædilitiâ : *Sed ſi pepugero metuit.* Gell.

Gell. ibid.

PERACESSIT, acerbum reddit. Plaut. Bacchid. *Hoc, hoc eſt quod peraceſsit, hoc eſt demum quo percrucior.*

PERANNARE, in annos viuere multos. Suet. Veſpaſ. Aug. cap. 5. *Quercus antiqua per tres Veſpaſiæ partus, ſingulos repente ramos è frutice dedit: haud dubia ſigna futuri cuiuſque fati, primum exilem & citò arefactum, ideòque puella non perannauit.* Sidon. lib. 1. epiſt. 11. *Dignum poëma quod apicibus perennandum auratis iuſtè tabula Roſtralis acciperet, aut etiam Capitolina.* Et lib. 4. epiſt. 1. *A nobis in æuum, ſi quid eſt vitæ relliquum, perennabuntur.*

PERBITERE, perire. Pacuu. Peribeâ: *Nam me perbitere & illis opitularier, quouis exitio cupio, dum preſim modo.* Titin. Fulloniâ: *Iampridem egreſsa vt perbiteres.* Liu. Tereo: *Ego puerum interea ancillæ ſubdam lactantem meæ, Ne fame perbitet.* Ennius Hecubâ: *Nunquam ſcripſiſtis, qui parentem aut hoſpitem, quo is cruciatu perbiteret.* Plaut. Pſeud. *Eum cras cruciatu maximo perbitere.* Et Rudente: *Vtinam cùm in ædes me adduxiſti tuas, malo cruciatu perbiteres in Siciliâ.*

PERCELLERE, euertere, percutere. Varro Parmenone: *Alius teneram abietem ſolus percellit.* Plaut. Epid. *Perij pænè, plaustrum perculi.* Idem Trin. *Si animus hominem perculit, actum eſt, animo ſeruibit, non ſibi: ſi ipſe animum perculit, dum viuit victor victorum cluit.*

PERCITVM, perculſum. Plaut. Amphitr. *Delirat vxor, atra bile percita eſt.* Lucr. lib. 2.

Multa videmus enim, plagis vbi percita cæcis,
Commutare viam.

PERCONTAT, pro percõtatur. (dicitur à conto, quo altitudinem maris nautæ explorant.) Næu. bello Punico 2. *Blandè & doctè percontat em, quo pacto Troiam vrbem liquerit.* Idem Maleuolis: *Si percontaſsem, malum hoc me præteriſſet.* Non.

PERDEO, pro pereo. Plaut. Pœn. *At ego hoc metuo Milphio, dum hero inſidias parem, ne à te perdeam.*

PERDIVS, per diem vigilans. Seneca: *Perdius id pernóxque agebat.* Gell. lib. 2. cap. 1. *Stare Socrates ſolitus dicitur pertinaci flatu perdius atque pernox, à ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem.*

PERDOLITVM EST, valdè doluit. Q. Claudius annali 1. *Id ſubitò perdolitum eſt cuidam T. Manlio, ſummo genere nato, tanquam flagitium ciuitati accidere, è tanto exercitu neminem prodire.* Gell. lib. 9. cap. 13.

PERDVIS, perdideris. Plaut. Amphitr. *Caue ne tu te vſu perduis.* Ibidem: *Niſi formam Dij hodie meam perduint, faxo vt bubulis coriis onuſtus ſis Saturni hoſtia.* Ibidem: *Ædes, vxorem, familiam, cum formâ vnâ perduam.* Et Pœnulo: *Dieſpiter vos perduit.*

PEREDIA, & PERBIBESIA, fictæ voces, pro cupiditate edendi ac bibendi. Plaut. Curculione: *Perſas, Paphlagonas, Sinopæas, Arabas, Caros, Cretanos, Syros, Rhodiam atque Lyciam, Perediam & Perbibeſiam, Centauromachiam, Vnomammiam ſubegit ſolus intra viginti dies.*

PEREGRINA SACRA, ab aliis vrbibus religionis cauſsâ inuecta: de quibus Feſtus, Verrius; Plin. lib. 18. cap. 2. Macr. Saturn. lib. 3.

PEREMERE, prohibere, vitiare. Cato de re militari: *Cùm magiſtratus nihil audet imperare, ne quid conſul auſpicij peremat.* Feſt.

PERENNISERVVS, perpetuus ſeruus. Plaut. Persâ: *Perenniſerue, lurco, edax, fugax, furax, cedò ſis mihi argentum, da mihi argentum impudens.*

PERFACVL, facillimè. Lucil. Sat. lib. 6.

——— *peccare impune rati ſunt*
Poſſe, & nobilitate facul propellere iniquos.

PERFICA, perficiens. Lucret. lib. 2.

Denique ad extremum creſcendi perſica finem
Omnia perduxit rerum natura creatrix.

PERFINES, perſtringas. Feſt.

PERFVGA, qui liber aut ſeruus ad hoſtes perfugit, ſui voluntate, vt ait Ælius Gallus: differt à *transfugâ* (iuxta Frontonem) quòd hic venit vt iuuet: perfuga vt iuuetur. Cæſar lib. 7. *Admiratus quærit ex perfugis cauſam.* Cic. offic. 3. *Perfuga ab eo venit in caſtra Fabricij.*

PERGRÆCARI, epulis & potationibus indulgere. Titinius: *Hominem improbum! nunc ruri pergræcatur.* Plaut. Bacchid. *Vt perſuadeas meo gnato, vt pergræcetur tecũ.* Idem Moſtell. *Dies noctéſque bibite, pergræcamini, Amicas emite, liberate.* Ibid. *Quomodo cœpiſtis, bibite, pergræcamini, eſte, effercite vos, ſaginam cadite.* Et Pœnulo: *Liberum vt commonſtraremus tibi locum & voluptarium, vbi anes, potes, pergræcere.* Trucul. *Atque vt cùm ſolo pergræcetur milite.*

PERICVLATVS SVM, pro periclitatus, ait Cato in ea oratione, quam ſcripſit ad lites Cenſorias. Feſt.

PERIMIT, pro adimit, tollit. Cic. pro Plancio: *Si mihi vis aliqua reditum peremiſset.*

PERIRE, valde amare. Plaut. Trucul. arg. *Tres vnam pereunt adoleſcentes mulierem, Rure vnus, alter vrbe, peregrè tertius.*

PERISTYLA, intercolumnia. Varro ταφῇ μονίππα: *Nónne vides in magnis periſtylis qui cryptas non habent, ſabulum iacere à pariete, vbi ambulare poſſint?* Idem de R.R. lib. 3. cap. 5. *Igitur teſtudo vt periſtylum tectum tegulis aut rete, ſit magna.* Ibidem: *Brundiſij hoſpes noſter primus in periſtylo habuit exhedrâ concluſas aues.* Suet. Octauio Aug. cap. 82. *Sæpè in periſtylio ſaliente te aqua atque etiam ventilante aliquo cubabat.*

PERITARE, perire. Plaut. Capt. *Qui per virtutem peritat, non pol interit.* Lucr. lib. 3.

Ex illâ quæ tum peritat partita per artus.

PERLECEBRÆ, illecebræ. Plaut. Aſinariâ: *Perlecebræ, pernicies, adoleſcentum exitium: nam mare haut mare eſt, vos mare acerrumum.* Et Bacchid. *Eccas tandem probri perlecebras & perſuaſtrices.*

PERMANANTER, præcipitanter. Lucr. lib. 6.

Atque adèo permananter vis prævalet eius.

PERMANASCO, permano, permenio.

nio. Pl. Trin. *Id ſolum ſolus per amicitiam & fidem Flens obſecrauit ſuo ne gnato crederem, Nec cuiquam vnde id ad eum poſſet permanaſcere.*

PERMISSVS ARIES, multis annis non tonſus. F. Pomp.

PERNICII, pro perniciei. Cic. pro Roſcio: *Quorum nihil pernicij cauſa diuino conſilio & vi ipſa ac magnitudine rerum factum putem.* Siſenna hiſtor. lib. 6. *Romanos inferendæ pernicij cauſa veniſſe.* Gell. lib. 9. cap. 14.

PERNICITAS, celeritas. Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 5. *Præſtans valetudine, forma, viribus, acerrimiſque ſenſibus, adde etiam ſi lubet pernicitatem.* Liuius: *Pernicitas pedum inerat, quæ cognomen etiam dedit.* Plin. lib. 7. cap. 2. *Alibi homines cauda villoſa naſci, pernicitatis eximiæ.*

PERNICITER, velociter. Plaut. Amphitr. *Alterâ eos manu apprehendit perniciter.* Apul. lib. 6. *Separatimque diſtinctis diſtributiſque generibus è conſpectu perniciter abeunt.*

PERNIX, celer. Lucil. Sat. lib. 8.

Quòd gracila eſt, pernix pedibus, quòd pectore puro,
Quòd puero ſimilis neque vti Pyrgentica ſcorta.

Idem lib. 27. *Fuimus pernices, æternum ſperantes id nobis fore.* Non. Virg. Georg. lib. 3.

Talis & ipſe iubam ceruice effudit equina
Coniugis aduentu pernix Saturnus.

Idem Æneidos lib. 4.

——Cæo Enceladóque ſororem
Progenuit, pedibus celerem & pernicibus alis.

PEROLESSE, peroleuiſſe. Lucil. Satyr. lib. 30.

Queis totum ſcis corpus iam peroleſſe biſulcis. Priſc. lib. 9.

PERORIGA, appellatur qui equos ad coitum admittit. Varro de R. R. lib. 2. cap. 7. *Admittere oportet cùm tempus anni venerit, bis die, manè & veſperi perorigam: is ita appellatur qui admittit.* Ibidem: *Cùm equus matrem vt ſaliret adduci non potuiſſet, & eum capite obuoluto peroriga adduxiſſet, & coëgiſſet matrem inire, cùm deſcendenti velum dempſiſſet ab oculis, ille impetum fecit in illum ac mordicus interfecit.* Et cap. 8. *Vt ineant equos perorigas curamus.* Vocatur & *Perauriga*, & *pruriga*, & *prauriga.*

PERPERI, indocti, ſtulti. Accius Pragmatico: *Deſcribere in theatro perperos populares.*

PERPERITVDO, ſtultitia, aſperitas. Accius in Pragmatico: *Et eo plectuntur poëtæ ſuo vitio ſæpius ductabilitate veſtrâ animiâ, aut perperitudine.* Non.

PERPETEM, perpetuam, totam. Pacuu. Ilionâ: *Fac vt cœpiſti, operam hanc mihi des perpetem.* Plaut. Amphitr. *Niſi item vnam noctem verberatus quàm pependi perpetem.* Ibidem: *Ibi cænaui, atque ibi quieui in naui noctem perpetem.* Et Trucul. *Cùmque eo ita in ſtramentis mallem noctem pernoctare perpetem.* Apul. lib. 2. Metam. *Iam primùm reſpondit ille perpetem noctem vigilandum eſt.*

PERPETIM, perpetuò. Apul. Apolog. *Quin ego Prudentillam iam anno perpetim aſſiduo conuictu probè ſpectaſſem.*

PERPETVARE, continuare. Næuius: *Miſerum me cui datum eſt vt hunc ſolus perpetuem laborem.* Plaut. Pſeud. *Non eſt amator iuſtus quiſ-*

quam, niſi qui perpetuat data.

PERPETVASSIT, perpetuauerit. Ennius annali nono: *Libertatem vt perpetuaſſit maximè.*

PERPETVITAS, æternitas, ἀνδελεχεία. Apul. de deo Socratis: *Deos ab hominibus plurimùm differentes, loci ſublimitati, vitæ perpetuitate, naturæ perfectione.* Cicero: *Neque enim in aliqua parte, ſed in perpetuitate temporis vita beata duci ſolet.* Quod Ariſtoteles: ἡ γὰρ εὐδαιμονία ἐστὶν ἐν χρόνῳ ἀτελεῖ, ἀλλ' ἐν τελείῳ. Idem Cicero: *Cauſa perpetuitatis machinata eſt natura mares & fœminas.* quod Xenophon: τὸ μὴ ἐκλιπεῖν ζῶων γένος.

PERPETVIVS, pro, magis perpetuum. Cato de Macedoniâ liberandâ: *Idque perpetuius atque firmius repſit.* Idem in Thermum: *Sed à benefactis atque ab optimis artibus fugit maxima flagella perpetuiſſimo curſu.* Sic *ſtrenuior*, pro magis ſtrenuus. Lucil. Satyr. lib. 16.

Fundi delectat virtus te, villicu' paulo
Strenuior ſi euaſeris. Priſc. lib. 3.

PERPLEXABILIS, intricatus. Plaut. Aſinariâ: *Nec vllum verbum faciat perplexabile.*

PERPLEXABILITER, & PERPLEXIM, intricatè. Plaut. Sticho: *Perplexabiliter earum hodie perterrefaciam pectora.* Ibidem: *Vtrùm ego perplexim laceſſam oratione ad hunc modum.* Caſſius Hemina: *Prudens perplexim Scotino ſcribit.* Charis. lib. 2.

PERPLEXARI, obſcurè & impliciter loqui. Plaut. Aululariâ: *At ſcio quo pacto vos ſoleatis perplexarier.*

PERPRVRISCO, pruritu ardenti concitor, quem Græci Satyrion appellant. Apul. lib. 10. *Quo pacto, quamquam ex vnguiculis perpruriſcès mulier tam vaſtum genitale reciperet.*

PERSEQVAX, διώκων, perſecutor. Apul. Florid. *Iam ipſe oculis perſequax, vnguibus pertenax, vngulis pertenax, nam de colore quid dicam?* Sidon. lib. 4. epiſt. 9. *Erga familiam ſuã nec in proferendo alloquio minax, nec in admittendo conſilio ſpernax, nec in reatu inueſtigando perſequax.*

PERSILLVM, vas picatum, in quo erant vnguenta, quibus arma Quirina Flamen Portunalis inunguebat. Feſt.

PERSIMILE RVSTICVS, pro ſimilis. Titin. Fullonibus: *Formicæ pol perſimile eſt homo ruſticus.* Sic *pingue*, pro pinguis. Nouius Triperditâ: *Si autem pingue eſt, malè cubat.* Et Plaut. Aululariâ: *Coquus ille nundinale eſt*, pro nundinalis. Et Captiueis: *Fac fidele ſis fideli*, pro fidelis.

PERSOLVM, merum. Plaut. Curcul. *Tùne etiam cum noctuinis oculis odium me vocas ebriola, perſolæ nugæ.* Idem Menæchmis: *Perſolum mihi effodito oculum Menæchme, ſi vllum verbum faxis niſi quod iuſſeris.*

PERSPICACE, perſpicaciter. Afran. Diuortio: *Quàm perſpicacè, quàm benignè, quàm citò, quàm blandè, quàm miti eſt pectore!* Marcell.

PERSVASTRIX, quæ perſuadet. Plaut. Bacchid. *Eccas tandem probri perlecebræ, perſuaſtrices.*

PERTERRICREPVS. Lucr. lib. 6.

Poſt vbi commouit vis eius & impetus acer,
Tum perterricrepo ſonitu dat miſſa fragorem.

PERTI

PERTISVM, pro pertæsum. Lucil. Satyris: *Quo facetior videare, & scire plus quàm cæteri, Pertisum, non pertæsum hominem dicere fortunam genus.* Fest. Cic. de oratore: *Ex quo quidam pertisum etiam volunt, quod eadem consuetudo non probat.* Sic in tumulo quod Elpidi posuit Eucharis Licinia, inuento Romæ in hortis Angeli Colotij, *infistæ*, pro infestæ legimus.

EN. HOC. IN. TVMVLO. CINEREM. NOSTRI. CORPORIS.

INFISTAE. PARCAE. DEPOSIERVNT. CARMINE.

PERVERSVS, aduersus, contrarius. Plaut. Men. *Peruersus dies.* Nec non Propert. eleg. 9. lib. 4.

Et mea peruersa sauciat ora manu.

quod est, aduersante & oppugnante manu.

PERVENIBVNT, peruenient. Pompon. in Pithone Gorgoneo: *Hominem beatum quò illæ peruenibunt diuitiæ.* Non.

PERVIAM, vt obuiam. Plaut. Aulular. *Qui angulos hîc omnes mearum ædium & conclauium mihi peruiam facitis.*

PERVICACIA à PERTINACIA differt, quòd hæc semper in malam sumitur partem, illa nonnunquam in bonam: quod Accius docet in Myrmidonibus, his verbis:

Tu pertinaciam hanc esse Antiloche prædicas,
Ego perucacian aio, & hac me vti volo:
Nam perucacem dici me esse & vincere
Perfacilè patior, pertinacem nil moror,
Hæc fortes sequitur, illam indocti possident.
Tu addis quod vitio est, demis quod probo datur.

PERVICVS, peruicax. Accius Armorum iudicio: *Sed peruico Aiax animo & inexorabili.* Plaut. Aulular. *Hic quidam peruicus custodem addidit.*

PES, in re nautica Seruio funis est, quo velum tenditur. Seges doctorum, & superiore, & nostro seculo nata capit extremam, & infimam partem veli, quæ aut contrahitur, aut laxatur poscente aura; quæ pars ideo *Pes* dicitur, quia est initium, & relati radix veli. Ergo vt *facere vela* nil aliud est, quàm nauigare, erit etiam *facere pedem* nauigare, quo sensu capiendus Virg. lib. 5. Æneid. *Vnà omnes fecere pedem.* Discrimen tamen est, quòd velum significet superiorem, & maiorem veli partem; pes inferiorem. Hic pes nauticus duplex statuitur Catullo:

Et inde tot per impotentia freta
Herum tulisse: læua, siue dextera
Vocaret aura; siue vtrumque Iuppiter
Simul secundus incidisset in pedem.

PESCIA, capitula ex pellibus agninis facta, in saliari carmine dici Ælius Stilo ait, quòd Græci pelles πέσια vocent. Fest.

PESNAS, pro pennas antiqui dixerunt, vt *cæsnas*, & *casmœnæ*, pro cænas, & camœnæ. Idem.

PESSVM, deorsum. Col. lib. 12. cap. 6. *Nam vbi dulcem caseum inmiseris in eam, si pessum ibit, scies eam adhuc esse crudam. si supernatabit, maturam.* Apul. lib. 5. *Nisi eum pessum de*

de tantis opibus proiecero. Lucr. lib. 6.

——*& multa per mare peſſum*
Subſedere ſuis pariter cum ciuibus vrbes.

Plaut. Moſtellariâ: *Iſtunc ego pro ſuis factis peſſimis peſſum premam.*

PESTILITAS, peſtilentia. Lucr. lib. 6.

Atque ea vis omnis morborum peſtilitáſque. Ibidem:

Hæc igitur clades ſubito noua peſtilitáſque. Et:

Conſimili ratione venit bubus quoque ſæpè
Peſtilitas, etiam pecubus balantibus ægror.

PESTITAS, (peſtilitas Lucretio, vnde Gloſſis *peſtimus*, λοιμοφόρ. & *peſtilis*, ſeu *peſtibilis* locus) pro peſtilentiâ. In precatione cùm fundus luſtrabatur: AVERTAS MORBVM. MORTEM. PESTITATEM. LABEM. NEBVLAM IMPETIGINEM.

PETAVRISTÆ dicuntur qui ſaltibus leuioribus mouentur; dicti quòd πτηῶνται πρὸς αὔρας: vel à *petauro*, quod propriè tabula eſt, parieti adfixa, ad quã gallinæ veſperi ſe volatu recipiunt, vt pernoctent. Dicuntur & *mechanici* Lucilio: *Sicuti mechanici cum alto exſiluere petauro.* Varro epiſt. ad Cæſarem: *Conuocat Ptolomæum κίναιδον, ἰαονικὸν petauriſtam, διονῦν αὐλητοιὸν.* Idem de vita pop. Rom. lib. 2. *Nec minus alio in genere ſunt ludi velitis Galli, Germani petauriſtæ.* Marcell.

PETILAM, ſuram ſtrictam & ſiccam interpretantur: cuiuſmodi qui habent, equi κακοσκελεῖς vocantur Xenophonti. Scæuola vngulam equi albam ita dici putat: apud Feſtum.

PETILVM, tenue & exile. Lucil. Sat. lib. 12.

Inſignis varis eſt, cruribus atque petilis.

Plaut. in Plotino: *Nam coloratum frontem habet, petilis labris.* Non.

PETIMINA, in iumentorum humeris hulcera. Lucil. Sat.

Vt petimen naſo, aut lumbos ceruicibu' tangat.

Næuius in deſcriptione ſuillæ; inter duos armos quod eſt ſui, aut pectus, eo nomine appellat; cùm inquit: *Petimine piſcino meruerunt.* F. Pomp. Gloſſæ, *Petumen κτήνους ἕλκ.*

PETISSERE, & PETITVRIRE, frequenter petere. Cic. Attico: *Video hominem valdè petiturire, nauabo operam.* Sic *ſullaturire, proſcripturire, ſenaturire*, idem dixit. Plaut. Aſinaria: *Vltro amas, vltro expetiſſis, vltro ad te accerſi iubes.* Lucret. lib. 5.

Quos vbi tempore maturo patefecerit ætas
Infantum, fugiens humorem, auráſque petiſſens.

PETORA, quatuor Oſcorum linguâ: vnde

PETORRITVM, vehiculi genus quatuor rotis, quod Gallicum vocabulum eſſe tradunt Varro rerum diuinar. lib. 14. Gell. lib. 15. cap. 30. Horat. lib. 2. Epiſtol.

Eſſeda feſtinant, pilenta petorrita, nautes.

Et lib. 1. Sermonum:

——————*caballi*
Paſcendi, ducenda petorrita.

PETRONES, ruſtici antiquis à petrarum aſperitate vocabantur, vt à rupibus iidem *rupices.* Feſt. Petronem

tronem Plautus quoque arietem appellat, in Captiueis : *Qui petroni nomen indum verueci ſectario, Eum ſi petronem in via publicâ conſpexero, Et petronem & dominum reddam mortales miſerrumos.*

PETVLCVM, antiqui velocem dixerunt; quod ex hoc verſu apparet : *Exiluit tanquam petulcus quidam pedibus concibrauit.* Meretrices quoque *petulcas* vocarunt à petendo : & eos, qui proteruo impetu & crebro petunt lædendi alterius gratiâ. Afran. in Idâ : *Noſtrum in conuentum aut conſeſſum ludum lapſumque petulcum.* Virg. Georg. lib. 4.

——— *neque oues hadique petulci Floribus inſultent.*

PH

PHONASCVS, vocabatur qui aliorum vocem vel ad dicendum, vel ad canendum formabat. Varro ὄνος λύρας : *Phonaſcus adſum, vocis ſuſcitabulum, cantantiúmque gallus gallinaceus.* Suet. Octauiano c. 96. *Pronunciabat dulci & proprio quodam oris ſono, dabat aſſiduè Phonaſco operam.* Sid. lib. 1. epiſt. 2. *Nec ſub Phonaſco vocalium concentus medietatum acroama ſimul intonat.* Idem lib. 4. epiſt. 11. *Pſalmorum hic modulator & Phonaſcus.*

PHRYGIA VESTIS, picta : cuius artifex *phrygio.* Titin. Barbato: *Phrygio fui primò, benéque id opus ſciui.* Varro Coſmotoryne; ἐγὼ φθορᾶς κόσμος : *Phrygio qui poluinar poterat pingere, ſolear læuigabat.* Plaut. Menæchmis: *Pallam illam quam dudum dederas, ad phrygionem deferas vt reconcinnetur.*

PI

PIACVLARIA SACRIFICIA appellabantur, quæ triſte quid portendebant : vt cùm hoſtia ictum excuteret, aut in aliam corporis partem quam oportebat caderet. Quò reſpicit Virg. Æneid. lib. 2.

——— *qualis fugit cùm ſaucius aram Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.*

PIACVLARIS, afficiendus ſupplicio. Plaut. Epidico : *Mén' piacularem oportet fieri ob ſtultitiâ tuam, vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccidaneum ?*

PIAMENTA, expiationes, vel illa quibus in expiando vtebantur. Feſt. Plin. lib. 25. cap. 4. *Hac euulsâ ſcrobem repleri vario genere frugum relligio eſt, & terræ piamentum.*

PIATRIX, ſacerdos quæ expiate ſolebat: aliàs *ſaga, ſimulatrix* & *expiatrix* dicta. Pomp.

PICATI, quorum ſunt pedes formati in formam ſphingis : ſphinx enim Doricè φίξ : & Æolicè πίξ : vnde *picus*, & *picatus.*

PICI veteribus γρῦπες dicti. Plaut. Aulul. *Picos diuitiis qui aureos montes colunt, Ego ſolus ſupero.*

PICTA TOGA, purpurea, ſine picturâ : ὁλοπόρφυρος. Liuius lib. 30. *Maſiniſſa togâ pictâ & palmatâ tunicâ donatus.* Idem *purpuream* vocat lib. 31. *Maſiniſſæ dona miſſa, vaſa aurea, toga purpurea, palmata tunica.*

PIEM, colam, cuſtodiam. Plaut. Aſinariâ : *Vbi piem pietatem, ſi iſtoc more moratam tibi poſtulem placere mater, mihi quo pacto præcipis.*

PIGERE, pro tardari interdum ponitur, inquit Feſt.

PIGNERARETVR, pro pignerarет. Cic. de republ. lib. 1. *Sed vt maximas & plurimas noſtri ingenij, animi, conſilij partes ipſa ſibi ad vtilitatem pignerarетur.*

PIGRARE, tardare. Accius Chryſippo: *Melius pigraſſe: námque properaſſe eſt nefas.* Idem Epigonis: *Fateor, ſed cur propter te pigrem hæc, aut huius dubitem parcere capiti?* Lucr. lib. 1.

Quòd niſi pigraris, paulúmque receſſeris ab re.

PIGRES, pigritia. Accius Clitemneſtrâ: *Omnes boni gaudent facere rectè: mali pigrem ſequuntur.* Ennius lib. 17.

——*potes aptè pigre ſufferre laborem.*

PIGROR, pigritia. Lucil. Satyr. lib. 10.

Languor enim oppreſſit, pigror torpórque quietem.

PILÆ, effigies viriles ac muliebres ex fœno aut lanâ, quas Compitalibus ſuſpendebant diis inferis, vt iis contenti ſimulacris viuis parcerent: *Manias* vocatas tradit Macrobius. Ad earum ſimilitudinem, effigies quibus obiectis tauri irritantur, vocatæ ſunt *pilæ*. Martialis:

Jactat vt impoſitas taurus in aſtra pilas.

PILANI, pilis pugnantes Varroni, & Feſto: alio nomine *triarij* appellati: ante quos qui præliabantur *antepilani* vocati. Gloſſarium: *Pilum*, ῥωμαϊκὸν δόρυ.

PILARE, pilis veſtire, vt plumare, plumis. Afran. Compitalibus: *Præterea corpus meum nunc pilare primùm cœpit.*

Interdum in contrario ſignificatu, pro pilis nudare, ſeu pilos detrahere, inuenitur. Martialis epigr. lib. 6.

Exſtirpa, mihi crede, pilos de corpore toto,
Téque pilare tuas teſtificare nates.

PILARE, premere, cogere. Hoſtius:

Percutit, atque haſtum pilans præ pondere frangit. Ennius:

Inde loci trepidas pilatáſque ætheris oras
Contemplor. Nouius Exodio:

Pati dum poterunt ante quàm pugni pilant. Non.

PILATES, lapidis genus candidiſſimi. Cato Origin. lib. 5. *Candidior quàm Pilates.* Pompeius.

PILATIM, ſtructim, preſsè. Scaurus: *In agrum hoſtium veni, pilatim exercitum duxi.* Aſell. Sempr. *Quartum ſignum accedebat, ſiue pilatim, ſiue paſſim iter facere volebat.*

PILENTVM, vehiculum matronarum. Horat. epiſt. lib. 2.

Eſſeda feſtinant, pilenta, petorrita, naues.

Seruius Honoratus:

Pilenta ſunt vehicula, ſicut nunc baſternas videmus.

PILEVM, pileus. Plaut. in Cornicularià: *Te obſecro Lyde, pileum meum, mea ſalubritas.* Non. Sic *Theſaurum*. Plaut. Aulul. *Credo ego illum iam inaudiuiſſe mihi theſaurum eſſe domi, id inhiat.*

PILEVS, pro libertate. Macr. lib. 1. Saturnal. cap. 11. *Dicet aliquis me nunc dominos de faſtigio ſuo deiicere, & quodammodo ſeruos ad pileum vocare.* Sueton. Tiberio Cæſ. *Ac primo Præneſte, inde Neapolin euaſit, ſeruis fruſtrà ad pileum vocatis in Si-*

ciliam

ciliam profugit. Perſius Sat. 5. *Hæc mera libertas, hanc nobis pilea donant.*

Apud Romanos moris erat, vt qui liberi fiebant, raſi incederent ac pileati: eâ causâ quòd tempeſtatem ſeruitutis viderentur effugiſſe, & tanquam naufragio liberati. quos capillos radere conſueuiſſe docet Lucianus in Hermotuno: & Artemidorus lib. 1. cap. 23. Ναυαγήσαντες μὲν γὰρ, inquiens, ἢ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσου, ξυρῶνται οἱ ἄνθρωποι. Suidas: Ἀνδραποδώδης θρὶξ, ἡ τῶν ἀνδραπόδων ἰδίως κυρὰ ἦν ἀπελευθερωθέντες ἤλασον Ἀθήνησιν οἱ δοῦλοι. Plutarchus Tit. Flam. Οἱ δὲ ἄνδρες ἔτοι καθάπερ ἐθός ἐστι τοῖς οἰκέταις ὅταν ἐλευθερῶσι ξύρεσθαί τε τὰς κεφαλὰς καὶ πίλους φορεῖν. Appianus bello Mithridatico, de Pruſia loquens: τῶν κεφαλῶν ἐξυρημένων, καὶ πίλον ἐπικειμένων, ᾧ τόπῳ τινὲς φορῶσι τὴν ἐκ διαθήκης ἐλευθερωθέντων. Sueton. in Nerone, cap. vlt. *Tantum gaudium publicè præbuit, vt plebs pileata totâ vrbe diſcurrerit.* Plaut. Amphitr. *Niſi quoque is (herus) me ignorabit, quod ille faciat Iupiter, vt ego hodie hîc raſo capite caluos capiam pileum.*

PINGVITIES, pinguedo. Apul. 10. *Humanis affatim cibis ſaginatus, corpus obeſa pinguitie repleueram, corium aruinâ ſucculentâ molliueram.*

PINGVITVDO, pinguedo. Varro de R. R. lib. 2. cap. 4. *Sus vſque adeò pinguitudine creſcere ſolet, vt ſeipſa ſtans ſuſtinere non poſſit, neque progredi vſquam.* Et lib. 3. cap. 9. *Eas includunt in locũ tepidum & anguſtum & tenebricoſum, quòd motus earum & lux pinguitudini inimica.* Ibid. *Quæ res non modò pinguitudinem efficiunt, ſed etiam carnis iucundum ſaporem.* Quod Geopon. οἱ γὰρ κριθαὶ πρὸς τὸ πιαίνειν καὶ τὸ λιπὸν γεῦσιν εὐδιαφορεῖν ποιοῦσι τὸ ζῷον.

PINSERE, molere, tundere. Varro ταφῇ μιγίππῳ: *Nec piſtorem vllum noſſent, niſi eum qui in piſtrino farinam pinſeret.* Idem de vita pop. Rom. lib. 1. *Nec piſtoris nomen erat, niſi eius qui ruri far pinſebat.*

PINSERE HVMVM: id eſt, in terram cadere. Ennius annali 10. *Ægro corde, comas paſſas, palmis lacerantes*
Pinſebant terram genibus.
Idem: *Cubitis pinſebant humum.* Varro lib. 4. de L. L. Diomedes lib. 1. Homerus: Αὐτὰρ δ' ὅτε κονίῃσι πεσὼν ἐλεγαίην ἀγοράσθω.

PIPVLO POSCERE dicebant, ſi quis cum conuitio rem ſuam repetebat. Plaut. Aululariâ: *Ita me benè amet Lauerna, te niſi iam reddi mihi vaſa iubes pipulo hîc differam ante ædes.* Martialis:
Dein coquenti vaſa cuncta deiectat,
Nequámque ſcitamenta pipulo poſcit.
Declinatum à pipatu pullorum: Varro lib. 6. Analog. Catullus ad Leſbiam:
Ad ſolam dominam vſque pipulabat.
Gloſſæ: *Pipitat*, κοφζιᾷ.

PISARE, molere, tundere. Varro lib. 1. de R. R. *Promendum hyeme vt in piſtrino piſetur ac torreatur.*

PISCATI, pro piſcatus. Pompon. Piſcatoribus: *Quid habes in ſirpiculis calue? omne piſcati genus.* Turpil. Demetrio: *Antehac ſi flabat Aquilo, aut Auſter, inopia tunc erat piſcati.* Non.

PISCATORII LVDI, qui quotannis menſe Iunio trans Tiberim

fiebant à prætore vrbano, pro piſcatoribus Tiberinis, quorum quæſtus non in macellum peruenit, ſed ferè in aream Volcani, quòd id genus piſciculorum viuorum dabatur ei Deo animis humanis. Feſt.

PISCATORIVM ÆS, quod in monte Albano dabatur pro piſcibus. Idem.

PISCVLENTVM, piſcoſum; vt puluerulentum. Cato Originum lib. 8. *Fluuium Hiberum, is oritur ex Catinatis magnus atque pulcher, piſculentus.* Idem Orig. lib. 5. *Fluuium Narronem, magnum, pulcrum, piſculentum.*

PISO, pro mortario vſurpat Marcellus Empiricus cap. 8. *Radices betæ, maximè nigræ ex aquâ tepidâ lauabis, & expreſſas ſabano ſiccabis, deinde tundes in piſone marmoreo.*

PISTRINA, pro piſtrinum. Lucil Sat. lib. 16. *Media à piſtrina ad tabernam referens.* Charif. lib. 1. Varro lib. 4. de L. L.

PITHECIVM, ſimiolus. Plaut. Milite: *Pithecium hæc eſt præ illâ & ſpynturnicium.*

PITPIT, Oſcâ linguâ dicitur quidquid: hi enim τὸ Τ, mutabāt in Π, pro τὶς, πὶς dicentes: vnde *pis, piſpis, & pitpit*, pro quis, quiſquis, & quitquit, ſeu quidquid. Sic pro τέτταρα, πέτορα petora dicebant: vnde petoritum, currus quatuor rotarum. Oſcam autem linguam diuerſam à Romanâ fuiſſe teſtatur Titinius in Quinta: *Oſcè*, inquiens, *& Volſcè fabulantur, nam Latinè neſciunt.*

PL

PLACENTIA, ἀρέσκεια, placendi ſtudium. Apul. de Philoſ. *In homine ad placentiam & mediocritatem libo reflectitur.*

PLANCÆ, tabulæ planæ. Plin. lib. 8. cap. 43. *Nec pontes* (aſini) *tranſeunt, per raritatem plancarum tranſlucentibus fluuiis.* ita in quibuſdam exemplaribus legitur.

PLAGIGER, & plagigerulus, verbero. Plaut. Pſeud. *Huc adhibete aures, quæ ego loquor, plagigera genera hominum.* Idem Moſtellariâ: *Nam nunc domi noſtræ tot peſſimi viuunt peculij ſui prodigi, plagigeruli.*

PLAGIPATIDÆ, plagas perferentes, vilia mancipia. Plaut. Captiueis: *Nihil iam morantur Laconas, imi ſubſellij viros, plagipatidas, quibus ſunt verba, ſine penu & pecuniâ.*

PLANITIA, planities, ſuperficies. Iul. Front. de lim. conſt. *Planus angulus eſt in planitiâ duarum linearum attingentium, ſed non in rectam poſitarum, alterius ad alteram inclinatio.* Idem: *Solidus angulus eſt, cuius planitiæ altitudo adiungitur, aut æquatur.* Hyg. de Limitibus: *Tollamus vmbram maximam, & in planitiâ notemus.* Auctor fin. regund. *Et ſuper ſe ſub rectiore loco per planitiam limes excurrit.* Innoc. *Ab occidente parte planitia dignoſcitur, & proximè villam aqua viua eſt.*

PLANVRIA, planicies. Vitalis de limit. *Inuenies arcellam in trifinio poſitum, & ipſum trifinium duabus lineis deſcendit per planuriam.*

PLATANON, locus platanis conſitus. Plin. lib. 1. epiſt. 3. *Quid agit illa porticus verna ſemper? quid platanon opaciſſimus?* Petronius Arbiter: *Rogaui vt in platanona produceret dominum.* Sidonius lib. 8. epiſt. 9.

Tu

Tu iam, Tityre, rura poſt recepta
Myrtos & platanona peruagatus
Pulſas barbiton.

PLAVSILIS, plauſibilis, fauorabilis. Sid. lib. 9. epiſt. 14. *Dignus omnino quem plauſilibus Roma foueret vlnis.*

PLEBES, pro plebs. Lucil. Satyr. lib. 5.

Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.

In leg. XII. Tabul. TRIBVNEI. QVE. QVOS. SIBEI. PLEBES. ROGASSIT. IOVS. ESTO. CVM. PATRIBVS. AGENDEI. EIDEM. AD. PLEBEM. QVOD. OESVS. ERIT. FERVNTO. Cic. de legib. lib. 3. Colum. lib. 1. cap. 3. *Ideóque poſt reges exactos Liciniana illa ſeptena iugera, quæ plebis triuiritim diuiſerat.* Symm. lib. 6. epiſt. 1. *Et plebs noſtra paucorum ſtudiis antehac in odium tanti ciuis ſubacta.*

PLENA SVE Telluri matri ſacrificabatur: quia id pecudis genus ſatis inimicum, roſtro enim ſemen fodiendo corrumpit. Ouid. lib. 1. Faſtorum:

Placentur frugum matres, Telluſque Ceréſque
Farre ſuo grauidæ viſceribúſque ſuis.

Idem lib. 4. Faſt.

Nunc grauidum pecus eſt, grauidæ quoque viſcera terræ,
Telluri plenæ victima plena datur.

PLENTVR priſci dixere ſine præuerbio, pro implentur: vt & *pletus*, pro repletus. Lucr. lib. 2.

——*ſanguine pleti*
Terrificas capiti quatientes numine criſtas. Idem lib. 6.
Corruptus ſanguis pletis ex naribus ibat.

PLERA, pro pleraque. Pacuu. Teucro: *Periere Danai, plera pars peſſumdata eſt.* Idem Duloreſte: *Pater in Canaphæis ſaxis pleros Achæos perdidit.* Cato originum lib. 1. *Agrum quem Volſci habuerunt campeſtris plerus Aboriginum fuit.* Aſell. hiſtor. lib. 3. *Vt fieri ſolet plerum, vt in victoria mitior manſuetiórque fiat.* Priſc. lib. 5.

PLETVS, vide *Plentur.*

PLEVITAS, ignobilitas, quaſi plebitas. Cato pro Veturio: *Propter tenuitatem & pleuitatem.* Caſſius Heminâ in Annalibus: *Quicumque propter pleuitatem agro publico eiecti ſunt.*

PLEXI, à plecto, vnde *plexus*, colligatus, & *perplexus.* Liuius lib. 6. Eteropægniõn: *Andromacha iam. udum manu laſciuulâ ac tenellulâ, capiti meo trepidans lubens inſolitum plexit munus.* Priſc. lib. 10. Lucr. lib. 4.

Diditur & raræ perplexa foramina linguæ. Et lib. 5.
Tum caput atque humeros plexis redimire corollis
Floribus & foliis laſciuia læta monebat.

PLICIAS, *tarentinas, craſsianas, ſiculas, cluſtras, guttatas, montianas, muſtaceas*, & *ſpiras*; placentarum genera commemorat Alex. Neapol. Genial. dierum lib. 5. cap. 21.

PLORASIT, pro plorauerit. In legibus Seruî Tullî: SEI. PARENTEM. PVER. VERBERIT. AST. OLE. PLORASIT. PVER. DIVEIS. PARENTVM. SACER. ESTOD. In legibus Romuli: SEI. NVRVS. PLORASIT. SACRA.

CRA, DIVEIS. PARENTVM. ESTO D.

PLOTI, planis pedibus: vnde poëta Attius, quia Vmber Sarcinas erat, à pedum planitie initio Plotus, postea Plautus dictus est: & soleas dimidiatas, quarum erat vsus in venatu, quo planiùs pedem ponerent, *semiplotia* vocarunt.

LOKINVM, capsam dixere in Cilio, quam *Tumberellum* vocant. Virg. in Catalectis:

——— *propter hoc nouissimum*
Paterna lora, ploxiúmque pectinem.

Catullus:

Gingiuas verò ploxini habet veteris.

PLVMARIVM à plumando. Varro in Caton. vel de liberis educandis: *Nulla quæ non didicit pingere, potest benè iudicare, quid sit benè pictum à plumario.* Non.

PLVMATILE, clauatum, aut ex plumis factum. Plaut. Epidico: *Cumatile, aut plumatile, cerinum, aut melinum, gerra maxima.*

PLVITVR, pluit. Apul. Florid. *Aquila euecta alis totum illud spatium quâ pluitur & ningitur.*

PLVOR, pluuia. Laber. in Latè loquentibus: *Qui pedem extra tabernam extulimus, tantus cùm staret pluor.*

PLVRE, pro plus. Plaut. in Cæco, seu Prædonibus: *Plure altero tanto, quanto eius est fundus velim.* Sosip. lib. 2. Glossæ: *Plure, πλεῖον.*

PLVTEI, tabulæ corio crudo intectæ, quibus aliquid præsepitur. Plutei etiam dicti qui ad similitudinem cassidis texuntur è vimine & ciliciis, vel corio proteguntur, in vsum bellicum: de quibus latiùs Veget. lib. 4. Iuuenal. Sat. 2.

Si quis Aristotelem, similem vel Pittacon emit,
Et iubet archetypos pluteum spectare Cleantas.

Plaut. Milite: *Si inuenio qui vidit, ad eum vineas pluteósque agam.* Martialis τὸ τῆς κλίνης ἀνάκλιτον ita vocauit:

Namque puer pluteo vindice tutus erat.

PO

PODISMVS, pedatura, vnde podismare. Front. de lim. const. *Termini spissiores sine mensura, vel numero podismati.*

PODIVM, locus in theatro, vnde principes ac nobilissimi quique spectare ludos solebant. Sueton. in Nerone, cap. 12. *Nam perrarò præsidere, cæterùm accubans primùm paruis foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueuerat.* Iuuenal. Sat. 2.

Et Catulis Paulisque minoribus, & Fabiis, &
Omnibus ad podium spectantibus.

Sid. lib. 8. epist. 9. *Nostrúmque sudorem ac puluerem spectans, veluti iam coronatus auriga de podio.*

POECILE, porticus, ποικίλη, quod est varia. Vocata hoc nomine fuit porticus Athenis, in qua philosophabantur Stoici, à varietate colorum, & pictura multiplice. Hanc Polygnotus gratis pinxisse scribitur, cùm partem eius mercede pingeret Mycon, vnde maior Polygnoto auctoritas. Apul. lib. 1. Metam. *Ante pœcilem portum isto gemino obtutu circulatorem adspexi equestrem spatham, præacuto mucrone infestam deuorasse.* Æmilius Probus: *In hac porticu pœcile cùm pugna*

gna depingeretur Marathonia, tributus hic eſt honos Milciadi, vt in decem prætorum numero prima eius imago poneretur. De hac porticu Perſius:

——— *baccatis illita Medis*
Porticus.

Videatur Beroaldus in Sueton.

POENIBAT, pro puniebat. Lucr. lib. 6.

Pœnibat paulo poſt turpi morte maláque
Deſertos, opis expertes incuria mactans.

POENITAM OFFAM appellauit Næuius abſegmen carnis cum codâ. Feſt. Arnobius lib. 6. *Tænias, offam pœnitam.* Plaut. Milite: *Iube illud demum tolli, hanc patinam remoue, pernam nihil moror; aufer illam offam pœnitam, probus hic conger frigidus.*

POENITEBVNT. Pacuu. Armorum iudicio; in prologo: *Nunc pœnitebunt, libant liberi grato ex loco.* Non.

POLÆ, ſeu POLVLÆ, erant pilæ ex alutâ, molli tomento farctæ, quibus datatim in foro ludebant: dictæ à Græco φάλλον, h. e. veretrum, quod geſtabatur in pompa Liberi, idque ex ficu confectum: poſtquam autem ex alutâ rubrâ fieri cœpit, dicebatur πολίων, vnde *polæ*, & *polire*, quod eſt, pilâ ludere: & *polimenta*, teſticuli porcorum, poſtquam ex tali folliculo euaginati erant in caſtratione. Plaut. Menæchmis: *Glandionicam ſuillam, laridum, peronidem aut ſinciput, aut polimenta porcina, aut aliquid ad eum modum.*

POLET, pro polletinam antiqui non geminabant conſonantes. Lucr. lib. 5.

Quis potis eſt dignum polenti pectore carmen,
Condere pro rerum maieſtate, biſque repertis?

POLIMEN, politura, expolitio. Apul. de Deo Socratis: *Neque enim in emendis equis faleras conſideramus, aut balthei polimina inſpicimus.*

POLIMENTA, & POLIRE, vide *Polæ.*

POLITOR, pro eo qui agrum excolere & polire conſueuit, præter Catonem de R.R. etiam Vlp. vſurpauit ff. lib. 17. tit. pro ſocio l. 52. ex Celſo: *Si in coeundâ ſocietate*, inquit, *artem operámve pollicitus eſt alter, veluti cùm pecus in commune paſcendum, aut agrum politori colendum damus, in commune quærendis fructibus, nimirum ibi etiam culpa præſtanda eſt.*

POLLENTIA, potentia. Plaut. Caſinâ: *Atque vt potior pollentiâ ſis, vincáſque virum, victrixque ſies.* Idem Rudente: *Vindicate, ne impiorum potior ſit pollentia, quàm innocentum, qui ſe ſcelere fieri volunt nobiles.*

POLLICERES, pro pollicereris. Varro Anthropopoli, περὶ γενεθλιακῶν: *Nam in omnibus legi* πολύτελες καθ' ὑπέρβατον, *nec dares, nec polliceres quod datum eſt.* Non.

POLLINCTORES, οἱ ταφιασταὶ, qui mortuos curant, à pollingendo, τῷ ταρχεύειν, σωροπλόκειν. Varro Coſmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου: *Propter cunam capulum poſitum nutrix tradit pollinctori.* Idem Satyrâ mutuum mali ſcabunt, περὶ ὀραισμῶν: *Itaque plures dies inter medici diſceſſum & aduentum pollinctoris interfue*

terfuerunt. Placiades. Plaut. Aſinariâ : *Ecquis currit pillinctorem arceſſere?* Et Pœnulo : *Quia mihi pollinctor dixerat, qui pollinxerat.*

POLLINTOR, qui pollinem conficit, curator piſtrini. Cato cap. 136. *Pollintorem in agro Caſſinate & Venafri ſic dare oportet.* Ibid. *Si communiter piſunt, quæ ex parte pollintori pars eſt.*

POLLVBRVM, peluis qua pedes lauantur. Fabius Pictor lib. 16. *Aquam manibus pedibúſque dato, pollubrum ſiniſtrâ manu teneto, dextra vaſum cum aqua.*

POLLVCERE mercatores dicebantur, quando de mercibus ἀπαρχὰς & libamenta Diis obferebant. *Pollucere* autem Diis quibus licebat, erant far, polenta, vinum, panis fermentatus, paſſa ficus, ſuilla, bubula, agnina, ouilla, caſei, alica, ſeſama, oleum, piſces omnes ſquamoſi, præter ſcarum. In lege Pompilî: PISCES. QVEI. SCAMOSEI. NEC SVNT. NI. POLVCETO: SCAMOSOS. OMNES. PRAETER. SCARVM. POLVCETO. Feſt. Caſſ. Heminâ apud Plinium. Varro lib. 5. de L. L. Tertull. Apologet. cap. 39. Næuius Colace: *Qui decumas partes, quantum alieni fuit, polluxit.* Priſc. lib. 9. Plaut. Sticho: *Vt decumam partem ex voto Herculi polluceam:* quod pollux, δεκάτλα ἡρακλεῖ χαθθύειν, vertit.

POLLVCIBILIS, magnificus, ſumptuoſus. Symm. lib. 6. epiſt. 71. *Indulgete deliciis, quando ita terræ ac maris copia redundatis, vt vobis pollucibilem victum vtriuſque elementi miniſtret opulentia.*

POLLVCIBILITER, opiparè. Plaut. Moſtellariâ : *Amicas emite, liberate, paſcite paraſitos, obſonate pollucibiliter.* Symm. lib. 3. epiſt. 24. *Quòd fortunæ tuæ pollucibiliter floruerunt, meum duco compendium.*

POLLVCTA PAGO, meretrix paganis ad libidinẽ expoſita. Plaut. Rudente: *Non ego ſum pollucta pago. potin' vt me abſtineas manum? polluctus virgis,* hoc eſt, onuſtus, cumulatus. Idem Curculione: *Quem quidem mihi polluctus virgis ſeruus ſermonem ſerat.*

POLTEIO, pro vlteriore veteres dixerunt. Feſt.

PONDERITAS, grauitas. Accius Pragmaticῶn lib. 2. *Et cuncta fieri cætera iubet illa, non quoad ponderitatem grauitatémque hominis.* Non.

POPINO, gulo, luxurioſus. Varro Modio : *Quis poculis argenteis in quorum introibit popino.* Lucil. Sat. lib. 1.

Infamem, turpem, atque inhoneſtam odiſſe popinam.

POPLO, pro populo, Accius Æneadis : *Per propinqua hæc bene verruncent poplo.* Cic. lib. 1. de diuinat. Plaut. Aululariâ : *Face tu iam præco nunc omnem auritum poplum.* Et Rudente : *Cùm illos ſapientes mores monſtrabunt poplo.*

POPVLACIA, nugatia, pueritia. Laber. Latè loquentibus : *Dum populacia agimur per ludum.* Non.

POPVLARE, amorem populi conciliare. Pacuu. Chryſe : *Atque vt promeruit pater, mihi patriam populauit meam.* Hinc *populares* dicti ex populo amici. Terent. Phorm. *Amicus ſummus meus & popularis Geta.*

POPV

POPVLARITAS, fauor populi. Sidon. lib. 1. epiſt. 7. *Præfecturam primam gubernauit cum magna popularitate, ſequentémque cum maximâ populatione.*

POPVLARITER, δημοτικῶς, vulgariter. Cicero: *Homines populariter annum tantummodo Solis, id eſt, vnius aſtri reditu metiuntur.* Idem: *De ſummo bono quia duo genera librorum ſunt, alterum populariter ſcriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant.* Sid. lib. 3. epiſt. 9. *Sed pompam triumphi pro mercede crudelitatis populariter impetrauit.*

POPVLAT, pro populatur. Cæcil. Aſoto: *Iamdudum depopulat macellum.* Accius Aſtyanacte: *Qui noſtra per vim patria populauit bona.* Quadrig. annalib. *Agrum Nolanum populare cœperunt.* Ennius Ambraciâ: *Agros audaces depopulant ſerui, dominorum domini.* Plaut. Fœneratricio: *Quæ ego populabo properè.* Virg. lib. 1. Georg.

——— *populátque ingentem farris aceruum Gurgulio.*

POPVLATIM, per populos. Pompon. Macco: *Poëma placuit populatim omnibus.* Cæcil. Obolaſtate: *Ego perdidi te qui omnes ſeruos perdo populatim: quæſo te ne ad hoc malum addas malum.*

POR, antiquitus παῖς appellabatur, vnde puer factum, quòd Laconicè & pleriſque Dorienſibus πὸρ pes diceretur. Hinc *Marcipor*, Plin. lib. 31. cap. 1. Quintil. lib. 1. cap. 4. *Quintipor* Varro epiſt. ad Fuſium. *Caipor* Saluſt. lib. 3. hiſtor. *Publipor* Feſt. Prob. Priſc. pro Marci, Quinti, Caij, Publij puer, ſeu filius.

PORCETRA, ſus quæ peperit ſemel. Gell. lib. 18. cap. 6. *Matrona eſt quæ ſemel peperit: quæ ſæpius, materfamilias: ſicuti ſus quæ ſemel peperit porcetra: quæ ſæpius, ſcropha.*

PORCA PRÆCIDANEA, quâ piaculi gratiâ ante nouas fruges meti ceptas Cereri immolari mos fuit, ab eo qui familiam funeſtam non purgauerat, aut aliter eam rem quàm decuit, procurauerat, ſeu qui mortuo iuſta non fecerat, id eſt, glebam non obiecerat, quod mos eis erat facere priuſquam nouas fruges deguſtarent. Feſt. Gell. lib. 4. cap. 6. Cato cap. 134. *Priuſquam porcam præcidaneam immolabis, Iano ſtruem commoueto ſic: Iane pater te hac ſtrue commouenda bonas preces precor*, &c.

PORCERE, prohibere. Pacuu. Atalantâ: *Vt verear eloqui porcet pudor.* Varro Manio: *Hunc Cereris miniſtra frugibus ſuis porcet.* Ennius Telamone: *Deûm me incendit facere pietas, ciuium porcet pudor.* (verba ſunt Oreſtis interfecturi matrem.) Accius Erigonâ: *Quibus oculis quiſquam noſtrûm poterit illorum obtui vultus, quos iam ab armis anni porcent.* Lucil. Sat. lib. 6.

——— *non te porrò procedere porcent.* Non.

Gloſſarium: *Porceo, βιάζομαι, κωλύω.*

PORCÆ dicuntur rari ſulci, qui ducuntur aquæ deriuandæ gratiâ, quòd aquam porceant, ſeu prohibeant frugibus nocere. Varro de R. R. lib. 1. cap. 29. Accius parergῶν lib. 1. *Benè proſciſſas coſſigerare porcas bidenti ferro, rectas dirigere.* Varro ταῖς μυϊάπαις: *Non vides in publicâ noſtrâ tabernâ quâ popu-*

lus ambulando perinde vt in aratro porcas reddit?

PORCVS, (ab antiquo Græco πόρυς. Varro lib. 4. Analog.) veteribus pinguem & obesum significabat. Pompon. Vernionibus: *Porcus est quem amare cœpi, pinguis non polcer puer.* Catul. in Egnatium:

Aut porcus vmber, aut obœsus Etruscus.

PORIGO, & porgo, pro porrigo. Ennius annal.

——*fluctúsque natantes*
Porgite. Seru. lib. 1. Æneid.

Lucr. lib. 1.

Relligionum animos nodis exsoluere porgo.

PORRICERE, proiicere: maximè de extis dicebatur in sacrificiis. Næuius belli Punici lib. 3. *Simul atrocia exta porricerent administratores.* Fenestella annal. lib. 2. *Vt quædam exta præsente suis, quædam absente porreciſſem.* Varro rerum diuinarum lib. 11. *Proſiciem extorum vel in mensam porricerent.* Plaut. Pseudolo: *Nam si sacrificem summo Ioui, atque manibus exta tenerem, vt porricerem.* Liu. lib. 29. *Secundùm eas preces, cruda exta, cæsa victimâ, vti mos est, in mare porricit.* Virg. lib. 5.

——*extaque salsos*
Porricit in fluctus.

PORRIGO, morbus vbi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt: vtplurimum fit in capillo, rariùs in barbâ, aliquando in superciliis. Celſ. lib. 6. Lucil. Satyr. lib. 30.

Triſtem ac corruptum, scabie ac porrigine plenum.

Iuuenalis Satyr. 2.

——*sicut grex totus in agris*
Vnius scabie cadit & porrigine porci. Serenus:

Cui caput immensà pexum porrigine ninguit.

PORTENTVOSVS, portentosus, monstrosus. Sueton. Domitiano, cap. 4. *Ac per omne gladiatorum spectaculum, ante pedes eius stabat puerulus coccinatus, portentuoſus, paruóque capite, quorum plurimum fabulabatur.*

PORTISCVLVS dicitur, qui remigibus κέλευσμα canere pro symphoniacos solebat, aut per assam vocem: interdum, vt in Argo naui, per citharam, quod intelligit Virg. lib. 5. Æneid.

Considunt transtris, intentaque brachia remis
Exspectant signum.

Ennius lib. 7. annal.

——*tonsam ante tenentes*
Parerent, exspectarent, portiſculú signum Cùm daret.

Laber. in Citharâ: *Nec palmarum pulsus, nec portiſculi.* Isid. lib. 19. cap. 2. Plaut. Asinariâ: *Et meam partem loquendi, & tuam tibi trado: ad loquendum atque ad tacendum tute habeas portiſculum.* Hic idem Polybio κελευστὴς: Ennio *hortator*: Senecæ epist. 57. lib. 7. *pausarius*: Glossographo lib. 2. *Iussor*: (vnde Salustio *iussamenta*, Nonio *hortamenta*) vocatur.

PORTORIVM, merces quæ portitori datur. Cæcilius Hypobolymæo: *Ego illud minus nihilo exigor portorium.* Lucil. Satyr. lib. 27. *Facit idem quod illi qui inscriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent.* Plaut. Asinariâ: *Ego pol istum portitorem priuabo portorio.*

rio. Gloſſæ : *Portorium,* ὁ λιμὴν τέλος.

PORTI, pro portus. Turpil. Demiurgo : *Neque nautæ cùm eſſent circumuenti ventis, incerto itinere porti indigentes.* Non.

PORXI, porrexi. Marullus :

Qui ſit Petruti vt ſi quis eſt mihi viſus,
Si quem ſaluto, ſi cui manum porxi,
Caputve moui, protenus mare & montes,
Et ſi quid vnquam eſt impudentius iactent.

POSCA, muſtum aquâ dilutum. Gloſſis ὀξύκρατον. Plaut. Truculento: *Tùne tantilli doni cauſa, olerum atque eſcarum & poſcarum, machum malacum, cincinnatum, vmbraticolam tympanotribam amas?*

POSCINVMMIA, nummos poſcentia. Apul. lib. 10. *Tum exoſculata preſſulè, non qualia in lupanari ſolent baſiola iactari, vel meretricum poſcinummia, vel aduentorum negotinummia, ſed purâ atque ſincerâ.*

POSIVI, poſui. Catull. carmine ſæculari :

Quam mater prope Deliam depoſiuit oliuam.

Plaut. Vidularià : *Nunc vt apud ſeneſtrum vidulum poſiuimus.* Idem Aſinariâ : *Quin pol ſi repoſiui remum ſola ego in caſteria.* Et Milite: *De meo nihil his nouum appoſiui.* Curculione : *Triginta minas quas apud te depoſiui.* Ibidem : *Pono pallium, ille ſuum annulum oppoſiuit.* Moſtellariâ : *Ecce autem hic depoſiuit caput.* Caſina : *Vt valentula eſt! penè expoſiuit cubito.* Pſeudolo : *Commuto illicò pallium, illud depoſiui, inde huc exij.* Rudente : *Quicquid domi fuit, in nauem impoſiuit.* Ibidem : *Lucrum præpoſiui ſopori & quieti.* Trinummo : *Mihi quod credideris ſumes vbi poſiueris.*

POSSESTRIX. Afran. in Æqualibus : *Totius monilis poſſeſtricem.* Sic *tonſtrix, impulſtrix, curatrix, plauſtrix, adſeſtrix.*

POSSETVS, pro poſſet. Quadrig. annal. lib. 1. *Cùm non poſſetur diſcerni vtrius victoria putaretur eſſe.*

POSSIBILITAS, δυνατία. Symm. lib. 6. epiſt. 4. *Anxius igitur vulnere animi & corporis morbo, vſque ad ſcribendi poſſibilitatem literas differre non potuit.* Idem lib. 9. epiſt. 48. *Cuius rei impetrationem facilem fore perſonarum promittit æquatio, & honeſtate & poſſibilitate congruitas.* Sidon. lib. 4. epiſt. 14. *Cùm id quod poſſibilitas tua non habet.* Fuere qui *poſſibile*, vocem probam non arbitrarentur, & Græcâ mallent vti, vt Cicero epiſt. famil. lib. 19. *Me τῶν δυνατῶν ſcito ſecundùm Diodorum iudicare.* Et Iulianus : *Quia conditio ἀδύνατη*, id eſt, *impoſſibilis, pro non ſcripto habetur.* Sed tamen aliorum I. Conſ. auctoritas obtinuit, vt Latinæ ciuitati donata hæc dictio cenſeatur : eaque pluriens niſi ſcriptores Romani : vnde & *poſſibilitas* formatum.

POSSIDO, & OBSIDO, p. p. pro poſſideo, obſideo. Lucr. lib. 4.

——*quia cùm propior caliginis aër*
Ater init oculos, prior & poſſidit apertos. Ibidem :
——*qui cuncta foramina complet*
Obſiditque vias oculorum.

Et eodem lib.

Quæ quoniam certas poſſunt obſidere partes.

Saluſt. Catilinâ : *Sicuti præceptum*

erat occultè pontem obſidunt.

POSTERDIÈ, pro poſtridiè. Feſt.

POSTHVMVS cognominatur poſt mortem patris natus. Plaut. Aululariâ: *Poſt mediam ætatem, ſi mediam duxit vxorem domum, ſi eam ſenex anum prægnantem fortuitò fecerit, quid dubitas quin ſit paratum puero nomen poſthumus?* Virg. lib. 6. Æneid.

——*ad auras*
Æthereas Italo commixtas ſanguine ſurget
Syluius Albanum nomen, tua poſthuma proles.

Vide Gellium lib. 2. cap. 16.

POSTICA pars, poſterior. Lucil. Satyr. lib. 3.

Non peperit, verùm poſticâ parte profudit.

Varro ταφῇ μεν ἱππω: *Pertexit partes interiores domus poſtica* (vt ait Plautus) *penitiſimè.* Non.

POSTICVM, pars domus poſterior. Lucil. lib. 8. Sat.

Piſtrino appoſitum poſticum, ſella, culina.

Varro Promotheo lib. 2. *Retrimenta cibi quæ exierunt per poſticum, vallem fecerunt.* Plaut. Sticho: *Eſt etiam hîc oſtium aliud poſticum noſtrarum harunce ædium.* Horat.

——*poſtico falle clientes.*

POSTIDEA, poſtea. Plaut. Aulular. *Nunc quo profectus ſum ibo, poſtidea me domum rurſum quantum potero, recipiam.* Idem Ciſtellariâ: *Poſtidea loci qui deliquit, vapulabit.* Et Sticho: *Quem æquus eſt nos potiorem habere quàm te; poſtidea, pater, viros noſtros.* Ibidem: *Poſtidea loci ſi hoc eduxeris, celeriter lepidam aliquam occipito cantionem cinædicam.* Et Truculento: *Poſtidea ego tota tecum ero vſque aſſiduè.*

POSTILENA, lignum incuruum quod iumentorum caudis ſupponitur, ad continendum baſtagma cui onus imponitur: quod verò pectori apponitur *antilenam* dixerunt. Gloſſis ἐμπεόδια ἵππω. Plaut. Caſinâ: *Ita te aggerunda aquâ curuum faciam probè, vt poſtilena poſſit ex te fieri.*

POSTILLA, poſtea. Plaut. Menæchmis: *Neque patrem vnquam ego poſtilla vidi.*

POSTLIMINIO RECEPTVS dicitur qui extra prouinciæ terminos captus ad propria reuortitur. Item eum, cui abſenti iuſta facta erant, ſi rediret inſperatus poſtliminio reuorſum vocabant: cui apud Athenienſes ædes prius ingredi interdicebatur, quàm per ſinum laxæ ſtolæ à muliere demiſſus denuò naſci videretur: ideoque eum δευτερόπορμον vocarunt Romani, liménque inſiſtere nolebant, funeſtari ab eo tum ſuperum, tum inferum limen credentes: idcirco tecto perforato in ædes admittebant, ne ominoſum eſſet, per ianuam ingredi, per quam, tanquam mortuus, elatus fuerat. Gloſſæ: *Poſtliminium*, ἐπάνοδος ἐκ πολέμου.

POSTOMIS, ferrum quod ad cohibendam equorum tenaciam naribus vel morſui imponitur: ἀπὸ τοῦ στόματος. Lucil. Sat. lib. 15.

Trulleu' poſtomis huic ingens de naribu' pendet.

POSTREMISSIMVS, poſtremus. Apul. in Apologiâ: *Cum adoleſcentulis poſtremiſſimis inter ſcorta & pocula puer hoc ævi in conuiuio agitat.* Cn. Gracchus, apud Gellium lib. 15. cap. 12. *Si vlla meretrix*

trix domum meam introiuit, cuiusquam seruulus propter me sollicitatus est, omnium nationum postremissimum nequissimumque existimato te.

POSTREMIVS, magis postremum. Apul. lib. 7. *Quódque cunctis est postremius, varias opiniones, imò contrarias nobis attribuat.*

POSTVLARIA FVLGVRA, ostenta, prodigia, dicebantur quæ neglecta erant, nec procurata: ideoque, cùm aut mortem, aut exilium portenderent, expiationem postulabant. Cicero: *Quod eodem ostento telluri postulatio deberi dicitur.*

POSTVLIO, postulatio. Varro lib. 4. de L. L. *Deum manium postulationem postulare ciuem fortissimum eò dimitti.*

POTERATVR, pro poterat. Cœlius Annal. lib. 1. *Cùm iure sine periculo bellum geri non poteratur.*

POTESTVR, pro potest. Quadrig. Annal. lib. 3. *Adeò vix memorari potestur, vt omnes suum quisque negotium adorti essent.* Pacuu. Chryse: *Si quâ potestur inuestigari viâ.* Plautus Mercatore: *Demum igitur cùm senex sis, tunc in ocium te colloces, dum potestur.* Lucr. lib. 3.

Quod tamen expleri nullâ ratione potestur.

POTI, pro potiri. Pacuu. Ilionâ: *Vsi si onere, credo adhuc sceptrum potienter poti.* Non.

POTITVS ILLIVS REI. Cic. de republ. lib. 2. *Noster autem populus sociis defendendis terrarum iam omnium potitus est.* Varro de vitâ pop. Rom. lib. 2. *Vt noster exercitus ità sit fugatus, vt Galli Romæ Capitolij sint potiti.* Plautus Amphitr. *Id contigit vt salui potiremur domi.* Idem Captiuis: *Ille alter potitus hostis est.* Et Asinariâ: *Copiæ exercitúsque eorum vi pugnando periuriis nostris cuge potiti.* Lucretius lib. 4.

Nec dissentit eum leti mortísque potitum Iampridem.

POTIOR ILLAM REM. Accius Phœnissis: *Natus virtute sceptrum potiretur patris.* Pacuu. Atalanta: *Regi vt memorabis nunc regnum potitur transmissum patris.* Turpil. Lindiâ: *Me vis potiri? Fac ergo potiar quod volo.* Næuius Lycurgo: *Dic quo pacto eum potiti? dolis, an pugnâ.* Lucr. lib. 3.

Adde Heliconiadum custos quorum vnus Homerum
Regna potitur.

Terent. Adelphis: *Mille potior gaudia.* Plaut. Asinariâ: *Fortiter malum qui patitur, pòst idem potitur bonum.*

POTISSET, & POTISSE, pro potuisset, & potuisse. Lucil. Satyris:

Quo pacto populum atque vrbem seruare potisset
Ampliùs Romanam.

Charisius lib. 2. Idem lib. 30.

Quid dare quid sumpti facere ac præbere potisset. Et lib. 5.

Nam si quod satis est homini, id satis esse potisset,
Hoc sat erat, nunc cùm hoc non est, qui credimus porrò
Diuitias vllas, animum mi explere potisse? Et lib. 1.

Munu' tamen fungi, & muros seruare potissunt. Catullus:

Cur non diuitiis Crœsum superare potissit.

Plaut. Pœnulo: *Sat scio maximo cum populo quoi lubet plus satisdare potessunt.* Idem Persâ: *Nam si egomet*

veneam, vix tantum recipi potiſſit, quod tu me rogas. Et Trinummo: *An me cenſes celare poteſſe grauida ſi foret?*

POTITIVS, pro ſtulto Plautus poſuit, vt ait Feſtus. Pl. Bacchid. *Quem ego ſapere nimium plus cenſui quàm Thaletem, idem ſtultior barbaro Potitio.* De Potitiis, & Pinariis, Macr. lib. 3. cap. 6. Meminit & Virgilius Potitij lib. 6. Æneid.

Ex illo celebratus honos, lætique minores
Seruauere diem, primúſque Potitius auctor.

POTIVIT, à potis. Plaut. in Amph. *Eum nunc potiuit pater ſeruitutis.* Et in Rud. à compos *compotiuit: Quæ in mari fluctuoſo piſcatu vberi me compotiuit.* eſt, *compotem fecit.*

POTITOR, qui potitur, compos. Plaut. Caſinâ: *Herclè me ſuſpendio Quàm tu eius potitor fias ſatius eſt mortuum.*

PR

PRÆDIFICATVM, quod ex priuato loco proceſſit in publicum ſolum. Feſt.

PRÆBIA, remedia collo pueris appenſa: à prohibendo. Varro de L. L. lib. 6. *Præbia* Verrius vocari ait ea remedia quæ Caia Cæcilia, vxor Tarquinij Priſci inueniſſe exiſtimatur, & miſcuiſſe zonæ ſuæ, quâ præcincta eius ſtatua eſt in æde Sanci, qui *Dius Fidius* vocatur, ex quâ zona, periclitantes ramenta ſumunt.

PRÆBITIO, à præbendo conuiuium populare ordine procedens. Varro Eumenidibus: *Quod eo die mea erat præbitio, in ianuam* CAVE CANEM *inſcribi iubeo.* Non.

PRÆCENTRIX, vt præcentor. Varro de liberis educ. *Vt faciunt pleraque vt adhibeant præcentrices, nec medico oſtendunt.* Idem.

PRÆCEPTAT, in Saliari carmine, ſæpè præcipit. Pompeius F.

PRÆCIPEM, pro præcipitem. Ennius annal. lib. 15.

Occumbunt multi leto ferróque lapíque
Aut intra muros, aut extra præcipe caſu.

Plaut. Commorientibus: *Saliam præcipes in puteum.* Priſc. lib. 6. Idem Pl. Rudente: *Qui ſceleratus ſacerdotem anum præcipem repulit, propulit perquàm indignis modis.* Liuius in Ione: *Séque inops, ægra ſanitatis, præcipem in alta maria eiecit.*

PRÆCISVM, OMASVM, partes carnis & viſcerum. Næuius Aululariâ: *Præciſum, omaſum, callum, glires, glandia.* Lucil. Satyr. lib. 20.

Illi præciſo atque epulis capiuntur opimis.

PRÆCLAMITATORES, qui Flamini Diali, Quirinali, Martiali, præcedebant, clamantes vt homines abſtinerent ab opere: quia his opus facientem videre religioſum eſt. Feſt. Macrob. lib. 1. Saturnal.

PRÆCLARITER, præclarè. Quadrig. Annal. lib. 3. *Et ita rebus præclariter geſtis domum reuertemur.*

PRÆCLAVIVM, pars veſtis, quæ ante clauum texitur. Afranius Fratriis: *Mea nutrix, ſurge ſi vis, profer purpuram præclauiũ contextus.* Idem Homine: *Tertium diem præclauium vnum texere.* Non.

PRÆ

PRÆCOX FVGA, ſubita. Lucil. Satyr. lib. 8. *Anicula, aſpera atque præcox eſt fuga.* Ennius Annali octauo: *Præcox pugna eſt.* Nouius: *Huic puellæ præcoquis libido ineſt.* Varro Synephebis, περὶ ἐμμονῆς: *Verere ne manumittat, cùm hero boues tot, aut* HS *ſemis dare poſſis? Mittet; quòd ſi non mittet, fugies, ſi me audies, cùm tempus reuocat, ea præcox eſt fuga.*

PRÆDIATVS, diues, cui multa prædia. Apul. Florid. *Lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata veſtibulo, ipſe benè veſtitus, benè prædiatus.*

PRÆDONCVLVS, prædo. Cato in Epiſtolis: *Quia ſæpè vtiles videntur prædonculi.* Feſt.

PRÆDOTIVNT, præoptant. Idem.

PRÆFAMEN, præfatio. Symm. lib. 2. epiſt. 34. *Nam recordaris te hoc præfamine epiſtolam texuiſſe, nihil hac ætate tractandum penſius domeſticis rebus.*

PRÆFAMINO, pro præfato. Cato cap. 135. *Thure, vino, Iano, Ioui, Iunoni præfamino.* Et cap. 140. *Ianum Iouémque vino præfamino.*

PRÆFANDA, turpia, quibus honorem præfari oportet. Quintilianus: *Vitandum eſt cùm iunctura deformiter ſonat, vt cum hominibus nos loqui dicimus, niſi hominibus medium ſit, in præfanda videmur incidere.*

PRÆFERICVLVM, vas æneum ſine ansâ, patens, quo ſacerdotes vtebantur in ſacrario Opis Conſiuæ. Peculiaria enim inſtrumenta antiqui Romani in ſacrificiis vſurpabant, qualia ſunt, *acerra, thuribula, præfericula, ſimpula, capedines, vrnulæ, pateræ, patellæ, diſci, ſeceſpitæ, ſcuæ, enclabria, dolabræ, aquaminaria, ollæ, aſperſoria, litui*, & id genus alia: de quibus Varro, Macrobius.

PRÆFERRATVS, ferro vinctus. Plaut. Persâ: *Pluſculum annum fui præferratus apud molas, tribunus vapularis.*

PRÆFESTINATIM, citò. Siſenna hiſtor. lib. 4. *Iidem perſeuerauerunt vti lex perueniret ad prætorem, & iudices quos vellent inſtituerent præfeſtinatim & cupidè.*

PRÆFICA, mulier ad lamentandum in funere conducta. Lucil. Saturarum lib. 2.

——————— *mercede quæ*
Conducta flent alieno in funere præficæ
Multum, ac capillos ſcindunt, ac clamant magis.

Plaut. Friuolariâ: *Superabóque omnes argutando præficas.* Idem Trucùlento: *Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro præficâ.*

PRÆFISCINE, vel PRÆFISCINI, id eſt, ſine faſcino, Gr. ἀβασκάντως. addebant hanc voculam qui alium laudabant, quo teſtabantur, ſe laudare alios non animo faſcinandi, & cum liuore; ſed candidè, & ſyncerè. Titinius in Setina, cùm inducat quendam dicentem: *Paulla mea, amabo.* ſubdit alius: *Pol tu ad laudem addito præfiſcini, ne puella faſcinetur.* Ex eodem more Plautus Aſinariâ: *Præfiſcinè hoc nunc dixerim, nemo me accuſauit meritò.* Idem Rudente: *Vt ſine labore hanc extraxi præfiſcinè*, id eſt, explicatore Lamb. Quàm minimè laboriosè extraxi vrnam ex puteo! Abſit verbo inuidia, ignoſcat mihi Nemeſis. Apul. Florid. *Gratum eſſe*

populo,

populo, placere ordine, probari magistratibus & principibus, id(præfiscinè dixerim) mihi iam obtigit.

PRÆFLORATA MVLIER, priùs deflorata. Apul. in Apologiâ: *Vidua venit iam ab alio præflorata.*

PRÆGNAS, PRÆGNATIS, pro prægnantis. Pacuu. Peribœâ: *Retinebitur vir vt voluntate suâ probabili prægnatem non exigat.* Plaut. Milite: *Meri bellatores gignuntur, quas hic prægnates fecerit.* Idem Truculento: *Equidem nec peperi vnquam, nec prægnas fui, verùm assimulaui me esse prægnatem.*

PRÆGRADO, prægredior. Pacuu. Atalantâ: *Extremum intra campterem ipsum prægradat Parthenopæum.* Non.

PRÆIVRATIONES faciebant, qui ante alios conceptis verbis iurabant, post quos illi dicebant: Idem in me. Fest.

PRÆLAVITVR, prælauitur. Apul. Apolog. *Cæterùm qui sese sciat orationem prompturum neque inutilem, neque iniucundam, eius mento os vt bono poculo poculum prælauitur.*

PRÆLIA, partes sunt belli. Lucil. Satyr. lib. 26. *Vt populus Romanus victus vi & superatus sæpè præliis est multis: bello verò nunquam, in quo sunt omnia.* Virg. Æneid. lib. 11. *Infantem fugiens media inter prælia belli.*

PRÆLIANT, pro præliantur. Ennius Achille: *Ita mortales inter se pugnant, præliant.* Cic. de diuinat. lib. 8. *Endemus prælians ad Syracusas, occidit.*

PRÆLIARES DIES, quibus fas erat hostem lacessere: quibusdam enim diebus vetitum fuit. Pompeius F.

PRÆLVMBARE, lumbos præfrangere. Nouius Vindemiatrice: *Cœpit vnumquemque prælumbare fustibus.*

PRÆMESSAS spicas vocarunt quas cùm primùm messuissent Cereri offerebant: & *Præmetium*, quod prælibationis causâ præmetitur. Glossarium: *Præmetium, ἡ πρὸ θερισμοῦ ἀπαρχὴ θυσία.*

PRÆMIATORES, nocturni prædones. Nouius Agrypnuntibus: *Nam in scenâ vos nocturnos cœpit præmiatores tollere.*

PRÆMODVM, prætor modum. Liu. Odysseâ: *Parcentes*, inquit, *præmodum.* Gell. lib. 7. cap. 7.

PRÆPEDIMENTVM, impedimentum. Plaut. Pœnulo: *Agite, intro abite, ne vos hîc mecum conspicetur leno, neu fallaciæ præpedimentum obiiciatur.* Lucr. lib. 3. *Lumina luminibus quia nobis præpediuntur.*

PRÆPETES AVES, (οἰωνοὶ ταχυπτέρυγες Homero) ex augurali disciplinâ vocantur, quæ alis porrectis opportunè præuolant, idoneásve capiunt sedes. Hygin. Iis contrariæ aues *inferæ.* Nigid. Figulus lib. 1. augurij priuati. Nec ipsæ duntaxat aues quæ prosperiùs præuolant, sed etiam, quos capiunt, loci *præpetes* appellantur. Ennius annali primo:

Præpetibus hilares sese polcrisque locis dant.

Idcirco Dædali pennas *præpetes* dixit poëta, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat, in tutiora peruenerat. Virg. Æneid. lib. 6.

Dædalus, vt fama est, fugiens Minoïa regna
Præpetibus pennis ausus se credere cælo.

In

In ſecundario autem ſignificatu *præpes*, pro προπετὴς, proſper & citus. Trimatius lib. 2. Iliados:

Dum dat vincenti præpes victoria palmam.

Ennius lib. 15. annal. de pugnâ Cæcil. Trib.

Nec reſpirandi ſit copia præpete ferro: de ingruentibus in illum, imbris inſtar, telis.

PRÆRIPIA, loca quæ ſunt præripa fluminis. Apul. in Apologiâ: *Cùm egreſſus in præripia fluminis hi auit.*

PRÆSAGIRE, acutè ſentire; vnde *ſagæ anus*, multiſciæ: *ſagaces canes*, qui cubilia ferarum præſentiſcunt. Terent. Heaut. *Sed neſcio quid profectò mihi animus præſagit mali.* Plaut. Aulular. *Præſagiebat mihi animus fruſtrà me ire, cùm exirem domo.* Virg. Æneid. lib. 2.

Agnouit longè gemitum præſaga mali mens. Ibidem:

Et linguæ volucrum & præſagi fulminis ignes.

PRÆSAGITIO, præſagium. Cic. de diuinat. lib. 1. *Ineſt igitur animis præſagitio extrinſecus iniecta, atque incluſa diuinitus.*

PRÆSAGITVR, pro præſagit. Plaut. Bacchid. *Occidi: animus iam iſtoc dicto plus præſagitur mali.* Sic *comperior, fruticor*, pro comperio, frutico. Saluſtius Iugurthâ: *Sed ego comperior Bocchum magis Punicâ fide.* Apul. in Apolog. *Ibi ego comperior omnes iudices tanto poëtæ adſurrexiſſe.* Tacit. hiſtor. lib. 4. *Grauem & ſapientem virum fuiſſe comperior.* Cic. ad Attic. lib. 15. *Exciſa enim eſt arbor, non euulſa, itaque quàm fruticetur vides.*

PRÆSEGMINA, quæ vnguibus eminulis præſecantur. Plaut. Aululariâ:

Quin ipſi pridem tonſor vngues dempſerat,
Collegit, omnia abſtulit præſegmina.

Gloſſæ: *præſegmina, ἀπωνυχισμαῖα.*

PRÆSENTE NOBIS, pro præſentibus. Nouius in Maniâ Medicâ: *Te Mania Medica volumus dono dare pulcro, præſente omnibus.* Pomponius Syris: *Quidam mihi apud forum præſente teſtibus vendidit.* Accius Menalippo: *Eſt res aliqua quæ præſente his priùs maturè incidit.* Feneſtella annal. lib. 2. *Et quædam exta præſente ſuis, quædam abſente porreciſſem.* In leg. XII. Tabul. REM. VBEI. PAGVNT. ORANTO. NI. PAGVNT. ANTE. MERIDIEM. IN. FORO. AVT. IN. COMITIO. CAVSAM. CONIICIVNTO. POST. MERIDIEM. PRAESENTE. AMBOBVS. LEITEM. CONDICITO. Plaut. Amphitr. *Nec nobis præſente quiſquam niſi ſeruus Soſia adfuit.*

PRÆSEPIA, æ; & PRÆSEPIS, pro præſepe. Varro de R.R. lib. 1. cap. 13. *Illic laudabatur villa, ſi habebat culinam ruſticam bonam, præſepias laxas, cellam vinariam & oleariam, ad modum agri aptam.* Plaut. Curcul. *Quin reciperet ſe huc eſum in præſepiam ſuam.* Idem Rudente: *Ad meum herum arbitrum me vocat hic intra præſepeis ſuas.* Et Caſinâ: *Scit, ſi id impetret, futurum quod amat intra præſepes ſuas.*

PRÆSIDATVS, præſidis dignitas: vnde & *præſidalis.* Vopiſc. in Carino: *Tunc autem præſidatum Dalmatiæ adminiſtrabat.* Spartianus in

Tetrico: *Præſidatum in Galliâ regentem.* Ibidem: *Qui iure præſidali omnes Gallias rexerat.*

PRÆSIDERATIO dicitur cùm maturiùs hiberna tempeſtas monetur, quaſi ante tempus ſideris. Plinio lib. 18. cap. 25. dicitur *prochymeſis*, cui contraria *epichymeſis* eſt: in illâ enim præcurrit tempeſtas, in hac pòſt venit.

PRÆSTINARE, emere, & emendo tenere. Plaut. Captiueis: *Iubeñ annon iubes adſtitui ollas, patinas elui, laridum atque epulas foueri foculis ardentibus, alium piſces præſtinatum abire?* Idem Epidico: *Vt enim præſtines argento prius quàm venit filius.* Et Pſeudolo: *Vt piſcium quidquid eſt, pretio præſtinem.* Apul. in Apologiâ: *Quantulo precio mulier locuples agellum ſuum præſtinarit.* Idem lib. 9. de aſino: *Quidam piſtor de proximo caſtello prædeſtinauit.*

PRÆSTITES olim dicebantur qui nunc antiſtites. Ouid. Faſt. lib. 5.

Præſtitibus Maiæ laribus videre Calendæ
Aram conſtitui paruaque ſigna Deûm.

PRÆSTOLARI, ſtando aliquem morari. Siſenna hiſtor. lib. 3. *Occultè tacitéque aduentum cohortium præſtolari accipiunt.* Terent. Eunucho: *Quem præſtolare Parmeno hîc ante oſtium.*

PRÆSTOLO, propræſtolor. Turpil. Pedio: *Ego præſtolabo hîc illum ante hoſpitium.* Liuius Tereo: *Nimis pol imprudenter ſeruos præſtolaras.* Non.

PRÆSTRINGVERE, quaſi valde ſtringere, & claudere. Lucil. Sat. lib. 30.

Præſtringuátque oculorum aciem ſplendore micanti.

Varro Andabatis: *Aurum non minus præſtringuit oculos, quàm τὸ σὺν κράτῳ.* Cic. lib. 2. de fin. *Aciem animorum noſtrorum virtutis ſplendore præſtringitis.* Plaut. Milite: *Oculorum præſtringuat aciem in acie hoſtibus.*

PRÆTERBITO, prætereo. Plaut. Epidico: *Caue præterbites vllas ædes quin roges, ſenex vbi habitet Periphanes.* Et Pœnulo: *At ne inter vias præterbitamus metuo.*

PRÆTEXTA, toga cui purpura prætexebatur. Inſigne erat magiſtratuum Hetruſcorum: Tullius autem Hoſtilius, rex Romanorum tertius, debellatis Hetruſcis, ſellam curulem, togámque pictam & prætextam primus vt Romæ haberentur, inſtituit: poſtmodum Tarquinius Priſcus rex de Sabinis egit triumphum, quo bello filium ſuum annos natum quatuordecim, quòd hoſtem manu percuſſerat, bullâ aureâ prætextáque donauit: atque ita quam priùs non vſurparat, puerili ætati prætexta conceſſa eſt. Verrius. Macr. Saturn. lib. 1. cap. 7. Cic. de ſuppliciis: *Sententiæ dicendæ loco, togam prætextam, ſellam curulem ius imaginis ad memoriam poſteritatémque prodendam.* Horat. lib. 2. Satyrâ 5.

Fundos Auſidio Luſco prætore libenter
Linquimus, inſani ridentes præmia ſcribæ,
Prætextam, & latum clauum, prunæque batillum.

PRÆTEXTATVS, prætextâ indutus. Iuuenalis Satyra 1.

Quem

Quem patitur dormire nurus corruptor auaræ?
Quem ſponſæ turpes & prætextatus adulter? Et Satyra 2.
Sic prætextatos referunt Artoxata mores.
Sueton. Iul. Cæſare: *Admodum diues prætextato deſponſata fuerat.*

PRÆTEXTVS, pro prætextatus. Horatius:
Vel qui prætextæ, vel qui docuere togatæ.

PRÆTORIA PORTA, in caſtris, quâ exercitus ad prælium educitur, *prætoria cohors*, quæ à prætore vel conſule non diſcedebat.

PRÆVARVS, prævaricatus, intempeſtiuus. Apul. Florid. *Vt qui diligentiſſimè animaduertit venarum pulſus inconditos & prævaros.*

PRÆVERTO, pro prævertor, antepono. Plaut. Amphitr. *Ibi me inclamat Alcumena, iam ea res me horrore afficit, herilis prævertit metus.* Ibidem: *Illuc redeundum eſt mihi, ne me vxorem prævertiſſe dicant præ republicâ.* Symm. lib. 3. epiſt. 15. *Ne fortè reditum noſtrum aui tui ſubita prævortant.*

PRÆVIVS, antecedens. Cic. in Arato:
Alcyon genuit claris delapſus ab aſtris
Prævius auroræ, Solis, noctiſque ſacerdos.

PRÆVORTOR, prævenio. Virg. Æneid. lib. 4.
——— *volucrémque fugâ prævortitur Hebrum.* Plaut. Milite:
Igitur id quod agitur, huic primum prævorti decet.

PRANDICVLA, ientacula. Feſt.

PRANSVS, etiam dicitur adfluens, vbi nihil deeſt. Varro Flextabulis, ὡς ἐπαρχιῶν: *Quare ô Marce pranſum ac paratum eſſet hoc minimè oportet.* Non.

PRATVS, pratùm. Innoc. *Sub ſe campum, ſub campo alueus curr it, & citra alueum pratus, & trans pratum aqua viua.*

PRECEM, pro preces. Plaut. Captiueis: *Quod antehac iure imperabam meo, nunc oro te per precem.* Horat. lib. 1. epiſt. 13.
——— *oratus multa prece nitere porrò.*

PRESSVS, compreſſio. Cic. de Oratore lib. 3. *Valerium Soranum leuitate vocis atque ipſo vocis preſſu & ſono facilè vincat.*

PRIMIGENIVS SVICVS, qui in condendâ vrbe nouâ, tauro & vaccâ deſignationis cauſa ducebatur. Feſt. *Primigenia pecuaria,* oues quæ ſunt ad fœturam habiles. Varro de R. R. lib. 2. *Ego opinor incipiam primus, quoniam in me videre conieciſſe oculos & dicam de primigeniâ pecuariâ.*

PRIMITVS, & PRIMITER, pro primò. Pompon. Maccis Geminis: *Bono animo es video, eripis primiter de pannibus.* Lucil. Satyr. lib. 5.
Vt cùm primitiis ficus propala recentes
Protulit, ingenti pretio dat primitùs paucas.
Varro lib. 1. de R. R. cap. 31. *Igitur in vitiario primitùs cùm exit vitis, tota reſecari ſolet, vt firmiore ſarmento è terra exeat.* Et cap. 48. *Spica ea quæ mutica non eſt in ordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam, & etiam primitùs ſpica cùm oritur vaginam.*

PRIMNESIVM, funis nauticus, quo palo nauis alligatur: alij

tonſillam vocant.

PRINCEPS, pro primus. Cic. de orat. *Herodotus ille qui princeps hoc genus ornauit.* Virg. Æneidos lib. 9.

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Lucr. lib. 5.

——— *Deus ille fuit, Deus, inclyte Memmi,*
Qui princeps vitæ rationem inuenit eam, quæ
Nunc appellatur ſapientia.

PRINCIPIALE, quod habet principium. Lucr. lib. 3.

Omnis enim ſenſus quæ mulcet cauſa iuuátque
Haut ſine principiali aliquo læuore creata eſt. Et lib. 5.
Scire licet cæli quoque idem terræque fuiſſe
Principiale aliquod tempus.

PRIOR BELLVM, pro prius. Claudius Annal. lib. 8. *Qui prior bellum quod cum his geſtum eſt meminiſſent.* Ibidem: *Vbi decreuerunt, commemorant Graccho prior fœdus, Pompeianum non eſſe ſeruatum.* Antias annali 6. *Hoc ſenatuſconſultum prior factum eſt.* Sic Caſſius Heminâ annalem ſuum quartum inſcripſit: *Bellum Punicum poſterior.* Priſc. lib. 7.

PRIORSVM, εἰς τὸ ἔμπροσθεν: cui opponitur retrorſum. Macr. lib. 7. Saturn. cap. 9. *Septem corporei ſunt motus: aut enim accedit priorſum, aut retrorſum recedit, aut in dextram læuámque diuertitur, aut ſurſum promouetur, aut deorſum, aut orbiculatim rotatur.*

PRISTIS, nauigij genus, ab illius formâ piſcis. Claudius rerum Romanarum lib. 12. *Quinque priſtes: nauigium ea forma à marinâ belluâ dictum eſt.* Virg. Æneid. lib. 5.

Velocem Mneſteus agit acri remige Priſtin.

PRIVATÆ FERIÆ, dictæ ſacrorum propriorum, vt dies natalis, operationis, denicales. Macr. Saturn. lib. 5. cap. 16. *Sunt præterea feriæ propriæ familiarum, vt Claudianæ familiæ, vel Æmiliæ, ſeu Iuliæ, ſiue Corneliæ, & ſi quas ferias proprias quæque familia ex vſu domeſticæ celebritatis obſeruat.*

PRIVERÆ MVLIERES, priuatæ. Feſt.

PRIVIVIO, prior ſingulis. Idem. Afrianus Vopiſco:

——— *tu flagrio hibus priuiuio,*
Iucunditatis plus ineſt in te, mihi
Quàm commercatis conquiſitè edulibus. Non.

PRIVVM, vnumquodque: *priua*, ſingula. Lucil. lib. 30.

Culcitulæ accedunt binæ centonibu' priuis. Et lib. 1.
Ad cænam abducam, & primùm his abdomina thunni
Aduenientibu' priua dabo, cephaleaque, atarne.

Gell. lib. 10. cap. 20. Idem lib. 4.

Idne ægrè eſt magis, an quod pane & viſcere priuo
Quod viſcus dederas tumidum, hoc in viſcera largi?

Varro lib. 5. Analog. *Quòd tunc ferias priuas, quæ futuræ ſunt eo menſe, rex prædicit.* Plaut. *Exite & ferte fuſtes priuos in manu.* Acron. lib. 2. Serm. Sat. 4. Lucretius lib. 2.

Quòd ſi forte animas extrinſecus inſinuari
Vermibus, & priuas in corpora poſſe venire Credis.

Cato de R.R. cap. 3. *Trapetos bonos, priuos, impares eſſe oportet.*

PRIVVS, pro priuatus, caſſus. Apul.

Apul. Dæmonio Socratis: *Cæterùm profana Philosophiæ turba, vana sanctitudinis, prima veræ rationis, inops relligionis.*

PROBEAT, pro prohibeat. Lucr. lib. 1.

Nam siue est aliquid quod probeat efficiátque
Quò minùs quò missum veniat.

PROBITER, probè. Varro Octogesimo: *Postquam auida libido rapere ac concidere cœpit, séque opifice non probiter strepere.* Non.

PROCALARE, prouocare: à καλεῖν, vnde & Kalendæ, Kalumnia, Kalator, Kaculæ, Kalones. Fest.

PROCAPIS, progenies quæ ab vno capite descendit. Idem.

PROCARE, poscere; vnde *proci*, qui sponsam exposcunt; & *procax* meretrix, quæ semper sibi dari poscit: & *procacitas*. Liuius Ægystho:

Qui quòd parere vos maiestas mea procat,
Toleratis, ex templóque illum deducitis.

Terent. Hecyrâ: *Maligna multo & magis procax facta illico est.* Et Heautont. *Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis.* Suspicio incidit, an *Proceres* dicantur à *proeis*, ita vt principes populi dicantur ad similitudinem eorum, qui principes sunt in ambiendis nuptiis. causſam huic suspicioni præbent tam similitudo vocum, quàm versus Ouid. 10. Metam.

——— vndique lecti
Te capiunt proceres, totóque Oriente iuuentus
Ad thalami certamen adest.

PROCESTRIA, Ælius ædificia dixit esse extra portam: Artorius quæ sunt ante castra propugnacula. Glossarium: *Procestria, οἰκήματα πρὸ παρεμβολῆς.*

PROCINCTA CLASSIS, exercitus cinctus, iámque pugnaturus. Gell. lib. 1. cap. 11. & lib. 15. cap. 7. Plutarch. in Coriolano. Cic. de oratore lib. 1. Vide *Classis*.

PROCITARE, prouocare. *Citare* enim est vocare. Fest. Glossæ: *Procitat*, προκαλεῖται.

PROCITVM, pro procatum, petitum. Liuius Odysseâ: *Matrem procitum plurimi venerunt.* Idem.

PROCRAXE, proclamâsse, voce prodidisse: προκραξαι. Lucr. lib. 5.

Quippe vbi se multi per somnia sæpè loquentes,
Aut morbo delirantes procraxe feruntur.

PROCVBITORES, Cato in eo libro quem de re militari scripsit, dicit esse milites qui noctu custodiæ causa ante castra hostium excubant, cùm castra sunt in propinquo. Pomp.

PROCVDERE, prolatare, producere. Varro: *Legendo autem & scribendo vitam procudit.* Virg. lib. 1. Georgic.

——— durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem.

PROCVLINANT, promittunt ait significare Antistius de iure Pontific. lib. 9.

PROCVLVS, qui natus est patre à patria peregrinante. *Proculos* sunt qui dicant vocatos, qui patribus senibus, quasi ætate progressos, nati sunt. Glossæ: *Proculus* τηλέγονος.

PRODERE DIEM, differre. Cato: *Te C. Cæcili diem prodidisse militibus legionis tertiæ.* Terent. An-

driâ: *Credo impetrabo, vt aliquot ſaltem nuptias prodat dies.*

PRODERE REM, pro perdere. Ennius annal. lib. 16.

Non in ſperando cupidè rem prodere ſummam. Lucr. lib. 6.

Claudicat extemplo pinnarum niſus inanis,
Et conamen vtrinque alarum proditur omne.

PRODIGERE, conſumere. Cæcil. Hymnide: *Prodigere eſt cùm nihil habeas te irriderier.* Plaut. Neruolariâ: *Prodigum eſſe in amatorem addecet.* Idem Aulular. *Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere te liceat, niſi peperceris.* Tranquillus Nerone: *Laudabat mirabatúrque auunculum Caium nullo magis nomine, quàm quòd ingentes à Tiberio opes breui ſpacio prodegiſſet.*

PRODIGIALITER, prodigè. Horat. arte Poëticâ:

Qui variare cupit rem prodigialiter vnam,
Delphinum ſiluis appingit, fluctibus aprum.

PRODIGIATORES, prodigiorum interpretes. Feſt.

PRODIGITAS, profugio. Lucil. Satyr. lib. 6.

Nequitia occupat hos, petulantia, prodigitáſque.

PRODIGVÆ HOSTIÆ, quæ conſumuntur: vnde luxurioſi vocantur *prodigi*. Veranius.

PRODIGVS, qui prodigia facit: τερατοῦργος. Fronto de verb. diff. *Itaque qui prodigia faciunt prodigi vocantur.*

PRODINVNT, pro prodeunt. Ennius annal. 5.

Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent.
Sic obinunt, redinunt.

PRODIVS, prodeundo apparens. Varro Virgulâ diuinâ: *Primùm venit in vrbem atque intra muros, deinde accedit prodius, atque introiit domum.*

PRODVIT, prodiderit. In lege Cenſoriâ: PORTICVM. SARTAM. TECTAM. QVE. PRODVIT.

PROFECTVS, pro profecturus. Plaut. Aululariâ: *Nunc quò profectus ſum ibo, poſtidea domum me quantum potero recipiam.* Ibidem: *Poſsúmne ſcire quò profectus? cuius ſis?* Liu. lib. 35. *Quinctius, quò profectus erat, Demetriadem contendit.* Terent. Eunucho: *Detineo te, fortaſſe tu profectus alìo fueras.*

PROFESTVS HOMO, ἀνέορτος: qui, vt hoſtis, σωτεορταζὴς eſſe non permittitur, nec feſtis intereſſe, ſed excluditur vt ἐξαγίζος atque ſceleſtus. Gell. lib. vlt. cap. vlt. *Et quam ille homo feſtiuiſſimus fabulæ ſuæ ſpectandæ legem dedit, eandem ego commentariis his legendis dabo, vt ea ne attingat, néve adeat profeſtum ac profanum vulgus, & à ludo muſico diuerſum.*

PROFICISCO, pro proficiſcor. Turpil. Hetæra: *Hortatur hominem quamprimum proficiſceret.* Plaut. Milite: *Obſecro licet complecti priuſquam proficiſco.*

PROGENII, pro progeniei. Pacuu. Paullo:

Pater ſupreme, noſtræ progeniy patris,
Nunc ted obteſtor, celerè ſancto ſubueni Cenſori.

Gell. lib. 9. cap. 14.

PROGNARÈ, & PROGNARITER, apertè, audaciter, fortiter. Ennius lib. 5. annal.

— dimi

——— *diui hoc audite parumper,*
Vt pro Romano populo prognariter armis
Certando, prudens animam de corpore mitto.

Plaut. Persâ: *Ego scio herclè vtrumque velle: age indica prognariter.*

PROGREDI, pro progredere. Nouius Vindemiatoribus: *Quid stas? age moue te inanem, primus progredi.* Marcell.

PROIECTA SACRA, quæ fiunt fulgurante cælo: tunc enim proiecta depellendorum fulgurum malorum, vel procreandorum bonorum causâ fiunt. Fest.

PROILIVM, prælium. Plaut. Menæchmis: *Ego mihi istic hodie apparari iussi proilium, hodie vt fieret: in eo vterque pro Ilio potabimus.*

PROINDE, pro perinde. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Duabus vndulatis togis est opertum, proinde vt olim reges nostri vndulatas & prætextas togas soliti sunt habere.* Plancus Ciceroni: *Quod si proinde vt ipse merui, mihi succesſit.* Idem: *Vt proinde ad omnia essem paratus.* Terent. Phormione: *Proinde expiscare quasi non nosses.* Lucr. lib. 3.

Scipiades belli fulmen, Karthaginis horror,
Ossa dedit terræ, proinde ac famul infimus esset.

PROLATO ÆRE, scuto ante se protento. Ennius Achille: *Aristarchus prolato ære adstitit.* Fest.

PROLETARII, ciues in plebe viliſſimi, qui non amplius ∞ CL. æris in censum deferebant. Cassius annal. lib. 2. *Tunc Marius proc. primum proletarios armauit.* Cato de tribunis militum: *Expeditio pauperum, plebeium, atque proletarium.* Varro de vita pop. Rom. lib. 2. *Quibus erat pecuniæ satis, locupletes, assiduos: contrarios, proletarios.* Ennius lib. 3. annal.

Proletariu' publicitus scutisque feróque
Ornatur ferro.

Gell. lib. 16. cap. 10.

PROLETARIVS SERMO, plebeius, vulgaris. Plautus Milite: *Nam proletario sermone nunc quidem hospes vtere.*

PROLIXITVDO, prolixitas. Pacuu. Duloreſte: *Oro ne in me flectas fandi prolixitudinem.* Non.

PROLOGIVM, proloquium, initium orationis. Pacuu. Hermionâ: *Quid est? nam me exanimasti proloquio tuo.* Fest.

PROLVBIVM, & PROLVBIDO, ab eo quod lubet. Accius Andromedâ: *Muliebre ingenium, prolubium, occasio.* Laber. Compitalibus: *Quo quidem me à matronali pudore prolubium meretricis progredi coëgit.* Nouius Colace: *Et volo & vereor, & facete in prolubio est.*

PROLVGERE dicuntur qui solito diutius lugent. Virg. Æneidos lib. 9.

——— *nec te, tua funera mater*
Proluxi, presſive oculos, aut vulnera laui *Veste tegens.*

PROLVVIVM, profusio. Terent. Adelphis: *Quod proluuium? quæ hæc subitò largitas?* Cæcil. Hypobolimæo: *Quod proluuium, quæ voluptas, quæ te lactat largitas?*

PROMELLERE, promere, vel promouere litem. Fest.

PROMERVAT, promouet. Idem.

PROMERCALE, merx venditioni expoſita. Sueton. Iul. Cæſ. cap. 54.

Vnde

Vnde factum vt auro abundaret, terniſque millibus nummûm in libras promercale per Italiam prouinciáſque diuenderet. Inſtrumentum terminorum inter Fouencularios & Auſurios, inuentum in Vrbe, extra portam Collinam, in via Salaria: IMP. CÆSAR. M. AVRELIVS ANTONINVS. AVG. GERM. SARM. HOS LAPIDES CONSTITVIT PROPTER CONTROVERSIAS QVÆ INTER MERCATORES ET MANCVPES ORTAE ERANT VTI FINEM DEMONSTRARENT VECTIGALI FOVENCVLARII ET ANSVRII PROMERCALIVM SECVNDVM VETEREM LEGEM SEMEL DVNTAXAT EXIGENDO. Colum. lib. 1. cap. 8. *Neue negocietur ſibi, pecuniámque domini aut animalibus, aut rebus aliis promercalibus occupet.*

PROMERES, pro promereris. Plaut. Trinummo: *Nam retineri nequeo quin dicam ea quæ promeres.*

PROMI & CONDI, cellarij, qui promunt ac condunt. Plaut. Pſeudolo: *Promus condus ſum, procurator peni.* Ibidem: *Ædepol feciſti prodigum promum tibi.* Et Trinummo: *Ne admittam culpam, ego ſum meo promus pectori.*

PROMICARE, extendere, porrò iacere. Næuius Atellariâ: *Siquidem loqui vis, non perdocere, multo longè promicanda oratio eſt.* Non. Apul. lib. 3. Metam. *Me renitentem, lacrimiſque promicantibus crebra ſingultientem, clementi violentiâ ſecum attraxit.*

PROMISCAM, pro promiſcuè. Varro Epigram.

Vnam virtutem propriam mortalibu' fecit,
Catera promiſcam voluit communia haberi.

Plaut. Pſeudolo: *Nunc ego Simonem mihi adueniat velim, vt mea lætitia lætus promiſcam ſiet.* Idem Rudente: *Eamus intro omnes, quando operam promiſcam damus.*

PROMISSVS CAPILLVS, longus, prolixus: quaſi porrò miſſus. Varro Modio: *Qui tum erant in Græciâ, comâ promiſsâ, rasâ barbâ, pallia trahentes.* Plaut. Rudente: *Capillum promittam, optimum eſt.*

PROMONSTRA, prodigia. Feſt.

PROMPTO, promptè porrigo, ſæpè promo. Plaut. Bacchid. *Nam illum meum malum promptare malim quàm peculium: quia malum ſi promptet, indies faciat minus.* Idem Pſeudolo: *Siquidem etiam ſupremi promptes theſauros Iouis.*

PROMVLCO AGI nauis dicitur, cùm ſcaphæ fune trahitur. Vide *Remulcum.*

PROMVLSIN, cibum appellabant è mulſo, quo ante primum hauſtum veſcebantur, quod vacuis & inanibus venis initio dulcem eſſe potionem infundendam putarunt: de quo Horatius lib. 2. Sat. 4.

Auſidius forti miſcebat mella Falerno
Mendosè, quoniam vacuis committere venis
Nil niſi læue decet, leni præcordia mulſo
Prolueris melius, ſi dura morabitur aluus.

Et Varro de R. R. lib. 3. *Fauus venit ad altaria, & mel ad principia conuiuij.* Cic. Papiriano: *Non eum quem*

quem tu es ſolitus promuliſide confi-cere. Petron. Arbiter: *Tam rude hoc vaſculum bellè cras in promulſide libidinis noſtræ militabit.*

PRONATVS, proſtratus, pronus. Sid. lib. 5. epiſt. 17. *Ad hoc per cataſtro-pham ſæpè pronatus ægrè de ruinoſo flexu ſe recolligit.* Et lib. 8. epiſt. 3. *Quia poſt facinus ipſi latrones ad pa-uimentum conuerſa defuncti ora pro-nauerant.*

PRONIS TRABS, pro prona. Var-ro Parmenone: *Alia trabs pronis in humum accedens, proximè frangit ra-mos eadens.* Non.

PROPAGES, continuus ordo: nam *pages* eſt compactio: vnde *propa-gare*, quod eſt genus iuge latè di-mittere. Pacuu. Antiopâ: *Saluete ge-mina mei propages ſanguinis.*

PROPAGMEN, propago. Ennius lib. 4. Annal.

Nobis vnde forent fructus, vitaque propagmen.

PROPERATIM, properè, citò. Cæ-cil. Plocio: *Properatim iſtuc in te-nebris confectum eſt opus.* Quadrig. annal. lib. 2. *Eò properatim conſules exercitum deducunt.* Pompon. Buc-cone adoptato: *Pergis properatim.*

PROPERITER, citò. Accius Te-lepho: *Remiſque nixi properiter nauem in fugam tradunt.* Pacuu. Teucro: *Mihi claſſem imperat Theſ-ſalam noſtrámque in altum properiter deducerem.* Apul. lib. 1. de aſino aureo: *Bene ego: & illico ei literas Demeæ trado: quibus properiter per-lectis, amo, inquit, meum Demeam.* Idem lib. 5. *Hic quiritans properi-ter emergit è mari, ſuúmque protinus aureum thalamum petit.* Et lib. 6. *Tu quæ ferebamus amoliri properiter.*

PROPITIABILIS. Ennius Capiunculâ: *Huic animus eſt propi-ciabilis.*

PROPRITIM, & PROPRIA-TIM, propriè. Lucr. lib. 2.

Quod genus humanum propritim de quibus actum eſt.

Scilicet vt riſu tremulo concuſſa ca-chinnant.

Arnob. lib. 3. *Vſque adeò res exigit propriatim Deos ſcire.*

PROPRIVM, æternum, perpe-tuum. Lucil. Satyr. lib. 27. *Cùm ſciam nihil in vitâ proprium mortali datum.* Accius Medeâ: *Fors domi-natur, neque vlli vita propria in vitâ eſt.* Idem Armorum iudicio: *Nam non facile ſine Deûm operâ propria humana ſunt bona.* Afran. Vopiſco: *Dij tibi dent propria quæcumque exo-ptas bona.* Hirtius de bello Afric. *Quod proprium gaudium bellantibus fortuna tribuere non decreuit.* Plaut. Ciſtellariâ: *Atque illum amatorem tibi proprium futurum in vitâ.* Te-rent. Andriâ: *Ego propterea Deo-rum vitam ſempiternam arbitror, quòd voluptates eorum propriæ ſint.* Virg. Æneid. lib. 3.

Da propriam Tymbræe domum.

Et lib. 6.

——— *propria hæc ſi dona fuiſſent.*

Item ſtabile, & inprimis de matri-moniis vſurpatur, vnd e Artemid. lib. 1. cap. 2. vxorem vocat ἰδιοκτή-την, rem propriiſſimam.

PROPTERVIAM, ſacrificium fuit apud veteres quod fiebat profi-ciſcendi causâ Herculi, aut Sanco; in quo mos erat, vt ſi quid ex epu-lis ſuperfuiſſet, igne conſumere-tur: vnde iocus Catonis in Albi-dium; quem, cùm bona ſua abli-guriiſſet, & nouiſſimè domum quæ reliqua ei erat, incendio amí-

ſiſſet, propteruiam feciſſe dicebat Cato. Laber. Paupertate : *Viſus hac nocte bidentes propteruiam facere.* Macr. Saturn. lib. 2. cap. 2. Gell. lib. 10. cap. 4. Plaut. Rudente: *Vt mea eſt opinio, propteruiam illi ſunt vocati ad prandium.*

PROPVDIOSVS, αἰσχρυργὸς. Apul. Apolog. *Domus eius tota lenonia, tota familia contaminata, ipſe propudioſus, vxor lupa.* Sid. lib. 9. epiſt. 4. *Igitur hîc proximè abrupto contubernio ancillæ propudioſiſſimæ.*

PROPVDIVM, quaſi procul à pudore. Plaut. Curcul. *Quid ais propudium, túne etiam cum noctuinis oculis odium me vocas?* Apul. 8. *Ante ipſam menſam ſpurciſſima propudia illicitæ libidinis extrema flagitia infandis inguinibus efferantur.*

PRORSI limites, qui ſunt ad Orientem directi, in menſurationibus agrorum dicuntur. Feſt. Hygen. de lim. agr. *Poſtea & prorſos & tranuerſos limites appellauerunt, à liminibus, quòd per eos agrorum itinera ſeruantur.* Auth. de lim. conſt. *Reliquos limites fecerunt angustiores, & qui ſpectabant in orientem prorſos, qui ad meridianum tranſuerſos appellauerunt.*

PRORSVS, directa. Lucil. lib. 30.

Quid ſibi vult? quare ſit vt intro verſus & ad te
Spectent atque ferant veſtigia ſe omnia prorſus?

Plaut. Pſeudolo : *Non prorſus, verùm in tranſuerſo cedit, quaſi cancer.* Idem Milite : *Prorſus Athenis protinus ibo tecum.* Terent. Hecyrâ: *Trepidari ſentio, curſari rurſum prorſum.* Apul. Florid. *At iam & prorſa & verſa facundia veneratus ſum.*

PROSARIVM, proſum, non ligatum. Sid. lib. 3. epiſt. 14. *Meas nugas confectas opere proſario, ſeu poetarum ſtylo cantilenoſas.* Et lib. 9. epiſt. 16. *Ne ſi epilogis muſicis opus proſarium clauſerimus.* Et lib. 9. epiſt. 13. *Pareo iniunctis, licèt ſi vnquam modo maximè proſario loquendi genere diſtrictus occupatúſque.*

PROSAPIA, & PROSAPIES, progenies porrò iacta. *Supare* enim eſt iacere. Cato Originum lib. 1. *Veteres proſapias & multa alia apud multas.* Plaut. Curculione : *De Coclitum proſapia ted arbitror, quia vnoculus es.* Et Mercat. *Rogitares quis eſſet, aut vnde eſſet, quâ proſapiâ.* Saluſt. Iugurthâ : *Hominem veteris proſapiæ.* Sic *planitia, mollitia,* & planities, mollities. Cæſar bell. ciuil. *Erat inter oppidum Vernam & proximum collem planitia.* Idem de bello Alexand. lib. 4. *Planitia ex omnibus partibus ſubiecta.* Liuius lib. 49. *Mollitia hoſtium regiſque opibus ditiores.* Varro lib. 1. de R. R. *Propter fœmineam mollitiem.*

PROSECTA, exta quæ aris dantur ex fibris pecudum. Licinius Macer Ornithogoniâ :

——— *volgari tosta vapore*
Cum ſiluis proſecta ferunt.

Papin. Thebaidos lib. 5.

——— *vbi aduerſo dederat proſecta Tonanti.*

PROSEVCHÆ, loca vbi mendici ſtipem efflagitabant. Quidam fana Iudæorum fuiſſe arbitrantur, quòd oracula quædam, ſeu oratoria eſſent. Philo : ἐπίσατο γὰν καὶ προσευχὰς ἔχοντας, καὶ σωιόντας εἰς αὐτὰς, καὶ μάλισα ταῖς ἱεραῖς ἑβδόμαις. Cleomedes : τὰ δὲ λοιπὰ μίσης προσευχῆς, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς προσαιτούντων. Iuuenalis Sat. 3. *Nil mihi*

mihi respõdes? aut dic, aut accipe calcẽ: Ede vbi consistas, in quâ te quæro prosecuchâ.

PROSFERARI, impetrare. Lucil. Satyr. lib. 26. *Nec minimo prosferetur pax, quòd Cassandram signo diripuit.*

PROSEDÆ, scorta quæ ante stabula sedent expectãtes amatores. Plaut. Pœnulo: *Turba nunc est apud aram, an ibi vis inter istas versarier prosedas, pistorum amicas, halicarias?*

PROSICIES, idem quod prosecta. Lucil. Sat. lib. 14.

Cænam inquit nullam, neque diuo prosiciem vllam.

Varro rerum diuinarum lib. 11. *Prosiciem extorum vel in mensam porricere.* Arnobius lib. 7. *Quid si omnes has partes, quas prosicias dicimus, accipere diy amant.* Glossæ: *Prosiciæ, αἱ τῶν θυσίων ἀπαρχαὶ.*

PROSIMVRIVM, pontificale pomœrium, vbi Pontifices inaugurabantur. Fest.

PROSITA, proposita. Idem Glossarium: *Prosita, προκειμένη.*

PROSTIBVLVM, meretrix quæ stat expectans ante stabulum. Plaut. Clitellariâ: *Intra ad bonam meretricem: adstat hæc in via solâ, prostibulum sanè est.* Idem Aululariâ: *Bellum verò & pudicum prostibulum popli.* Et Sticho: *Prostibuli est autem stantem stanti dare suauium amicum amicæ.* Persâ: *Hic faciet te prostibulum propediem.*

PROSVM, pro prorsus: vt *rusum*, & *susum*, pro rursus & sursus. Afran. Emancipato: *Vetuit me sine mercede prosum Paccius remeare ad ludum.* Fest. Vide *Susum.*

PROSVMIA, genus nauigij speculatorum, paruum. Cæcil. Amphitrione: *De nocte ad portum vectur sum prosumiâ.* Idem Meretrice: *Cui gubernator propè euertit prosumiam.*

PROTELARE, longè propellere: ἀπὸ τῆλε, seu ἀπὸ τῆλε & ἐλᾶν. Sisenna histor. lib. 4. *Duæ cohortes de subsidio procedunt, atque equites protelant.* Turpil. Lemniis: *Propter peccatum pauxillum indignissimè patriâ protelatum esse sauitiâ patris.* Varro de liberis educandis: *Remotissimum ad discendum formido ac nimius timor, & omnis perturbatio animi: contrà delectatio protelum ad discendum.* Terent. Phormione: *Ne te iratus suis sauidicis dictis protelet.* Apul. lib. 8. *Sed hanc ipsam cladem vestris protelamus manibus.* Idem lib. 9. *Arreptis huiusmodi telis, mutuóque vt exitium commune protelarent, cohortati.* Symmach. lib. 1. epist. 90. *Vereor protelare testimonium meum, ne magis laudi eius obsequutus iudicer quam pudori.* Idem lib. 6. epist. 6. *Solatiis enim leniendus est animus, quoties protelantur optata.*

PROTELVM, impulsus, tenor. Lucil. Sat. lib. 12.

Hunc iuga mulorum protelo ducere centum
Non possunt. Idem lib. 6.
Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
Ducere protelo validis ceruicibu' possent.

Cato Originum lib. 5. *Sed protelo trini boues vnum aratrum ducent.* Lucr lib. 4.

Suppeditatur enim confestim lumine lumen,
Et quasi protelo stimulatur fulgure fulgur. Idem lib. 2.
——— *corpuscula materiai*

Ex infinito ſummam rerum vſque tenere
Vndique protelo plagarum continuato.

PROTENIS, vide *Protinam.*

PROTERVITER, proteruè. Ennius Pancratiaſt. *Quis eſt, qui noſtris foribus tam proteruiter?*

PROTHYMÈ, hilariter, προθυμῶς. Plaut. Pſeudolo: *Hoc ego modo atque herus minor hunc diem ſumpſimus prothymè.*

PROTHYMIÆ, promptæ voluntates, προθυμίαι, animi alacritates. Plaut. Sticho: *Vides vt annona eſt grauis: vt benignitates hominum periere & prothymiæ.* Ibidem: *Quot riſiones, quot iocos, quot ſauia, ſaltationes, blanditias, prothymias?*

PROTINAM, & PROTENIS, pro protenus, ſtatim. Afran. epiſt. commiſſa: *Tum protenis rectà domum digredimur.* Næuius Colace: *Vbi vidi exanimabiliter timidis pedibus me protinam dedi.* Plaut. Aſtrabâ: *Dare pedibus protinam ſe ab his regionibus.* Idem Curculione: *Oſtium vbi conſpexi, exinde me illico protinam dedi.* Idem Caſinâ: *Hàc dabo protenam me in fugã.* Et Bacchid. *Quæ vt adſpexi, me continuò contuli protinam in pedes.* Persâ: *At ne cum argento protinam commutes domum moneo te.* Terent. Phormione: *Aliquid conuaſaſſem, atque me coniicerem protinam hinc in fugam.*

PROTOLLO, profero. Plaut. Pſeudolo: *Manum ſi protollet, pariter proferto manum. Protollo*, differo. Lucil. Satyrarum lib. 1.

Si non amplius ad luſtrum hinc protolleret vnum.

Plaut. Caſinâ: *Protollo mortem mihi.* Ibidem: *Nec viri vitam ſinet in craſtinum protolli.* Lucr. lib. 5.

Nec ſanctum nomen fati protollere vires Poſſe.

PROVIDERE, promouere. Pacuu. Teucro: *Aut me occide, illà hinc ſi vnquam prouideam gradum.*

PROX, quaſi proba vox. Plaut. Pſeudolo: *Itaque dum enitor, prox! iam pænè inquinaui pallium.*

PROXIMAT, appropinquat. Apul. lib. 2. de aſino aureo: *At ecce Fotis mea, iam dominâ cubitum redditâ, iacta proximat rosâ ſertâ, & rosâ ſolutâ in ſinu tuberante.* Ibid. *Nam, vt vides, prælio quod nobis ſine finali exitio indixeras iam proximante.* Et lib. 3. *Vix me præſepio proximantem deiectis auribus tam furentes infeſtis calcibus inſequuntur.*

PROXIMITAS, propinquitas. Ouidius:

Nunc quia iam meus eſt, non eſt meus, ipſaque damno
Eſt mihi proximitas. Idem:
At ſi proximitas primúſque requiritur hæres.

Apul. de deo Socratis: *Paululum immutantes proximitate & longinquitate.* Sidon. lib. 3. epiſt. 1. *Non minus noſtræ profeſſionis fraternitatem loci proximitate dignatus ditare, quàm reditu.* Et lib. 6. epiſt. 12. *Non te communio prouinciæ, non proximitas ciuitatis, non opportunitas fluuij adduxit.*

PROXIMI DIE, pro proximo, Cato dixit oratione contra Furium: ſic *priſtini, præpriſtini, craſtini* dixere Gell. lib. 10. cap. 24. Macr. Saturn. lib. 1. cap. 4. Plaut. Moſtellariâ: *Hoc die craſtini cùm herus reſciuerit, manè caſtigabit eos bubulis exuuiis.* Idem Persâ: *Nam ibi mercatum eſſe dixit die ſeptimi.*

P V

PVBI PRÆSENTE, pro populo. Plaut. Pſeudolo: *Nunc ne quis dictum neget, dico omnibus, Pubi præſente in concione omni populo.*

PVBLICITVS, publicè. Ennius annali tertio:

Proletariu' publicitus ſcutiſque feróque
Armatur ferro.

Gell. lib. 16. cap. 10. Lucil. Sat. lib. 12.

Huic homini quæſtore aliquo eſt opus atque chorago,
Publicitus qui illi atque è fiſco præbeat aurum. Idem lib. 16.
Publicitus vendis tamen atque extrema ligurris.

Cæcilius Plocio: *Publicitùs defendendum eſt.* Cneius Martius vates:

Populus publicitùs cùm diderit è ſtipe partem
Conferinant, vti priuatim pro séque ſuiſque.

Liuius lib. 25. ab V. C. Plaut. Amphitr. *Peregrè adueniens publicitus accipiar.* Idem Bacchid. *Ibi demum publicitùs ſeruant.* Et Persâ: *Ea comparatur præda, vt fiat auctio publicitùs.* Apul. Apolog. *Et publicitùs ſimulacrum ſuum cuique quod videat, prò meritis præmio tribui.*

PVDEO. Plaut. Caſinâ: *Ita nunc pudeo, atque ita nunc paneo, atque ita irridiculo ſumus ambo.* Terent. Heautont. *Animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui.* Horat. in arte poëtica:

Cur neſcire pudens prauè quàm diſcere malo?

PVDIBILIS, pudendus. Lampr. in Heliogabalo: *Ad honores reliquos promouit, commendatos ſibi pudibilium enormitate membrorum.*

PVDORICOLOR, dicta eſt rubens aurora, & Memnon *nocticolor*, à Næuio in Alceſti, teſte Gellio lib. 19. cap. 7.

PVELLASCERE, euiraſcere, effœminari. Varro in Baiis: *Quòd non ſolùm in nube fiunt communes, ſed etiam veteres puellaſcunt, & multi pueri puellaſcunt.*

PVER, vtroque ſexu veteribus enunciabatur, ſicut Græcis ὁ καὶ ἡ παῖς. Næuius lib. 2. belli Punici: *Prima incedit Cereris Proſerpina puer.* Liuius Andr. odyſſeâ: *Sancta puer, Saturni filia, regina.* Idem ibid. *Mea puer, mea puer, quid verbi ex te audio?* Priſc. lib. 6. Chariſ. lib. 1.

PVERA, pro puella, filia. Liuius in odyſſeâ: *Mea puera, quid verbi ex tuo ore profugit?* Ex Hom. odyſſ. α.

Τέκνον ἐμὸν ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

Varro in Satyrâ, Væ victis, περὶ φιλοτεκνίας: *Properate viuere puerę, quas ſinit ætatula ludere, eſſe, amare, & Veneris tenere bigas.* Idem de vita pop. Rom. lib. 2. *Sic in priuatis ædibus pueri liberi & puerę miniſtrabant.* Titin. Geminâ: *Simul vt pueras hac nocte ſuſpirare creui.* Non. Priſc. lib. 10. Gloſſæ: *Puera, παιδίσκη.*

PVERASCERE. Sueton. in Caligulâ: *Quorum duo infantes adhuc rapti, vnus iam pueraſcens inſigni feſtiuitate.*

PVEROS veteres appellarunt ſeruos. Varro Eumenidibus: *Vix vulgus confluit, non Furiarum, ſed puerorum & ancillarum.* Cic. Q. Fratri: *Túne veritus es ne pueros ad te ſine*

litteris miserim. Terent. Andriâ: *Etiam puerum inde abiens conueni Chremis.*

PVERVS, pro puer. Cæcil. Vmbris: *Age, age, puere, duce me ad patrios fines decoratum egregiè.* Afran. incendio: *O puere, puere, sine me prospicere mihi.* Prisc. Plaut. Asinariâ: *Puere pulta, atque Atrienſem Sauream, si intus est euocabo huc.* Ibid. *Da puere ab summo, tu interea ab infimo da sauium.* Idem Curcul. *Cedò puere sinum.* Et Mostellariâ: *Puere, præter speciem stultus es.* Ibid. *Puere iámne abis? libertas penula est tergo tuo.* Mercat. *Optimè adueniens puere cape chlamydem.* Ibid. *Ego me moror: tu puere abi hinc intrò.* Pseud. *Puere hodie nate heus.* Et: *Verte huc te puere.*

PVGILLARE, decertare. Apul. de Deo Socratis: *Itidem si pugillare velit, vultus vel brachia velanda sunt, quibus pugillatur.* Iul. Capitolinus in Galieno: *Pugiles faculis non veritate pugillantes.*

PVGNITVS, cum pugnis. Cæcil. Fallaciâ: *Nisi quidam qui se malit pugnitus pessumdari.*

PVLCRALIBVS, pro pulcris. Cato in ea oratione quæ est de fundo oleario: *Pulcralibus atque cupitis.* Fest.

PVLCRITVDO, pulcritas. Cæcil. Harpazomene: *Dij boni quid illud est pulcritatis!* Non.

PVLLARIA, manus dextra. Pomp.

PVLLETRA, vel PVLLITRA, dicitur gallina quæ effœta necdum est. Sic *porcetra*, sus quæ non sæpè peperit, opponitúrque scrophæ, vt est apud Gellium lib. 18. cap. 6. Varro de R. R. lib. 3. cap. 9. *Itaque quæ ante aut pòst nata sunt, & etiam prima eo tempore non sunt supponenda, & ea quæ subiicias potius, vetulis quàm pullitris, & quæ rostra & vngues non habeant acutos.*

PVLMONEI pedes, molles & ad ambulandum inepti. Plaut. Epidico: *Pedibus pulmoneis qui perhibetur, prius veniſſet quàm tu aduenisti mihi.*

PVLO, pro populo. Accius:

Namque id quod est de sole tibi ostentum, pulo
Mutationem rerum portendit fore.

PVLPITARE, à pulpito, quod est ἀνάβασμον. Sidon. lib. 8. epist. 12. *Pandi carinarum ventres, abiegnarum trabium textu pulpitabuntur.*

PVLSARE, agere, in ius vocare. Symmach. lib. 1. epist. 31. Inde *pulsatus*, in ius vocatus, seu conuentus in iudicio. l. 1. C. de his qui pot. nom. l. manifestissimi. §. 3. C. de furt.

PVLVM, seu PVLLVM, appellabant antiqui puerum quem quis amabat. Fest. Placid. in Glossis. Hinc Q. Fabius Eburnus, quòd natibus fulguratus erat *pullus Iouis* dictus est. Arnob. lib. 4. *Vt Iouis dicatur pullus, in partibus Fabius aduritur mollibus, obsignatúrque posticis.*

PVLTIPHAGONIDES appellatur Romanus, quòd olim non pane, sed pulte viueret. Plaut. Pœnulo: *Carchedonius vocatur hæc comœdia: Latinè Plauti Pœnulus Pultiphagonides.* Idem Mostellariâ: *Non enim hæc pultifagus opifex opera fecit barbarus.*

PVLVEM, pro puluerem. Laber. Sororibus: *Hic voluit clypeum contra puluem proiici.* Charis. lib. 1.

PVLVERAT, pulueris est plenum. Plaut.

Plaut. *Exi tu Daue, age, ſparge, mundum eſſe hoc veſtibulum volo, Venus ventura eſt noſtra, nolo hoc puluereret.* Gell. lib. 18. cap. 12.

PVLVERATICA quod agrimenſoribus datur pro honorario. Theod. & Valent. Impp. A A. *Præcipimus itaque agrimenſoribus, vt pro agrorum viſiſſitudine geometricæ artis fundo cui finem reſtituens in triſinij rationem ſteterit, & conuenientiam trium centuriarum ibidem eſſe ſignauerit, tres aureos accipiat abſque ſua pulueratica.*

PVLVIS, fœmininé. Ennius lib. 8. annal.

Jam ferè vaſta volat puluis.

Idem ibid.

Jámque ferè puluis ad cælum vaſta videtur. Propert. elegiâ 13.

——— *qui nunc iacet arida puluis*
Vnius hic quõdã ſeruus amoris erat.

PVLVIS ERVDITVS, pro mathematicis diſciplinis. In ſcholis enim Geometricis præſtò ſemper erat abacus puluere inſperſus, in quo poſſent radio duci lineæ. Cic. de nat. Deorum: *Sed ſi hoc non videtis, nunquam illum eruditum puluerem attigiſtis.* Et Tuſcul. quæſt. lib. 5. *Ex eadem vrbe humilem homunculum excitabo à puluere & radio.* Vide Brodæum miſcell. lib. 1. cap. 7.

PVMICEI OCVLI, duri & aridi inſtar pumicis, qui nequeunt flere. Plaut. Pſeudolo: *Pumiceos oculos habeo, non queo exorare lacrumam vt vnam expuant modò.*

PVMICO, σμήχω, purgo. Sid. lib. 1. epiſt. 7. *Præcedit noſter ad curiam paulo antè detunſus pumicatúſque.* Idem lib. 8. epiſt. 3. *Atque inter ſatrapas regum tyaratorum, murrhatos, pumicatos, malobathratos.*

PVNCTARIOLAS leues pugnas appellauit Cato in ea oratione, quam dixit de re hiſtriâ militari. Feſt.

PVNICANS, puniceus, rubeus. Apul. 1. Metam. *Et cùm dicto ſubtili centunculo faciem ſuam iamdudum punicantem præ pudore obtexit.*

PVNCTVM TEMPVS, pro tempore momentaneo, ſeu temporis puncto. Lucr. lib. 2.

——— *quæ puncto tempore cernis*
Diffugere. Idem eodem lib.

——— *patefactis tempore puncto*
Carceribus. Et lib. 4.

——— *puncto tempore imago*
Ætheris ex oris ad terrarum accidit oras. Item lib. 6.

Et liquidum puncto facit as, in tempore & aurum.

PVNICVM, libi genus ſuauiſſimum, à Pœnis dictum.

PVNITVR, pro punit. Cic. offic. lib. 1. *Neque ad eius qui punitur aliquem, aut verbis fatigat, ſed ad reipubl. vtilitatem referri.* Idem Tuſc. quæſt. lib. 3. *Quò multi inimicos etiam mortuos puniuntur.* Et Philip. 8. *Clariſſimorum hominum crudeliſſimam puniretur necem.* Apul. lib. 8. Metam. *Punita ſum funeſtum nuptiarum mearum prædonem.* Sic *multor*, pro multo. Sueton. Auguſto: *Neque aut crebriùs, aut perfidioſius rebellantes grauiore vnquam multatus eſt pœnâ.* Autor ad Herenn. *Ait ſe non potuiſſe adeſſe, ita vt iuratus fuerat.* Gellius lib. 7. cap. 18. *Statimus vt iurati erant, ad Annibalem profecti ſunt.*

PVPÆ, PVPI, puelli. Varro Aboriginibus. *Καὶ ἀνθρώπων φύσεως. Itaque breui tempore magna pars in deſiderium puparum ac ſigillorum*

rum veniebat. Idem : *Ac mammam lactis ſugentem paſcere pupum.* Perſius Satyra 2.

Nempè hoc quod Veneri donatum è virgine pupæ.

Sueton. Caligulâ : *Et latiſſimo obuiorum agmine inceſſit ſuper fausta nomina, ſidus & pullum & pupum & alumnum appellantium.* Gloſſarium : *Puppæ*, παιγνίοις, αἱ τῶν παιδίων τύμφαι. *Pupus*, βρέφος, παιδίον.

PVRE' LAVTVM, id eſt, aquâ purâ. Liuius lib. 10. *Decimo die cænatum, deinde purè lautum in ſacrarium deducturam?*

PVRI, pro pueri. Lucr. lib. 4.

Puri ſæpè lacum propter ſe ac dolia curta
Somno deuincti credunt attollere veſtem,
Totius humorem ſaccatum vt corpori fundant.

PVRI MENSTRVO, dicuntur qui toto menſe ſacrorum causâ in ceremoniis ſunt. Feſt.

PVRIME' TETINERO, pro puriſſimè tenuero. Idem.

PVRITER, purè. Nouius Virgine prægnante : *Sequere me, puriter volo facias, igni atque aqua volo hunc accipere.* Pompon. Haruſpice : *Fac puriter bucco vel pectore ruſtico vti tractes : laui iamdudum manus.* Cato de R. R. cap. 90. *Cùm feruere incipiet, puriter facito, & coquito benè.*

PVRITIA, puritas. Varro rerum humanarum lib. 1. *Quæ puritia eſt infrequens polluta.* Non.

PVRPVRASCIT, purpurei fit coloris. Cic. Academic. lib. 2. *Quid mare, nónne cæruleum, at eius vnda cùm eſt pulſa remis, purpuraſcit.*

PVRPVREVS, pro nitidus, ſplendidus : ſic enim Latini poëtæ τὸ ἀγλαὸν interpretantur. Albinouanus ad Liuiam :

——— *Purpureâ ſub niue terra latet.*

Horatius :

Purpureis ales oloribus. Catullus :

Hic corpus tenerum complectens vndique quercus
Candida purpureis ramis intexerat ora.

Ab eadem mente Venerem Anacreon πορφυρᾶν appellauit.

PVRPVRISSVM, fucus quo fœminæ genas tingunt. Gloſſ. φυκίον. Ariſtoteles ἀνθρώπειλον vocat, idque *purpuriſſum* exponit Gaza. Afranius Homine : *Cedò purpuriſſum.* Næuius Sannionibus : *In licio cretam, ceruſſam, purpuriſſum.* Plaut. Moſtellariâ : *Tum tu igitur cedò purpuriſſum.* hinc *purpuriſſatæ genæ*, purpuriſſo tinctæ. Plautus Trucul. *Quia iſtas buccas tam bellè purpuriſſatas habes.* Apuleius Apolog. *Cùm in puellâ videret immedicatum os, purpuriſſatas genas, illices oculos.* Sid. lib. 8. ep. 8. *Et geſtatorias bracteatos, & faſtus recolas purpuriſſatos.*

PVRPVRO niteſcere facio. Firrius poëmatis :

Spiritus Eurorum viridis cùm purpurat vndas

Gell. lib. 18. cap. 11.

PVTA, vide *Putus.*

PVTARE, diſputare. Plaut. Amphitr. *Quo id (malùm) pacto poteſt fieri? nam mecum argumentis puta.*

PVTEA, pro puteî. Varro in Fundanio, ſeu Gallo : *Secundò de ſtatuis aquis, vt ſunt lacus, & ſtagna, & putea, & maria.* Non.

PVTICVLÆ, vide *Putres.*

PVTIL

PVTILLVS, vide *Putus.*

PVTISCERE, pro putrescere. Cic. lib. 5. de fin. bon. & mal. *Vt illud non insciтè dictum videatur in sue, animam illi pecudi datam pro sale, ne putisceret.* Horat. lib. 2.

——— *Aiax, heros ab Achille secundus,*
Putiscit, toties seruatis clarus Athenis.

Varro lib. 4. Analog. *Puticuli, quòd putiscebant ibi cadauera proiecta.*

PVTIS, pro putris. Lucr. lib. 3.

Atque ideo tanta mutatū pute ruinâ
Conciderit corpus penitus.

PVTOR, putredo. Lucr. lib. 2.

——— *putorem cùm sibi nacta est*
Intempestiuis ex imbribus humida tellus. Ibidem:

——— *verméque efferuere terram,*
Intempestiuos quam putor cœpit ob imbres Et lib. 6.

——— *aut ipsâ sæpè coorta*
De terrâ surgunt, cùm putorem humida nacta est.

PVTRET, putridum est. Pacuu. Teucro: *Quamquam annisque & ætate hoc corpus putret.* Accius Erigonâ: *Quamquam exsangue est corpus mihi, atque annis putret.* Hinc *Puticulæ* dictæ, quas vetustissimum sepulturæ genus, extra Exquilias fuisse, vbi defunctorum publicè cadauera in puteos sepulcri loco mittebantur, proditum est exemplo Themistoclis. Fest. Varro lib. 4. de L. L.

PVTVS, purus, à putando: vnde *putatæ vites, putata ratio,* id est, pura facta: *putatum aurum*, hoc est, purgatum. Titin. in Fullonibus:

Do pensam lanam, qui non reddet temperi,
Putatam rectè, facite vt multetur malo.

Varro ἑκατόμβη, καὶ θυσίαν: *Mea igitur hecatombe pura est ac puta.* Idem Prometheo: *Chrysen δῆλον vocat sibi amiculam de lacte, & ceram Tarentinam, quam apes Mileſiæ coëgerint ex omnibus floribus libantes sine osse & neruis, sine pelle, sine pilis, puram, putam, proceram, candidam.* Idem Satyrâ, quæ inscribitur, Longè fugit qui suos fugit: *Solus rex, solus Rhetor, solus formosus, fortis, secus, vel ad ædilium modium purus, putus; si ad hunc characterа Cleophantus conueniet, caue attigeris hominem.* Plaut. Pseudolo: *Purus putus ipsus est.* Lucr. lib. 4.

Nam certè puta est sanis magis inde voluptas.

PVTVS, paruus. Glossæ: *putus, μικρὸς: puti, μικροὶ. Puta* est ἡ ποδὴ: vnde *præputium*, quasi προπόδιον: non à præputando, refragante syllabæ modulo. Hinc Romanorum lasciuia pueros *putos* vocabat, quos Græcæ nutriculæ à salacitate nominis πόδωνας itidem dixere, ἀπὸ τῆς πόδης, id est, à puta, seu ea parte quæ honestè nominari non potest, quo nomine etiamnum in Italia pars istæc noscitur. *Putilla, ὑποκόρισμα* in puellis, à parte quâ fœminæ sunt, quam χοῖρον libidinosiores Græculæ dicebant. Hinc & *salaputium* nequiter appellauit Caluũ Catullus, à salace caudâ, & Horatium inter alia blandimenta Augustus purissimum penem vocauit, teste Suetonio. Plaut. Asinariâ: *Dic me tuam hirundinem, monedulam, passerculum, putillam.* Et Horatius:

Putam ac putillam appellet.

Virg. in Catalectis:

Disperea nisi me perdidit iste putus.

QV

QV, & C, communionem habuere apud antiquos, vt *Arquus, oquulus*, pro arcus, oculus. Priſc. Viciſſim *anticus, eculus*, pro antiquus, equulus, antiqui libri. *Cùm & quum, cui & qui.* Terentius Andriâ: *Qui mihi expurgandus eſt*, pro cui: annotat Donatus. *Querquera febris*, Lucilius: *Quercera*, Gellius lib. 20. *Cotidie*, non *quotidie*, ſcribunt Quintil. & Victorinus. *Stercilinium*, pro ſterquilinio, habent libri veteres Catonis de R. R. & Terentius Phormione: *Inſece & inſeque.* Ennius, Liuius, Cato: vt diſputat Gellius lib. 18. cap. 19. *Huiuſce*, & *huiuſque*, promiſcuè olim ſcribebant. Hinc *Fortuna huiuſce diei*, apud Plinium lib. 34. &, *Fortuna huiuſque diei*, apud Ciceronem lib. 2. de Legibus. Et Victor de regionibus vrbis: VICVS. HVIVSQVE. DIEI. FORT. ÆD. Lex vetus ædificij: DIES OPERIS K. NOVEMB. PRIMEIS DIES PEQVVN. PARS DIMIDIA DABITVR VBI PRÆDIA SATIS SVBSIGNATA ERVNT. ALTERA PARS DIMIDIA SOLVETVR OPERE PERFECTO PROBATOQVE.

QVACVM, cum qua. Plautus Sticho: *Ego tibi meam filiam quacum cubitares dedi, nunc mihi reddi ego aequum eſſe abs te quacum cubitem cenſeo.*

QVADRANTAL, appellarunt antiqui cubum. Gellius lib. 1. cap. 20. *Vel qualia ſunt quadrata vndique quaνβοι illi, nos quadrantalia dicimus.* Item vas pedis quadrati, capiens vrnas II. modios III. ſemodios VI. congios IIX. ſextarios XLIIX. quartarios CXCII. cyathos IↃLXXVI. In leg. XII. Tab. EXPONDERIBVS. PVBLICEIS. QVIBVS. HAC. TEMPESTATE. POPOLVS. OETIER. SOLET. VTI. COAEQVAETVR. SE. DOLO. M. QVADRANTAL. VINEI. OCTOGINTA. PONDO. SIET. SEX. SEXTARI. CONGIVS. SIET. VINEI. DVO. DE. QVINQVAGINTA. SEXTARIEI. QVADRANTAL. SIET. VINEI. SEXTARIVS. AEQVVS. CVM. LIBRARIO. SIET. QVINDEQVIMQVE. LIBRAE. IN. MODIO. SIENT. Cato contra Oppium: *Vinum redemiſti, prædia pro vini quadrantalibus ſexaginta in publicum dediſti, vinum non dediſti.* Feſt. Plautus Curcul. *Anus hæc ſitit. Quantillum ſitit? Modica eſt, capit quadrantal.* Hanc menſuram etiam amphoram trimodicam vocant. Frõt. de re agr. *Pes quadratus concauus capit amphoram trimodiam.* Voluſius Mætianus: *Quadrantal quod nunc plerique amphoram vocant.*

QVADRVM, quadratum. Caius & Theod. *Nam & alios terminos quadros, terminos curſorios poſuimus.*

QVADRVPLATORES, delatores erant criminum publicorũ, in qua re quartã partẽ de proſcriptorum bonis, quos detulerant, conſequebantur. Aſcon. Pædian. Cic. Verrin. 4. *Petit Nauius Turpio quidam iſtius excurſor & emiſſarius homo omnium*

omnium ex illo conuentum quadruplatorum deterrimus. Plaut. Persâ: *Vbi quadruplator quempiã iniexit manũ.* Ibidem: *Nam quadruplari me volo; neque enim decet ſine meo periculo ire aliena ereptum bona.* Apul. Apologiâ: *Quid multis, vt cum quadruplatore agam, bis duplum quinquennium faciam, viginti annos ſemel detraham.* Sid. lib. 5. epiſt. 7. *Inuident mercatoribus nundinas, munuſcula legatis, portoria quadruplatoribus, prædia prouincialibus.*

QVADRVRBIS, Athenæ dictæ, quòd conſtent ex quatuor vrbibus, Braurone, Eleuſine, Pyreæo, Sunio. Feſt. de quo Plutarchus in Theſeo.

QVÆSERE, pro quærere. Ennius lib. 2. annal.

Oſtia munita eſt, idem loca nauib' polcris
Munda facit, nautiſque mari quæſentibu' vitam.

Idem Creſphonte: *Duxit me vxorem liberum quæſendi gratia.* Idem Andromedâ: *Liberũm quæſendũm causâ familiæ matrem ſuæ.* Feſt. Apul. lib. 4. *Multis nos affatibus, multiſque precibus quæſens adhortatur.*

QVÆSERE, orare. Plautus Bacchidibus: *Mirum eſt, me, vt redeam, operâ tantâ quæſere.* Lucr. lib. 5.

Non diuũm pacem votis adit, ac prece quæſit
Ventorum pauidus paces animáſque ſecundas.

QVÆSTI, pro quæſtus. Turpilius Hetærâ: *Simulauit me amare, quæſti gratiâ.* Idem Demiurgo: *Mulier meretrix quæ me quæſti cauſa cognouit ſui.* Titin. Fullonibus: *Nî nos texamus, nihil eſt nobis, fullones, quæſti.* Pompon. Piſtore: *Nam plus quæſti facerem, quàm quadrinas ſi haberem molas.* Cæcil. Venatore: *Satiſne huic ordini, etſi nihil egi quæſti, quia ſunt æmuli?* Plaut. Aulularià: *Nam hîc apud nos nihil eſt quæſti furibus.* Et Moſtellariâ: *Quia nihil quæſti fiet, mali herclè ambo ſumus.* Pœnulo: *Huc commigrauit in Calydonem, ſui quæſti gratiâ.* Persâ: *Nam publicæ rei causâ quicumque id facit magis quàm ſui quæſti.* Terent. Hecyrâ: *Nunquam animum quæſti gratia inducam ad malas artes.*

QVÆSTVIS, pro quæſtus. Varro de liberis educandis: *Liberi quæſtuis causâ diripiunt ſuas res pueris.* Nouius: *Per Deam ſanctam Lauernam, quæ cultrix quæſtuis eſt.* Non.

QVALITER, id eſt, cum ſuis qualitatibus. l. 12. ff. quemadm. ſeru. amit. l. 86. de V. S.

QVAMDE, pro quàm. Ennius annali ſecundo:

Quamde tuas omnes legiones ac populares. Idem lib. 1. annal.
Iupiter haut muro fretus magi' quamde manum vi.

Næuius lib. 1. belli Punici: *Nil peius macerat hemonem, quàm de mare ſæuum, vires cui ſunt magnæ.* Feſt. Lucret. lib. 1.

Clarus ob obſcuram linguam magis inter inanes;
Quàm de grauis Graios inter, qui vera requirunt.

QVAMVIS LICÈT, coniunctè: qualia parelca comicis admodum familiaria. Cic. de amicitia: *Quamuis licèt excelleas.* Lucr. lib. 6.

Proinde licèt quamuis cœlum terrámque reantur
Incorrupta fore æternæ mandanda ſaluti.

Ibidem:

Proinde licèt quamuis ex vnoquoque loco ſol
Humoris paruam delibet ab æquore partem.

Sic Apuleius lib. 7. *Ergo igitur euocato ſtatim dementario.* Et Cic. 16. Attic. *Etſi quamuis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ.* Et Apul. Apolog. 2. *Quamquam etſi diſtrictius magũ me dixiſſet.* Terent. Andr. *Pòſt deinde quod iuſſi ei dare bibere.* Gell. lib. 12. cap. 5. *Pòſt deinde cùm Taurus medicos accerſiſſet.* Terent. Eunucho: *Itaque ergo amantur.* Apul. Met. lib. 2. *Tandem denique deuocato pudore ad Milonem aio.* Liuius lib. 5. *Deinceps inde aliorum populorum.* Lucr. lib. 5. *Eſt etiam quoque vbi proprio cùm lumine poſſit voluier.* Plaut. Epid. *Hanc quoque etiamſi me appellat filiam, matrem vocabo.* Macrob. Saturn. lib. 1. c. 2. *Etiam & prætoris verba.* Apul. Metam. lib. 8. *Sed nequicquam fruſtrà timorem illum ſatis inanem perfuncti.* Et Apolog. 2. *Quippe etenim videbatur ſibi.* Plaut. Ciſtell. *Aliquis intus prodeat properè ocyus.* Et Milite: *Ita abripuit repente ſeſe ſubitò.* Terent. Eunucho: *Olim iſti fuit generi quondam quæſtus apud ſæculum prius.* Et Andriâ: *Certè herclè nunc is ſe ipſus fallit.* Et Phorm. *Nam tua quidem herclè cerìo vita hæc expetenda optandaque eſt.* Apul. Apolog. 1. *Satis vt puto crinium crimen quod illi quaſi vt capitale intenderunt, refutatum eſt.*

QVARTARIOS antiqui mulos dixere mercenarios. Lucil. Satyris:

Porrò homines nequam malus vt quartarius cippos
Collisêre omnes. Feſt.

Fortean inde ſuos Galli *Quartiers.*

QVARTE DIE, pro quarto. Pompon. Attellanâ, quæ Metui inſcribitur: *Dies hic ſextus cùm nihil edi, die quarte moriar fame.* Cneius Matius in Mimiambis:

Nuper die quarte vt recordor, & certò
Aquarium vrceum vnicum domi fregit.

Cato originibus: *Mitte mecum Romam equitatum, die quinte in capitolio tibi cœna cocta erit.* Cœlius lib. 2. hiſtor. *Si vis mihi equitatum dare, cum catero exercitu me ſequi, die quinte Romæ in capitolio tibi curabo cœnam coctam.* Gell. lib. 10. cap. 24. Macr. Saturnal. lib. 1. cap. 4.

QVARTVM, quarta vice. Varro diſciplinarũ lib. 5. ex Ennio: *Quintus pater quartùm fit conſul.* Idem ibidem: *Aliud eſt quartò prætorem fieri, aliud quartùm.* Marcell. Cato lib. 4. Originum: *Carthaginenſes quartùm de fœdere deceſſere.* Gell. lib. 10. noct. Attic. cap. 1.

QVATENOS, pro quatenus. Scipio Africanus in eâ quam ſcripſit poſtquam ex Africâ rediit: *Vti negotium natum erat, quatenos caſtra noſtra ita munita erant, vt poſſem partem exercitus abducere.* Feſt.

QVEMVTARE, pro quo. Lucilius Satyr. lib. 4.

Quem metuas ſæpè, interdum quem vtare libenter.

QVEMQVE, & QVÆQVE, pro quemcunque, quæcumque. Plaut. Amph. *Quemque hominem ad ſpexero, obtruncabo in ædibus.* Ibidem: *Quæque edixti modò omnia ementitus.* Terent. Hecyrâ: *Spolies, laceres, quemque nacta ſies.* Sic *quandoque*, pro quandocunque. Cic. de repub. 6. *Quandoque ab eadem*

dem parte ſol eodémque tempore iterum defecerit. Horatius arte Poet.

Indignor quandoque bonus dormitat Homerus. Et carm. lib. 4.

——— *quandoque trahet feroces.*

QVERQVERA, febris frigida cum tremore, à κάρηνα (vnde & *carcer* dictus.) Lucilius Satyris:

——— *iactans me vt febris querquera terret.* Ibid.

Querquera conſequitur febris, capitiſque dolores.

Plaut. Friuolariâ: *Is mihi erat bilis, aqua intercus, tuſſis, febris querquera.* Feſt. Priſc. lib. 6. Apul. in Apologiâ: *Poſſe dicitis ad res venereas ſumpta de mari ſpuria & faſcina* (nempe veretillum & virginal) *propter nominum ſimilitudinem, qui minus poſſit ex eodem littore calculus ad veſicam, teſta ad teſtamentum, cancer ad vlcera, alga ad querqueram.*

QVERQVETVLANÆ VIRÆ, querqueto vireſcenti præſidentes, quas Græci χλωρίδας & ἁμαδρυάδας vocant. Varro de analog. *Quod ibi lucus Fugutalis, & virarum querquetulanarum ſacellum, & Meſitis.*

QVES, antiqui dixere: vnde quibus (nam *qui* facit *quis*, vel *queis*.) Pacuu. Medo: *Ques ſunt illi ignoti? Neſcio ques.* Cato in Orig. *Si ques ſunt populi.* Item: *Queſcunque Romæ regnaſſent.* Accius Neoptolemo: *Sed queſdam.* Priſc. lib. 13. Ennius annalibus:

——— *decem Coclites ques montibu' ſummis Ripeis fodêre.*

Varro lib. 6. de L. L.

QVI, pro quis, vel aliquis. Cic. offic. lib. 3. *Niſi aliqui caſus conſilium eius preueniſſet.* Idem: *Niſi qui vt ſcis Parthicus caſus acceſſerit.* Terẽt. Phorm. *Qui nominat me?* Varro de R. R. lib. 2. cap. 4. *Ne qui porcellus à matre opprimatur.* Cœl. epiſt. ad Ciceronem: *Cum quâ ſit aliqui deprehenſus.* Lucil. Satyr. lib. 30.

Scito etenim bene longinquum mortalibu' morbum
In vino eſſe, vbi qui inuitauit dapſilius ſe.

QVI, pro quo, vel qua. Plaut. Trinummo: *Ridiculè rogitas qui cum vna cibum capere ſoleo.* Ibidem. *Quî quidem nouiſſe non poſſim qui cùm ætatem exegerim?* Idem Sticho: *Dedi meam natam qui cum ætatem exigat.* Terent. Adelph. *Abs quiuis homine cùm opus eſt beneficium accipere gaudeas.* Plaut. Ciſtell. *Sed tum nequam cum quiquam viro conſueuiſti.* Idem Persâ: *Nec ſatis à quiquam homine accepi.* Virg. lib. 11.

——— *Accam ex æqualibus vnam*
Quicum partiri curas.

QVIANAM, pro quare. Næuius carmine belli Pœnici: *Summe Deûm regnator, quianam genuiſti?* Idem Sat. *Quianam Saturnium populum pepuliſti.* Ennius lib. 2. annal.

——— *quianam legiones cædimu' ferro.* Idem lib. 7.

——— *quianam dictis noſtris ſententia flexa eſt?* Feſt.

Virg. lib. 5. Æneid.

Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi? Idem lib. 10.

Cœlicolæ magni, quianã ſententia vobis
Verſa retro?

QVIDQVID NOMEN, pro quodcunque. Gell. lib. 4. cap. 1. *Et iam bone magiſter*, inquit, *quicquid nomen eſt tibi, abundè multa docuiſti.* *Quidquid* etiam pro quantum. Catullus ad Catonem: *Ride quidquid*

amas Cato Catullum.

QVIE, pro quiete, requie. Afran. Emancipato: *Sollicito corde corpus non potitur nunc quie.* Næuius Proteſilao: *Laodamiæ complexa ſomno corpora operiuntur, ac ſuaui quie dicantur.* Priſc. lib. 6.

QVIES, quietis, pro quietus, quieti; vnde *inquies, requies,* & *irrequietus.* Næu. lib. 2. bell. Pun. *Iámque eius mentem fortuna fecerat quietem.* Licin. Macer annal. lib. 1. *Non minimo opere milites quietes volebant eſſe.* Saluſt. lib. 2. hiſt. *Quia corpore & linguâ percitum & inquietem nomine hiſtrionis, vix ſani Barbuleium appellabant.* Idem Virg. in Culice: *Quolibet vt requies victu contentus abundet.*

QVIETALVS, à priſcis Orcus dictus. Feſt.

QVINQVATRIA FESTA, Palladi per dies quinque celebrata, de quibus Ouidius lib. 3. Faſt. Varro lib. 5. annal. Macrob. lib. 1. Saturnal. *Poſt ſacrificia depugnabant gladiatores, poſtremò luſtratio erat. Munuſcula inuicem mittebant Matronæ, & conuiuia adponebant ſeruis.* Sueton. Octau. Aug. cap. 71. *Nos mi Tiberi quinquatriis ſatis iucundè egimus: luſimus enim per omnes dies, forúmque aleatorium calfecimus.* Horat. lib. 2. epiſt. 2.

Ac potiùs puer vt feſti quinquatribus olim.

Plaut. Milite: *Da quod dem quinquatribus præcantatrici, coniectrici, hariolæ.* Næu. Quinquat. *Quando ego plus ſapiui, qui fullonem compreſſi in quinquatribus.* Priſc. lib. 10. Gloſſarium: *Quinquatria, πανα-θήναια.*

QVINQVERTIO, & QVINQVERTIVS, πένταθλος, qui ex quinque certaminibus victor euaſit: nimirum luctâ, pugilatu, ſaltu, curſurâ, diſco. Liuius: *Quinquertiones pretio in medium vocat.* Idem: *Omnes æquales vincebat quinquertio.* Feſt. Gloſſis etiam dicitur *Quinquetris.*

QVINTIPOR, ſeruile nomen, priſcis frequens, vt & *Marcipor, Gripor*, dictum quaſi Quinti Marci puer. Varro Bimargo: *Cùm Quintipor Clodianus tot comœdias fecerit ſine vlla Muſa, ego vnum libellum non edolem?* Idem epiſt. ad Fuſium: *Quintiporis Clodiani poëmata ac furias gargaridians dices: O fortuna, ô fors fortuna.* Non.

QVIPPINI, pro quídni, cur non. Plaut. Menæch. *Itáne cenſes?* MED. *Quippini?*

QVIPS, & IPS, pro quis, & is. In XII. Tab. QVEI. NOX. FORTOM. FAXIT. SEI. IM. ALIQVIPS. OCCISIT. IOVRE. CAESOS. ESTOD. Ibidem: SEI. QVIPS. VEINVM. FVGIENS. VENDAT. SCIENS. Et: NEI. IOVDICIVM. FAXSIT. AVT. QVIPS. ENDO. EO. IM. IOVRE. VINDICIT.

QVIREM, pro poſſem. Accius Diomede: *Simul autem aſcendo vt quirem exaudire amplius.*

QVIRIS, Sabinorum linguâ haſta dicitur. Ouid. Faſt. lib. 2.

Siue quòd haſta quiris priſcis eſt dicta Latinis,
Bellicus à telo venit in aſtra Deus.

QVIRITARE, clamare, tractum ab eis, qui Quirites inuocabant. Lucil. lib. 6. Satyr.

Hiç

Hic, inquam, rudet è roſtris, atque eiulitabit
Concurſans velut ancarius, claréque quiritans.

Varro lib. 6. de L. L. Nigidius comment. Gram. *Clamat quiritatum.* Apul. Apologiâ: *Turbabat impurus hic in medio foro bacchabundus, epiſtolam ſæpè aperiens proquiritabat.* Idem lib. 5. Metam. *Hic quiritans properiter emergit è naui, ſuúmque protinus aureum thalamum petit.* Et lib. 8. *Inſanâ voce caſum mariti quiritans.* Ibid. *Ille Deûm fidem clamitans, & cruorem vxoris abſtergens altus quiritabat.* Sidon. lib. 8. epiſt. 6. *Lex de præſcriptione tricennij fuerat proquiritata.*

QVISQVILIÆ, σκύβαλα, quidquid ex arboribus minutis foliorum, vel ſurculorum cadit. Cæcilius: *Quiſquilias volantis venti ſpolia, memoraſti modò.* Nouius Tigulariâ: *Abi, deturba te ſaxo, homo non quiſquiliæ.* Feſt.

QVIS MVLIER, pro quæ. Liuius: *Mulier, quiſquis es, te volumus.* Pacuuius: *Quis tu es mulier, quæ me inſueto nuncupaſti nomine?* Cæcilius: *Quæſo igitur quiſquis es mea mulier.* Ennius: *Et quis illac eſt quæ lugubrij ſuccincta eſt ſtolâ?* Feſt. In form. inaugurationis templi. OLLA VETER. ARBOR. QVISQVIS. EST. QVAM. ME. SENTIO. DIXISSE. TEMPLVM. TECTVM. QVE. ESTO. IN. SINISTERVM. Varro lib. 6. de L. L. Plaut. Vidulariâ: *Dic mihi ſi audes, quis ea eſt quam vis ducere in vxorem?* Priſc. lib. 13. Idem Ciſtell. *Conteris tu tuâ me oratione mulier quiſquis es.* Ibidem: *Hæc eſt.* PH. *quis?* LAM. *Cui hæc excidit ciſtella.* Ibidem: *Quid iſtic negotij eſt, aut quis es?* PH. *Ego ſum illius mater.* Plaut. Aululariâ: *Da mihi optuma fœmina manum.* Eun. *Vbi ea eſt? quis eſt?* Et Epid. *Sed quis illæc è mulierecula & ille ruiſtellus quæ venit?* Idem Trucul. *Sed hæc quis mulier eſt?* Varro lib. 1. de R.R. cap. 57. *Quis itio ad priorem dominum, quid factitarent.*

QVITVR, poteſt: vt *fitur, poteſtur.* Cæcilius: *Si non ſarciri quitur.* Accius: *Vnde omnia perdiſci atque percipi queuntur.* Diomedes lib. 1. Priſc. lib. 8. Lucr. lib. 1.

Cudere enim poſſunt crebrò, partémque morari,
Dum veniant alij, ac ſuppleri ſumma queatur.

QVITVS SVM, pro quiui, vel potui. Accius: *Nam neque precio, neque amicitia, neque vi impelli, neque prece quitus ſum.* Agellius lib. 20. noct. attic. cap. 1. *Quoniam ſæuitia iſta pœnæ contemni non quita eſt.* Apul. Apolog. *Pollicitus ita facturum, ne ſic quidem quitus eſt.*

QVOD, pro quoad. Gell. lib. 1. *Hominem poſtea, quòd capillus adoleſceret, domi continuit.* Terent. Eunucho: *Munus noſtrum ornato verbis quòd poteris, & iſtum æmulum, quòd poteris ab ea pellito.*

QVOI, pro cui. Plaut. Ciſtell. *Hæc eſt quoi hæc excidit ciſtella, certè eum locum ſignat, vbi ea excidit.* Et Epidico: *Quoi multa in vnum locum confluunt, quæ meum pectus pulſant ſimul.* Pœnulo: *Quando id, quoi rei operam dedimus, impetrauimus.* Virg. Bucol.

——— *quoi non riſere parentes.*

Idem Georg. lib. 3.

Quoi non dictus Hylas?

Lucret.

Lucret. lib. 1.

Quoi quoniam ratio reclamat vera, negátque
Credere posse animum. Et lib. 2.
Nil aliud sibi naturam latrare, nisi vt quoi
Corpore seiunctus dolor absit.

QVOICAM, pro cuiquam. Plaut. Menæchmis: *Equidem ecastor nec tuam chlamydem do foras, nec pallium quoicam vtendum.* Lucret. lib. 2.

Quæ neque connecti quoicam potuere, neque intra
Vitales motus consentire, atque imitari.

QVOIVS, pro cuius. Lucil. Sat.

Nequam aurum est, aures quoius vehementiùs ambit.

Plaut. Ciſtell. *Vt eorum quoiam esse oportet te, sis potius quàm mea.* Idem Epid. *Adduco huc ad te quoia est fidicina?* Et Moſtell. *Hominem quoius rei quando natus est similem esse arbitrarer.* Ibidem: *Viden' vestibulum ante ædeis hoc & ambulacrum quoiusmodi.*

QVOM, cùm. Plaut. Menæchmis: *Nisi qui adsint quom citantur census capiant illicò.*

QVOTCALENDIS, QVOTMENSIBVS: pro ſingulis calendis, ſingulis menſibus: ſicut *quotannis* dicimus. Plaut. Sticho: *Vos meministis quotcalendis petere demensum cibum.*

QVOTIDIANO, ſeu COTTIDIANO, pro quotidie. Cic. de repub. 6. *Quotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tractis descenderent.* Plaut. Captiueis: *Nisi cottidiano sesqui opus confeceris.*

QVOTVMVS, pro quotus. Plaut. Pſeudolo: *Quotumas ædeis dixerit, id ego admodum incertè scio.* Ibid. *Quotumo die ex Sycione huc peruenisti?*

R

R, Littera in S, ſæpè commutata, vt *maiosibus, meliosibus, asa, asena*: pro maioribus, &c. In XII. Tab. ex Gellio: TERTIEIS. NVNDINEIS. CAPITE. POENAS. LVITO. AVT. TRANS. TYBERIM. VENOM. ITO. AST. SEI. PLVSES. ESVNT. REI. TERTIEIS. NVNDINEIS. PARTEIS. SECANTO: SEI. PLVS. MINVS. VE. SECVESVNT. NE. SI. FRAVDE. ESTO. Sic *comperce*, pro compeſce. Feſt. *Quæsere*, pro quærere. Ennius Creſphonte: *Duxit vxorem liberûm quæsendi gratiâ. Esit, esunt*, pro erit, erunt, in XII. Tab. SEI. MORBVS. ÆVITASVE. VITIVM. ESIT. Et: QVOI. AVRO. DENTES. VINCTI. ESVNT. *Auselij, Papisij, Valesij*, antiquitus nominati, qui poſtea Aurelij, Papirij, Valerij: de quibus Cicero ad Pætum. Varro lib. 6. Analog. In quo antiqui dicebant S, nunc dicunt R. vt in carmine Saliari: COSCVLI. DOLOSI. ESO. MELIOS. FEDESVM. PLVSIMA. R, litera non rarò etiam in D, mutata, & contrà: vt *Apor* vel *apur*, pro apud. Feſt. Victorinus. *Medidies*, meridies. Varro lib. 6. de L. L. In lege Numæ: IOVI. FEDETRIO BOVEM CÆDITO. pro Feretrio. *Aruectum*, Cato de R. R. *Arcedat*, Torpilij Boethuntibus. *Arfero* notat Feſtus. *Aruecio, aruento, arucnas, aruentores,*

res, aruocatus, arfines, aruolare, arfari. Prisc. lib. 1. Canina etiam vocatur hæc litera, quòd horrorem incutiat. hinc Virg. lib. 2. *Horresco referens*, quater eam repetiit. Pari forma Varro lib. 5. de L.L. loquitur, *In corpore pili, vt arista in spica hordei, horrent.*

RA

RABO, is, rabere, pro rabio. Varro Satyrâ, quæ inscribitur, Idem Attij quod Titij: *Quid est? quid blateras? quid rabis? quid vis tibi?* Cæcil. Hypobolimæo: *Ast rabula rabere se ait.* Non.

RABVLA à rabie, quia canina ei facundia: vel à radendo. Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: *Ille ales gallus qui suscitabat Atticarum Musarum scriptores, an hic quia gregem rabularum?* Cic. de oratore: *Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum quemque quærimus.*

RADERE GENAS, vnguibus scindere. In leg. XII. Tab. MOLIERES. GENAS. NE. RADVNTO. NEVE. LESSVM. FOVNERIS. ERGO. HABENTO. Cic. lib. 2. de legibus. Plin. lib. 11. cap. 37. *Infra oculos mala homini tantum quas prisci genas vocabant: XII. tabularum interdicto radi à fœminis eas vetantes.*

RADICARE, radices agere. Sid. lib. 7. epist. 8. *Mage differunt quàm relinquunt semel radicatam corda formidinem.* Idem lib. 5. epist. 10. *Simúlque naturali vitio fixum est radicatúmque pectoribus humanis.*

RADIVS, præter volgariam significationem, virga dictus Philosophorum, quâ Geometræ lineas indicant. Virg. Bucol.

Descripsit radio totum qui gentibus orbem.

Aut instrumentum textoris quod *druellam* vulgò dicimus. Virg.

Excussi manibus radij, reuolutaque pensa.

Aut instrumentum, quo mensuræ raduntur, quod alio nomine dicitur *hostorium.* Plautus: *Dij deæque omnes nobis tantam lætitiam, tot gaudia sine radio cumuletis.* Aut oliuæ genus oblongæ. Virg. lib. 2. Georg. *Orchites & radij & amarâ pausia baccâ.*

RALLA VESTIS, à raritate. Plautus Epidico: *Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium. Ralla* etiam Glossis, ξυστὴρ: ideſt, cælum, cestrum.

RAMENTA, quòd ex auto argentóve deraditur. Plaut. Bacchid. *Verùm quàm illa vnquam de meâ pecuniâ ramentâ fiat plumbeâ propensior.* Ibidem: *Antequam illa vnquam meis opulentiis ramentâ fiet grauior, aut propensior.* Idem Rudente: *Nunquam herclè hinc hodie ramentâ res fortunatior.*

RAMENTVM, proiectitium purgamentum. Q. Fab. Lucullus: *Vilissimum ramentum, proluuiosa pestis.* Fest. Plaut. Bacchid. *Quia patri omne cùm ramento reddidi.*

RAMICES, pulmones, vel hernia. Varro Triodite περὶ ἀρετῆς: *Priusquam in orchestrâ pithaules insiet tibias, domi suæ rumpit ramices.* Lucil. Satyr. lib. 9.

Quòd deformi senex, quòd pædidus ac podagrosus,
Quòd mancus, miser, exilis, quòd ramice magno.

Plaut. Mercat. *Tui causâ rupi ramices, atrum dum ſputo ſanguinem.* Idem Pœnulo: *Tui causâ nemo noſtrûm eſt ſuos rupturus ramices.* Serenus cap. 36.

Ramicis immenſum fertur cohibere tumorem.

RAPICIDÆ, rapacium hominum filij: ideſt, fures. Plaut. Aulular. *Sed verba hîc facio quaſi negotij nihil eſſet, rapacidarum vbi tantum ſiet in ædibus.*

RAPINATOR, raptor. Varro Marcip. *In inuidiam veniant hoc ipſo rapinatores.* Lucil. lib. 2.

Homo impudicus impune eſt rapinator.

RAPONES, raptores. Varro Papiapapæ, ὦ ἐγκωμίων: *Prætor mihi eripuit pecuniam, de ea queſtum ad annum veniam ad nouum magiſtratum, cùm hic rapo etiam vmbram ſpei deuoraſſet.*

RARENTER, rarò. Cæcilius Plocio: *Tu nurum non vis tibi odioſam eſſe, quam rarenter videas.* Pompon. Ergaſtulo: *Longè ab vrbe villicarier, quò herus rarenter venit: non villicarier, ſed dominari mea eſt ſententia.* Næuius Exodio: *Multum ames, es paulum, des crebrò, venias rarenter.* Cæcilius Pauſimacho: *Ædepol voluptas homini rarèter venit.* Liuius: *Rarenter venio.* Ennius Andromedâ: *Sed quaſi ferrum aut lapis durat, rarenter gemitum conatur.* Non.

RASITARE, ſæpè radere. Gell. lib. 3. cap. 4. *Comperimus autem cæteros quoque in iiſdem temporibus nobiles viros barbam in eiuſmodi ætate raſitauiſſe.* Sueton. Othone:

Quin & faciem quotidie raſitare.

RASORES, fidicines, quòd radant ictu digitorum chordas. Feſt.

RASTRI, & RASTRA. Virg. Georg. lib. 1.

Tribulaque traheæque & iniquo pondere raſtri.

Terent. Heautont. *Interim iſtos raſtros depone.* Ibidem: *Mihi ad raſtros res redit.* Cornelius Celſus: *Omnes raſtra & attollunt & adigunt.*

RATES, pro remis. Accius Neoptolemo: *Atque ego repercutio ratibus mare.* Idem: *Sed iam propellunt cæruleum rates ſolum.* Feſt.

RATITVS, quadrans dicitur à Lucilio, quòd in eo, vt & in triente, ratis erat effigies, ſicut nauis in aſſe. Hunc Tarquinius rex ſignauit primus, iuſsítque eos, qui Arentinum montem ex vrbe ratibus tranſibant, pro vectura ſoluere. Idem.

RATVMENA PORTA, Romæ vocabatur à nomine aurigæ, qui ludrico certamine quadrigis victor, conſternatis equis excuſſus, Romæ periit. Feſt. Plutarch. in Poblicola. Plin. lib. 8. cap. 43. & lib. 18. cap. 2.

RATVS, certus, firmus. Accius Menalippo: *Neque ratum eſt quod dicis, neque quod agitas dicendi eſt locus.* Ennius annal. lib. 11. *Occiduntur, ibus potitur ratu' Romolu' prædam Diſpertit.* Feſt.

RAVDVS, æs imperfectum, vnde *Rauduſcula porta* Romæ quòd ærata fuit; & in venditionibus mancupi ſcriptum, *Rauduſculo libram ferito.* Hinc *Erudio.* Varro lib. 4. de L. L. Boëthius. Cic. in Topicis, & lib. 4. epiſt. 8. ad Attic. & lib. 6. epiſt. penultima, item lib. 7. epiſt. 2. Valer. lib. 5. cap. 6.

cap. 6.

RAVILLÆ, vocati à rauis oculis; vt à cæſiis, *Cæſillæ*. Feſt.

RAVIM, prò raucedine dixere: vnde *raua vox*, ideſt, rauca. Cæcil. Hypobolimæo: *Prius ad rauim poſcaris quàm placentam dederis.* Feſt. Plaut. Amphitr. *Vbi ſi quid poſcamus, ad rauim poſcamus.* Idem Ciſtell. *Expurgabo herclè omnia ad raucam rauim.*

RAVISTELLI appellantur qui ſunt raui coloris, ideſt, inter flauum & cæſium. Plaut. Epidico: *Sed quis eſt hæc muliercula, & ille rauiſtellus qui venit?*

RAVVS, fuluus. Cic. Academ. lib. 4. *Quia nobiſmetipſis tum cæruleum, tum rauum videtur.* Varro lib. 2. de R. R. cap. 8. *Facie debent eſſe formoſi, magnitudine ampla, oculis nigrantibus, aut rauis, naribus congruentibus.*

RE

RE, pro rei. Lucil. Sat. lib. 6.

Id ſolùm aduerſæ fortunæ réque reſiſtat. Lucr. lib. 3.

Aut aliæ cuius deſiderium inſideat re. Idem lib. 4.

At quòd prouidet, illius re conſtat imago.

REAPSE, reipſa. Pacuuius Armorum iudicio: *Si non eſt ingratum, reapſe quod feci boni.* Feſt. Plaut. Rudent. *Nimio hominum fortunæ, minus miſeræ memorantur, quàm reapſe experiundo datur acerbum.* Idem Trucul. *De iſtac ipſa etſi tu taceas, reapſe experta intelligo.* Lucret. lib. 2.

——— *dum non ſit, re tamen apſe.*

REBITO, redeo. Plaut. Captiueis: *At vnum oro ſi huc rebitet Philocrates, vt eius mihi facias conueniundi copiam.*

RECELLERE, reclinare: vt *excellere*, in altum tollere. Feſt. Verbum eſt obſcœnum. Lucr. lib. 6.

——— *inclinatur enim, retróque recellit*
Et recipit prolapſa ſuas ſe in pondere ſedes.

RECENTARI, nouari, ἀνανεοῦσθαι. Martius Mimiambis:

Iamiam albicaſſit Phœbus, & recentatur
Commune lumen hominibus voluptáſque. A. Gell. lib. 15. cap. 25.

RECEPTITIVS ſeruus, nequam & nullius pretij, qui ob vitium redhibitus eſt, receptúſque, cùm venum eſſet datus. Verrius Flaccus. Cato in ſuaſione legis Voconiæ: *Vbi irata facta eſt, ſeruum receptitium ſectari, atque flagitare virum iubet.* Feſt. Gell. lib. 17. cap. 6.

RECESSIM, retrò. Plaut. Amphitr. *Ego cunas receſſim rurſum vorſum trahere, ducere, metuens pueris.* Idem Caſinâ: *Receſsim cedam ad parietem, imitabor nepam.*

RECHIDINNA, veſtes peregrinę, quibus in gymnaſiis vtebantur. Iuuenalis Sat. 3.

Ruſticus ille tuus ſumit Rechidinna Quirine,
Et ceromatico fert niceteria collo.

RECIDIVVS, παλιμβλαστής, rediuiuus, redintegratus. Corippus de laudibus Iuſtini lib. 1. *A buſto recidiua ſuo.* Virg. Moreto:

Et calamo recidiua leui munibat arundo.

Arnobius lib. 3. *Quicquid prior ætas abſtuliſſet, recidiua ſubſtitutio ſubrogaret.* Hinc *recidiuatus* forma-

uit Tertull. lib. 1. & 30.

RECINIVM, omne veſtimentum quadratum, quod & *ricinum*, & *ricinium* dicitur. Varro de vitâ pop. Rom. lib. 1. *Et quo mulieres in aduerſis rebus ac luctibus, cùm omnem veſtitum delicatiorem ac luxurioſum poſtea inſtitutum ponunt, recinia ſumunt.* Idem de vita pop. Rom. lib. 3. *Propinquæ aduleſcentulæ etiam anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demiſſo ſequerentur luctum, vt dum ſupra terram eſſet, riciniis lugerent.* Idem ταφῇ μυίπνα: *Nihil magis decere mulierem, quàm de muliebri ricinio palliolum ſimplex.* Idem Prometheo: *Alij mitram ricinam, aut mitram melitenſem.* Lucil. Sat. lib. 2.

Ricini aurati, ricæ atque oraria, mitræ. Non.

RECIPERARE, reficere. Varro lib. 1. de R. R. cap. 13. *Familia vbi verſetur prouidendum, ſi feſſi opere, aut frigore, aut calore, vbi commodiſsimè poſsint ſe quiete recipere.*

RECIPERATIO, cùm inter ciuitates peregrinas lex conuenit, vt res priuatæ reddantur ſingulis, recipiantúrque. Feſt. In inſcriptione Romanâ: SANCTO. SEMONI. DEO. FIDIO. SACRVM. DE. CVRIA. SACERDOTVM. BIDENTALIVM. VECTIGALIBVS.

RECIPIEM, pro recipiam, Cato dixit: vt & *attingem*, & alia plura. Sic *faciem*, pro faciam. Titin. Fullonibus:

Do pensã lanã, qui nonreddet temperi,
Putatam rectè faciem vt multetur malo.

Plaut. Aſinariâ: *Dabuntur: animo ſis bono, faciem exoptata obtingent.*

RECIPROCARE, vltro citróque procare, ſeu poſcere. Plaut. Aſtrabâ: *Quaſi tolleno aut pilum Græcum reciproces plana via.* Feſt. Ennius Andromedâ: *Reciproca animum, inquam, otioſè.* Non.

RECITAMENTVM, paruum fruſtum, & quaſi ramentum ex aliquo reciſum. Plinius: *Ocyſsimè verò contrahit æruginem æs coronarium, reciſamentis in acetum abditis.*

RECLINVS, inclinatus. Apul. Florid. *Idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma viridis iuuentæ, eadem gratia reclinæ frontis cerneretur.* Cicero φαινομένοις:

At Cepheus caput atque humeros palmáſque reclinat.

Ex iſto Arati:

——— παρ' αὐτῷ
Δύνει, ἄταρ Κηφεὺς κεφαλῇ ἢ χειρὶ κατ' ὦμω.

RECOENARE, iterum cœnare. Macrob. lib. 3. cap. 17. Saturnal. *Illud tamen memorabile de Reſtione latore ipſius legis (ſumptuariæ) fertur eum quoad vixit foris poſtea non recœnaſſe.*

RECORDAVIT, pro recordatus eſt. Quadrig. annal. lib. 5. *Is vbi Dacium cognouit, & patria eum recordauit.* Tacitus in Agricolâ: *Agnoſcent Britanni ſuam cauſam: recordabunt Galli priorem libertatem.* Gloſſæ: *Recordat, ἀναμιμνήσκει.*

RECTÆ, dicuntur veſtimenta virilia quæ à ſtantibus & in altitudinem texuntur. Plinius de Caia Cæciſia: *Ea primùm texuit rectam tunicam quales cum purâ togâ induuntur nouæ nuptæ.*

RECTO FRONTE, in maſcul. Cato

Cato in dissertatione consulatus: *Recto fronte cæteros si sequi nolit.* Vide *Fronte.* Eodem modo, *hic stirps, hic lux, hic mater,* & *hæc lupus, hæc nepos* (pro nepte) *hæc porcus, hæc metus,* pluriaque alia enunciabant veteres, quæ non vt vitia, sed vt antiquam consuetudinem redolentia accipi debent. Fest.

REDAMPTRVARE in Saliorum exsultationibus dicitur populus cùm præsulem amptruantem sequitur. Lucil. Satyr. lib. 9.

Præsul vt amptruat inde & volgu' redamptruat illi. Fest. Non.

REDANDRVARE, redire, ab ἀναδρομεῖν. Pacuu. Chryse:

Simul cùm videam Graios nihil mediocriter
Redandruare, opibúsque summis persequi. Fest.

REDDIBO, pro reddam. Plaut. Vidularià: *Ego seruabo quasi sequestro detis, neutri reddibo.* Prisc. lib. 6. & 13. Idem Plaut. Casina: *Nunquam ædepol ieiunium ieiunum est æquè atque ego ruri reddibo te.* Idem Menæch. *Saluum tibi ita vti mihi dedisti, reddibo.* Idem Epid. *Operam mihi da, opera reddibitur tibi.*

REDEMPTITAVERE, vt clamitauere. Cato in eâ quâ egit de signis & tabulis: *Honorem redemptitauere, malefacta benefactis non redemptitauere.* Fest.

REDHIBERI dicitur, cùm quis quod repudiauit inuitus retinere cogitur. Fest. A. Gell. lib. 4. cap. 2. *De Myope qui Luscitiosus Latinis appellatur, quoque dissensum est: alij enim redhiberi omnino debere: alij contrà, nisi id vitium morbo contractum esset. Eum verò cùm dens deesset, Seruius redhiberi respondit. Labeo in causa esse redhibendi negauit.* Plaut. Mostell. *Si malè emptæ essent, nobis haud has redhibere liceret.* Symm. lib. 5. ep. 15. *Auctores autem loquor, ne id quidem velle redhibere.*

REDHOSTIRE, gratiam referre; hostire enim est æquare. Næuius Lupo: *Regem salutare iubet Albanum Amulium comiter, senem sapientem; contra redhosti.* Mænalus. Accius Amphitruone: *Cedò ecquid te redhostit, cùm ea seni obiectet facilius.* Fest.

REDHOSTIRE, redire. Accius διδασκαλικῶν lib. 1. *Vt dum velint breuitatem consequi, aliter relatum redhostire sponsum.* Non.

REDICO, iterum dico, renarro. Sid. lib. 9. epist. 13. *Iis perferendis confabulatio frequens, iis redicendis sollicitus auditus inseruiat.*

REDIMICVLVM, catella qua vtuntur ornatus gratia mulieres. Lucil. Satyr. lib. 15.

Cum tecum est, quiduis satis est: visura alienos
Est homines, pallam spiras, redimicula promit. Non. Iuuenalis:

——— *Qui longa domi redimicula sumunt.*

REDINVNT, redeunt. Ennius Annal. *Redinunt in patriam.* Fest. Sic, *obinunt, ferinunt, solinunt, nequinunt, prodinunt*; pro obeunt, feriunt, &c. dicebant.

REDIPISCI, iterum adipisci. Plaut. Trinummo: *Inter eósne homines condalium redipisci te postulas, quorum vnus surripuit currenti cursori solùm.*

REDITIO, reditus. Varro rerum humanarum lib. 20. *Omnes Tarquinios eiicerent, ne quam reditionis per gentilitatem spem haberent.* Non.

Terent. Eunucho: *Quid huc reditio eſt? quid veſtis mutatio eſt?* Plaut. Moſtell. *Iube abire rurſum, quid illi huc reditio etiam fuit?*

REDVVIA, & reluuia, dicitur cùm circa vngues cutis ſe reſoluit: *luere* enim ſoluere, dictum à λύειν. Gloſſis παρονυχίς. Titinnius Setinâ: *Laſitudo conſeruûm, reduuiæ & flagri.* Læuius: *Scabra in legendo reduuioſave offendens.* Feſt. Cic. pro Roſcio: *Intelligo me errare qui cùm capiti Sexti Roſcij mederi debeam, reduuiam curem.*

REDIVIVVS, ex vetuſto renouatum. Cic. in Verrinis: *Vtrùm exiſtimatis vnam columnã efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo.*

REFRIVA FABA, quæ primùm ex ſegete domum auſpicij causâ referebatur Kalendis Iuniis, quæ & inde Kalendæ fabariæ dictæ ſunt, quo ipſo die pulte fabaria & larido Carneæ Deæ fiebat. Plin. lib. 18. cap. 12. *Fabam vtique è frugibus referre mos eſt auſpicij causâ, quæ ideo refriua appellatur.*

REGALIA exta appellarunt quæ potentioribus inſperatum honorem pollicebantur, priuatis & humilioribus hæreditates: filiofamilias dominationem, &c. Feſt.

REGAMMANS LINEA, decuſſata, in figurâ literæ Γ, decurrens. Aggenus Comment. in Front. limit. agr. *Regammante verò via vel limite dum à ſe vtrique diſceſſerint, deſinit via finem præſtare, & erit controuerſia.* Latinus & Myrſontius: *Vicem limitum exſpectant regamantibus lineis, vel percurrente rigore.*

REGILLA, veſtis regia. Varro παπία ἀπὸ τοῦ παππῶν, ἢ ἀγωμίων: *Collum procerum fictum leui marmore Regillam tunicam purpurâ diſcingitur.* Non. Plaut. Epidico: *Quid erat induta, an regillam induculam, aut mendiculam?*

REGIMEN, adminiſtratio imperij. Ennius lib. 16.

Primus nec Bradus in regimen bellique peritus. Feſt.

Ouidius:

Addidici regimen dextrâ moderante carinæ Flectere.

Idem:

Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor, Frangitur & regimen.

Lucr. lib. 3.

In quo conſilium vitæ regiménque locatum eſt.

Gloſſarium: *Regimen*, οἴακισμα, ἰθυντήριον.

REGIONALITER, per regiones. Apul. libro de Mundo: *Quæ tamen illi cùm regionaliter videantur eſſe peſtifera ad omnem ſalutaria ſunt.* Sueton. *regionatim*, dixit.

REGLESCIT, creſcit. Plautus: *Vix ſuperſum dolori, qui indies, væ miſero mihi ac perdito, regleſcit magis magiſque.* Feſt.

REGREDERE, pro regredi. Ennius Achille: *Quò nunc incerta atque inorata gradum regredere conare?* Gloſſæ: *Regrado*, καταβιβάζω.

REICVLÆ, oues morbidæ. Varro de liberis educandis: *Vt in grege vpilio oues minus idoneas remouere ſolet, quas reiculas appellat: ſæpè enim vnus puer petulans atque impurus inquinat gregem puerorum.* Non. Idem lib. 2. de R. R. cap. 5. *In reliquis gregibus pecuariis delectus quotannis habendus, & reiculæ reiicienda, quòd locum occupent earum quæ ferre poſſunt fructus.* Cato de R. R. cap. 3. *Vendat boues vetulos, armenta reiicula,*

la, oues reiculas.

RELIGIOSI dies, infausti & infames, qualis fuit dies XII. Kalend. Septembr. quem *Allienſem* vocarunt Liu. lib. 6. Macrob. lib. 3. cap. 3. Gell. lib. 5. cap. 17.

RELLICVVM, reliquum. Lucr. lib. 1.

Numquam rellicuo reparari tempore poſſet. Idem lib. 2.

Rellicui motus vitales vincere ſæpe.

RELVERE, ſoluere, repignorare: à λύω. Cæcil. Carine: *Vt aurum & veſtem, quod matris fuit, reluat, quod viua ipſi oppoſuit pignori.* Feſt. Cic. in Saluſtium: *Vnde tu, qui modò ne paternam quidem domum reluere poteras, repentè tanquam ſomnio beatus, hortos precioſiſſimos, villam in Tiburti C. Cæſaris, reliquáſque poſſeſſiones paraueris.*

REMARE, redire, q. remeare. Ennius Annali primo:

——— *deſtituunt riuos, campóſque remanant.* Feſt. Lucr. lib. 3.

Vnde homines, dum ſe falſo terrore coacti

Refugiſſe volunt longè, longéque remaſſe,

Sanguine ciuili rem conflant.

REMEARE, vltro citróque ire. Afran. Emancipato: *Vetuit me ſine mercede prorſum Paccius remeare in ludum.* Non.

REMELIGINES, remoræ: à remorando. Afran. Prodito: *Remeligo à Laribus miſſa ſum huc, quæ curſum cohibeam nauis.* Plaut. Patinariâ & Caſinâ: *Namque illæ nunc tam diu intus remorantur remeligines?* Varro lib. 6. de L. L.

REMISSISSIMVS, admodum remiſſus. Sueton. Auguſto: *Remiſſiſſimo ad ocium & ad omnem caritatem animo.*

REMORBESCAT, in morbum incidat. Feſt.

REMORES, aues in auſpiciis quæ agentibus remoram iniiciunt. *Remora* autem tarditas dicitur. Lucilius: *Quænam vox ex te reſonans meo gradu remoram facit.* Plaut. Trinummo: *Quæ in rebus multis obſtant, remorámque faciunt rei priuatæ & publicæ.*

REMVLCARE, molli tactu ad progreſſum mulcere. Siſenna hiſtor. lib. 2. *Si qua celeriter ſolui poterat, in altum remulcat.* Non.

REMVLCVM dicitur funis quâ deligata nauis trahitur vice remi. Iſidorus lib. 19. cap. 4. quod Hetruſci *rimorchiare* vocant. Cæſar in comment. *Poſtquam relictâ in littore nauem conſpexit, hanc remulco abſtulit.* Auſonius Paneg. Moſell.

Et cùm per ripas nunquam ceſſante remulco

Intendũt collo malorũ vincula nautæ.

Valgius in Elegis:

Hinc mea me longo ſuccedens prora remulco

Lætantem gratis ſiſtit in hoſpitiis.

REPAGES, repagula: vt compages. Feſt.

REPASTINARI ager dicitur, cuius natura mutatur fodiendo. Cato de ſuis virtutibus contra Thermum: *Ego iam in principio parſimoniâ atque in duritia atque induſtria omnem meam adoleſcentiam obſtinui, agro colendo, ſaxis Sabinis, ſilicibus repaſtinandis, atque conſerendis.* Afran. Repudiato: *Repaſtinatas arati ſentices fugis?* Feſt. Varro lib. 1. de R. R. cap. 18. *Vt ſi altiùs repaſtina verimus, aut minùs quàm alij, vt momentum ea res habeat.*

beat. Vide Columell. lib. 10. cap. 18. Pallad. lib. 2. cap. 10. Iſidor. lib. 20. cap. 14.

REPEDARE, recedere. Pacuu. Paullo: *Repeda gnate ab veſtibulo gradum.* Feſt. Lucil. Satyr. lib. 26. *Rediſſe ac repedaſſe vt Romæ videret gladiatores.* Idem ibidem: *Vt factum ego à Metello Romam repedabam numero.* Marcell.

REPENDERE, tractum volunt à veteri ſæculo, in quo caſu pecunia ſignata non eſſet, quæ ſolueretur, rude aurum appendi ſolebat. Hinc Ouid. in epiſt.

Ingenio formæ damna rependo meæ.

REPENTINIOR, magis repentinus. Apul. lib. de Mundo: *Nimbuſa quanto repentinior, tanto vehementior.*

REPERIBITVR, reperietur. Pompon. Macco poſteriore: *Credo metuis ne inuidia deſit tibi, cùm nemo qui à te accipiat reperibitur.* Plaut. Epidico: *Quid illa fiet fidicina igitur? aliqua reperibitur, aliqua ope exſoluam.*

REPERIBITVR, reperiet. Cæcil. obolaſtate: *Nunc enimuerò eſt cùm meæ morti remedium reperibitur nemo.*

REPERITARE, reparare, formâ frequentatiuâ verbi *repero*, quod commutatione literæ, pro *reparo* (vt *præpero*, *ſuppera* veſtis, *opiperum*, *imperis*; pro præparo, &c.) enunciabant antiqui. Varro lib. 1. de R. R. *In queis quæ non inerunt, & quæres indicabo à quibus ſcriptoribus reperites, & Græcis & noſtris.* Gell. lib. 10. cap. 11. *Namque in præperatum rei ruſticæ per tempeſtates pluuiaſque cùm otium eſt maturari poteſt.* Sic *depetiſci*, *defetiſci*, *æquiperare*: pro depatiſci, defatiſci, æquiparare, dixiſſe veteres annotat Priſc. Terent. Phormione: *Neque defetiſcor vnquam adeò experirier.* Idem ibidem: *Nam depetiſci mortem cupio.* Cic. pro Roſcio: *Ipſe tua prædia depectus eſt.* Enn. Annal. *Ingens cura mihi concordibus æquiperare.* Sic & *hietare* ab hiare. Cæcilius: *Præi, hercle tu qui mihi oſcitans hietánſque reſtas.* Plautus: *Vbi eum hietare nondum in mentem venit.*

REPETENTIA, repetitio. Lucret. lib. 3.

Interrupta ſemel cùm ſit repetentia noſtri.

Arnobius lib. 2. *Quòd enim rebus ingreſſis repetentiam priorũ detrahit, & intra ſe geſta irrecordabili debet obliteratione deperdere.*

REPIGRATVR, torpeſcit. Apul. 8. *Cùm & ipſo lumine dirarum beſtiarum repigratur impetus.*

REPLICARE, reflectere, reuerberare. Seneca quæſtion. nat. lib. 1. cap. 3. *Ab omni*, inquit, *leuitate acies radios ſuos replicat.* Et lib. 2. cap. 10. *Radij Solis replicantur, & quouſque redire potuerunt replicato calore.*

REPOSCONES, flagitatores, qui aſſiduo conuitio debitum repoſcunt. Amm. lib. 21. *Ægyptij controuerſi ſunt, & repoſcones acerrimi.*

REPOTIA, quando quaſi potatio repetitur; fiebant ſeptimo vtplurimum à nuptiis die, cùm noua nupta ad paternam domum rediret, vt ait Acron. aut ſecundo, cùm in muliebrem habitum componebatur noua nupta: aut denique poſt annum, cùm ſuſceptis liberis

beris facta erat parens, ſi tollere eos decreuiſſet: ac tum παιδοτρόφια appellabantur. Horat. lib. 2. Saturâ 2.

Ille repotia, natales, alióſque dierum
Feſtos albatus celebret.

Auſonius:

Coniugióque dapes, & ſacra repotia patrum.

Apul. de mundo: *Hic ad conuiuij repotia veſpertinus comiſſator aduentat.*

REPVDIOSVM, repudio dignum. Plaut. Persâ: *Verùm videto vbi me voles nuptum dare, Ne hæc fama faciat repudioſas nuptias.*

REPVDIVM, reiectio quæ fit ob rem pudendam. Accius Medeâ: *Repudio eiecta ab Argis iamdudum exſulo.* Feſt.

REPVLSIOR, magis repulſus. Cato contra Cornelium ad populum: *Ecquis incultior, religioſior, deſertior, publicis negotiis repulſior.* Feſt.

REQVE APSE, pro reipſa. Lucr. lib. 2.

Concedamus vt hîc terrarum dicat & orbem
Eſſe Deùm Matrem, dum ne ſit re tamen apſe.

RES COMPERENDINATA, dicitur iudicium in tertium diem dilatum. *Comperendinatio* eſt vtriuſque partis recitatio, id eſt, cùm iterum citantur à præcone priori actione citati. Aſcon. Cic. Actione 3. in Verrem: *Adimo enim comperendinatum quod habet lex in ſe moleſtiſſimũ, bis vt cauſa dicatur, quod aut mea cauſa eſt potius conſtitutum, quàm tua, aut nihilo potius tuâ, quàm meâ.* Sid. lib. 1. epiſt. 7. *Sed vt iudicio vix per hebdomadem duplicem comperendinato, capite multatus eſt.* Vide Gell. lib. 10. cap. 14. & lib. 7. c. 1. Hinc *dies comperendini.* Macr. lib. 1. Saturnal. cap. 16.

RES, pro pudendo. Auſon. Monoſyll.

Imperium, litera, Venerem, cur vna notat res?

Plaut. Pœnulo: *Tenetis rem? vix quidem herculè, nam ita pauxillula eſt, digitulis primoribus.* Hinc quidam argutè in epigramm.

Intraſſet calidum nuper cùm cotta lupanar,
Dicitur infectâ re rediiſſe domum.

RESCIRE, verbum, vim habere propriam quandam obſeruatum non ex communi cæterorum verborum ſignificatione quibus eadem particula *re* imponitur; is enim qui factum aliquod occultius, aut inſperatum inopinatúmque cognoſcit, reſcire propriè dicitur. Næuius Ityphallo:

Vnquam ſi quidquam filium reſciuero
Argentum amoris cauſa ſumpſe mutuum
Extemplò illò te ducam vbi non deſpuas.

Quadrig. Annali primo: *Lucani vbi reſciuerunt ſibi verba data eſſe.* Cato Originum lib. 4. *Mittam te ſi vis cum equitibus, ſerè eſt, inquit, magiſter equitum, iam reſciuere.* Gell. lib. 2. cap. 19.

RESECRARE, religione ſoluere. Plaut. Aululariâ: *Nunc te obſecro fac mentionem cum auunculo matermeo; reſecróque mater qui dudum obſecraueram.* Idem Persâ: *Obſecro te, reſecro, operam da hanc mihi fidelem.* Nepos in Alcibiade: *Iidémque illi Eumolpida ac Cenyces,*

rurſus reſecrare ſunt coacti qui eum deu rauerant.

RESES, & reſiduus, deſes, ignauus, qui reſidet. Afran. Rosà : *Præterea reſides multi.* Pacuu. Armorum iudicio: *Túque te deſidere mauis reſidem, nos hìc eſſe in labore.* Accius: *Odi reſiduos, ſomno deditos atque inertes.* Virg. Æneid. lib. 1.

——— *vino tentat præuortere amori*
Iampridem reſides animos.

Idem lib. 6.

Ocia qui rumpet patriæ, reſidéſque mouebit.

RESIGNARE, reſcribere. Cato de ſpoliis ne figerenter, niſi quæ de hoſtibus càpta eſſent: *Sed tum vbi indiuiſi ſunt reuertantur reſignatis vectigalibus.* Feſt.

RESPERSVM vinum, quo ſepulcrum reſpergebatur, de quo Virg. lib. 5. Æneidos:

Et duo ritè mero libans carcheſia Bæcho
Fundit humi.

RESTAT, diſtat. Ennius lib. 7. annal.

Impetus haut longè mediis regionibu' reſtat. Non.

RESTAT, reſiſtit. Ennius lib. 7. annal.

Illyrici reſtant, ſicis ſibyniſque fodantes. Lucil. Sat. lib. 28.

Cede oſtium gnate, vrge, reſtant, perimus. Lucr. lib. 1.

Nunc ratio nulla eſt reſtandi, nulla facultas. Idem lib. 2.

Æraque quæ clauſtris reſtantia vociferantur. Catullus:

Dum fugiunt Troës, dum reſtat Barbarus Hector.

RESTRICTIM, pro reſtrictè. Afranius Thaide: *Eaque firmè ſedere melius conſultoribus, Quàm reſtrictim cogitata atque omnibus rationibus.* Non.

RESVPINARE, ab incepto reuocare. Accius Antigonà: *Quid agis? perturbas rem omnem ac reſupinas ſoror.* Propert. lib. 4. eleg. 9.

Nec mora cùm totas reſupinat Cynthia valuas.

RETALIARE, ἀνταμείβεσθαι. Gell. lib. 20. cap. 1. *Quod enim per imprudentiam factum eſt, retaliari per imprudentiam debet.*

RETIA, & retis, pro rete. Varro lib. 3. de R. R. cap. 5. *Hæ ſunt auibus omne genus repletum, quibus miniſtratur per retem, & aqua riuolo tenui adfluit.* Plaut. Rudente: *Pol magis ſapuiſſet ſi dormiuiſſet domi, nam nunc & operam ludos facit & retiam.* Priſc. lib. 7. Plautus ibidem: *Vbi demiſi retem atque hamum, quidquid hæſit extraho.*

RETIARIVS, qui cum myrmillone, in cuius galeâ piſcis erat effigies, congrediens rete ferebat occultum, vt aduerſarium cuſpide inſiſtente operiret, implicatúmque viribus ſuperaret. Hic pugnanti myrmilloni occlamabat: *Nõ tepeto, piſcem peto, quid me fugis galle?* Erat enim *Myrmillonicum* armaturæ genus Gallicum, ipſique *myrmillones* antè Galli dicti. Hoc autem pugnæ genus à Pittaco videtur inſtitutum, qui occultato reti Phrynonem impediuit; de quo Strabo lib. 3. Diog. lib. 1. Iſid. lib. 18. cap. 54. Quint. Sueton. in Caligula, & in Claudio Cæſ. cap. 34. Iuuenal. Satyra 8. Tertull. de ſpectac. cap. 10. Valer. Max. tit. 1. de ſomniis. Artemidorus, &c.

RETINAX, retinere ſtudens. Symm. lib. 1. epiſt. 47. *Num illius calo*

cælo aut Soli illecebrum retinax aduenarum lotos æquauerit, & ſuada Circe pocula, & tricinium ſemiuiuo lucrum puellarum.

RETRACTARE, viciſſim & contrà tractare, idem quod *recellere* in re turpi: vnde Plautus *recelli clunos* dixit meretrices. Lucr. lib. 4.

——— *ardet abundans*
Natura, & Venerem ſalientum læta retractant.

RETRICES, aqua qua horti irrigantur. Feſt.

RETROCITA tuba, vltro citróque ducta. Lucr. lib. 4.

Cum tuba depreſſo grauiter ſub murmure mugit,
Et reboat raucum retrocita barbara bombum.

RETRORSVS, inflexus, obliquus. Apul. lib. 2. Metam. *Denique ſæpe retrorſa reſpiciens, ſubſtitit.*

RETVRARE, aperire, contrarium πῶ obturare. Varro Agathone: *Pueri obſcœnis verbis nouæ nuptæ aures returant.* Non. Feſt.

REVORTIT, reuortitur. Gloſſæ *Reuorto*, ἐπιστρέφω. Pomponius Maiali: *Cænam quæritat, ſi eum nemo vocat, reuortit mœſtus ad me.* Lucr. lib. 3.

Exit ſæpe foras magnis ex ædibus ille
Eſſe domi quem pertæſum eſt, ſubitóque reuortit. Idem lib. 5.
Atque vnde exorta eſt, ad eum plerumque reuortit.

Symm. lib. 4. epiſt. 65. *Vacuus eiuſdem muneris mei ad te reuortit.* Apul. lib. 9. *Tamen altius commota atque exaſperata, ad armillum reuortit.* Idem Apolog. *Quod vtinam incolumis Carthagine reuortiſſet.* Sym. lib. 4. epiſt. 7. *Quod cum illo honor amiſſus reuortit in gratiam.* Et lib. 6. epiſt. 56. *Puto enim vos in meliorem valetudinem reuortiſſe.*

REX, qui aliquem alit veteribus appellatus eſt. Plaut. Aſinariâ: *Nam ni impetro, regem perdidi, ex amore tantum eſt hominis incendium.* Idem Captiueis: *Poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium.* Horat. lib. 1. epiſtol. 17.

——— *equus me portet, alat rex.*

Plaut. Sticho: *Libros inſpexi, tum confido quam poteſt me meum obtenturum regem ridiculis meis.*

RH

RHETORICASTI, Rhetorem egiſti. Nouius Aſinio: *Age nunc quando rethoricaſti, reſponde quod te rogo.* Non.

RHETORISSO, rhetoricè loquor. Pompon. Medico: *Dolaſti vxorem, nunc & propterea me cupis Concidere, & iam rhetoriſſas.*

RI

RICA, eſt veſtimentum quadratum, fimbriatum, purpureum, quo flaminicæ pro palliolo vtebantur. Agell. lib. 10. cap. 15. de flaminicâ: *Et quod in ricâ ſurculum de arbore felici habet.* Alij dicunt pallium eſſe triplex quod conficiebant virgines ingenuæ, patrimæ ac matrimæ, quòd cæruleo colore infectum lauetur aquâ purâ. Nouius Pedio: *Mollicinam, crocotam, chirodotam, ricam.* Turpilius Veliterna:

Ducit me ſecum poſtquam ad ædeis venimus [ginem
Veneratur Deos, interea adſpexi vir-

Geſtantem in capite riculam, indutam oſtrinam.

Non. Plaut. Epidico: *Supparum, aut ſubminiam, ricam baſilicam, aut exoticam.* Germanicus de Erigone:

—— *triſtique genas abſcondita ricâ.*

RICTVM, & rictus, in caſu recto dixêre. Cic. de ſignis: *Vt rictum mentúmque eius paullo ſit attritius.* Lucil. Satyr. lib. 3.

—— *malas tollimu' nos, atque vtimu' rictu.* Lucret. lib. 5.

Mollia ricta tremunt duros mandantia dentes. Idem lib. 6.

—— *naſi primoris acumen*
Tenue, cauati oculi, caua tempora, frigida pellis,
Duraque inhorrebat rictum frons tenta meabat.

RIDIBVNDVS, riſu diffuſus. Plaut. Epidico: *Vt ille ſidicinam fecit neſcire prorſus ſe eſſe emptam tibi, ita ridibundam atque hilarem adduxit ſimul.*

RIDICA, pedamentum vitis robuſtum, ex quercu, aut iunipero. Varro lib. 1. de R. R. cap. 8. *Refert, inquam, quod genus vineæ ſit; quòd ſint multæ ſpecies: aliæ enim humiles ac ſine ridicis, vt in Hiſpaniâ.* Et cap. 26. *In omni vineâ diligenter obſeruatur, vt ridica vitis ad Septentrionem versùs tegatur.*

RIDICVLARIA, nugæ. Cato de Cæcilio Senatore: *Deſcendit de Cantherio, inde ſtaticulos dare, ridicularia fundere.* Macr. lib. 3. Saturn. cap. 18. Plaut. Afinariâ: *Auſer ridicularia.* Idem Trinummo: *Sed hoc mitte atque auſer ridicularia, nam ego dedita opera huc ad te aduenio.*

RIDICVLI cauſsâ, id eſt, ioci. Plaut. Amphitr. *Equidem ioco illa dixeram dudum tibi, Ridiculi cauſsâ, id hunc rogato Soſiam.*

RIDICVLVS, qui in rebus turpibus ridetur. Feſt. Plaut. Stichо: *Vides ridiculos nihili fieri, atque ipſos paraſitarier.* Ibidem: *Quando adhibero alludiabo, tum ſum ridiculoſiſſimus. Ridiculoſus* quibuſdam dicitur, vt *facetoſus*, pro faceto: de quibus H. Stephanus in Pſeudo Cicerone:

Qui facetoſus faceti vult vice dici,
Is pro ridiculo eſt ridiculoſus homo.

Vrſinus Velius epigramm.

Τὸν βίον ἄρτι γέλα Δημόκριτε, τὸ πλεόν ἢ πρίν
Νῦν ὁ βίος πάντων ὄζυ γελοιότατος.

quod ipſe hoc modo vertit:

Nunc quoque maiori Democrite diffluе riſu,
Quandoquidem hæc vita eſt ridiculoſa magis.

RIDO, ridere, p.b. vt *ſtridere*, & alia infinita: de quibus Priſc. lib. 10. Brutus de patientiâ: *Irridunt horum lachrymas.* Diom. lib. 1. Lucret. lib. 3.

—— *ſempérque innubilus æther*
Integit, & largo diffuſo lumine ridet.

RIENES, νεφροί, nefrendines. Plautus: *Glaber erat tanquam rien.* Feſt.

RIGIDVM, præter modum frigidum. Virg. lib. 2. Georg.

Tellurem Boreâ rigidam ſpirante moueri. Et Georg. lib. eodem:

—— *veſtéſque rigeſcunt*
Indutæ, cædúntque ſecuribus humida vina.

RIGOR, εὐθυωρία, quidquid in agrimēſori operis cauſa ad finē dirigitur. Frōt. de limit. *Rigor eſt quidquid inter duo ſigna, vel in medio lineæ rectum perſpicitur.* Idem: *Rigores ordinati certo itineris ſpacio.* Sicul. Flac.

de

de fin. *In aliquibus regionibus ita fines inter poſſeſſores ordinati ſunt, vt rigores durent per longum tractum.* Idem: *Petras occurrentes in finibus notatas inuenimus, & quaſdam ſi perſeueret rigor notas habentes.* Aggenus in comment. *Riparum & rigorum curſus ſeruabitur.* Dolobella de agrim. *Rigores hebetes appellati ſunt, quia ſine lapidibus ſunt.* Idem: *Si certi ordines conuenerint, non eſt rigor finalis.*

RIMABVNDVS, cogitabundus. Apul. lib. 2. Metamorph. *Dum hæc identidem rimabundus eximiè delector, tua ſunt, inquit, Byrrhena, cuncta.*

RIMARI, anxiè quærere. Antiquus apud Feſtum Poëta:

Ego ibo vt latebras ruſpans rimer maritimas. Virg. lib. 6. Æneid.

——raminatúrque epulis, habitátque ſub alto Pectore.

RISCVS, Donato dicitur ciſta pelle contecta: Seruio, feneſtra in pariete. Terent. Eunucho: *Vbi ſita eſt? in riſco, odioſa ceſſas?* Gloſſarium: *Riſcus, κιβωτὸς μεγάλη.*

RITVALES, Etruſcorum vocantur libri, in quibus perſcriptum eſt quo ritu condantur vrbes, aræ ædéſque ſacrentur, qua ſanctitate muri, quo iure portæ, quomodo tribus, curiæ, centuriæ, diſtribuantur, exercitus conſtituantur, ordinentur, cæteraque eiuſmodi ad bellum ac pacem pertinentia. Feſt. Cic. de diuinat. lib. 1. *Quod Hetruſcorum declarant & aruſpicini, & fulgurales, & rituales libri, noſtri etiam augurales.*

RITVIS, pro ritus. Varro de liberis educandis: *Itaque domi rituis noſtri, qui per Diuum Fidium iurare volt, prodire ſolet in publicum.* Non.

RIVATIM, per riuos. Macrob. lib. 7. Satur. cap. 12. *Quæ igitur ratio facit, vt riuatim aquæ de Ponto fluant.*

RIVINVS, riuális. Plaut. Aſinariâ: *Riuinus amens ob præreptam mulierem, It, rem omnem vxori per maritum nunciat.*

RIVORA, riui. Innoc. de caſ. lit. *Caſa in monte poſita tria riuora ſignificat, in triſinio vineam poſitam.* Idem: *In monte fines rotundos habente & culto per medium tria riuora diſcindit.* Idē: *Quatuor riuora habet in finibus ſuis.*

RIXAT, pro rixatur. Varro Armorum iudicio: *Ille viros hortari vt rixarent.* Idem Serrano, ἀρχαιρεσιῶν: *Dormit alius, alij vigilant, clamant, calent, rixant.* Et lib. 1. de R. R. cap. 15. *Præterea ſine ſeptis fines prædij, ſationis, notis arborum tutiores fiunt, ne familiæ rixent cum vicinis, ac limites ex litibus iudicem quærant.*

RO

ROBEVS, rufus, ruber. Varro lib. 2. de R. R. cap. 5. *Colore potiſſimus nigro, dein robeo, tertio heluo, quarto albo: molliſſimus enim hic, vt duriſſimus primus.*

ROBORARIA, quę nunc leporaria, & viuaria dicimus, Græci παραδείσους, à tabulis roboreis, quibus erant ſepta. Scipio oratione quinta contra Cl. Aſellium: *Vbi agros optimè cultos, & villas expoliti ſſimas vidiſſet, in his regionibus excelſiſſimo locorum murum ſtatuere aiebat, inde corrigere viam aliis per vineas medias, aliis per roborarium atque piſcinam, aliis per villam.* Agell. lib. 2. cap. 20.

ROBVS, vel ROBVR, ſupplicij ac cruciatus genus. Plaut. Curculione: *At ego faciam vt pendeas, nam in robur te totum dabo.* Lucr. lib. 3.

Carcer & horribilis de ſaxo iactu' deorſum,
Verbera, carnifices, robus, pix, lamina, tædæ.

Tacitus lib. 4. annal. *Robur & ſaxa minitantium.* Valerius Apolog. 2. *O ſubtilitas digna carcere & robore.* Idem lib. 6. de ſeuerit. *Ne quis inimicis reipub. amicus eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt. Codex robuſteus* Plauto dicitur in Pœnulo: *Quos ego iam detrudam ad molas, inde porrò ad puteum, ádque robuſteum codicem.* Eidem *Robuſtus carcer.* Curcul. *At ego vos ambo in robuſto carcere vt pereatis.* Robur autem quibusdam equuleus, ſeu eculeus intelligitur, in quo rei inſidentes miſerrimè torquebantur: aliis locus in carcere quem cataſtam nominant, conſeptum olim robuſteis clauſtris, fuerúntque duæ carceris partes, Tullianus (de quo Saluſtius) & Robus. Locutiones inde deſcenderunt, quòd robur ex vſu Latinorum quamuis materiam duram notaret; hinc Virg. in Georg. *Cape ſaxa manu, cape robora paſtor.* Quemadmodum & Græcis δόρυ iam lignum eſt, iam arbor, iam telum militare, obſeruante Euſtathio paſſim in Homero.

RODVS, vel RAVDVS, rem imperfectam rudémque denotat, ſaxum interdum Poëtis appellatur. Accius Chryſippo: *Neque quiſquam à telis vacuus, ſed vti cuique obuium fuerat ferrum, alij ſaxum rodum.* Idem Menalippo: *Conſtitit, cognouit ſenſim, conlocat ſeſe in locum celſum, hinc manibus raptat raudum, ſaxum, grandem, & grauem.* Pro *ære imperfecto* poſuit Lucil. Sat.

Huc catapiratæn puer eodem defer, & vncum,
Plumbi pauxillum, rudus, linique mataxam.

Cincius de verb. priſc. *Sic æs infectum ruduſculum: apud ædem Apollinis æs conflatum iacuit, id adrudus appellabant.* Hinc *Roduſculana* porta Romæ: vel quòd ſit rudis & impolita, vel quòd ſit ære vincta: & *Rudiarij* qui ſaga noua poliunt. Feſt. Varro lib. 4. de L. L. Iſidorus.

ROGVM, pro rogus. Afran. Epiſtulà: *Polcrè hoc incendi rogum, ardet, tenetur, hoc ſepulcro ſepeli licet.* Non.

RORAMENTA AVRI, quæ vulgo ramenta. Iulius Capitolinus, in Ælio Vero: *Dicitur ſanè tantam habuiſſe curam flauentium capillorum, vt capiti auri roramenta reſpergeret, quo magis coma illuminata flaueſceret. Radiamenta auri* vocantur Lampridio in Commodo.

RORARII, milites leuis armaturæ, qui primi prælium committebant. Quòd iis dabatur vinum, *Rorarium* appellatum. Varro lib. 3. de vita pop. Rom. *Rorarij appellati, quòd imbribus rorare ferè incipiant.* Lucil. Sat. lib. 10.

Ponè paludatum ſtabat rorariu' veles. Idem lib. 7.

Quinque haſtæ aureolo cinctu rorariu' veles.

Plaut. Friuolariâ: *Vbi rorarij eſtis? En ſunt, vbi ſunt adcenſi? Ecce.* Feſt. Symm. lib. 8. epiſt. 47. *Tanquam leuis armaturæ miles, rorarios imitaris.*

ROSCII dicuntur qui aliqua in arte planè

planè ſunt perfecti, vt ſuâ in arte Roſcius Comœdus. Feſt. Cic. de oratore lib. 1. *Itaque hoc conſequutus eſt iamdiu, vt in quo quiſque artificio excelleret, is in ſuo genere Roſcius diceretur.*

ROTVNDARE, κυκλεῖν, circulare. Sid. lib. 2. epiſt. 10. *Ab ortu lacum porticus intuetur, magis rotundatis fulta collyriis, quàm columnis inuidioſa nobilibus.* Plinius: *Huic populo nigræ vt crotoni, folia in iuuenta circinatæ rotunditatis ſunt; vetuſtiora in angulos exeunt. è contrario hederæ angulosa rotundantur.* Quod Theophraſtus: τὸ δὲ κιττῷ ἀνάπαλιν, νεῦ ὑψὺ ὄντος, ἐγγωνιώτεραι πρεσβυτέρω ὄ, περιφερέστερα.

R V

RVBIDVS, vide *Ruuidus.*

RVDENS vtroque genere, dicitur ἡ κάλως, funis nauticus. Virg. lib. 3. Æneidos:

——— *excuſſóſque iubet laxare rudentes.*

Plaut. Rudente: *Mane dum hanc rudentem complico.* Dicuntur *rudentes*, quòd vento verberati rudere exiſtimentur.

RVDICVLVS, virgula impolita, quâ lana diuellitur. Plinius: *Non eſt opus in hoc vſu lanas rudiculis eſſe curatas.*

RVDIS, dicitur ferula, ſeu ſcipio, quâ ingraueſcentes ætate gladiatores dum libertatem à prætore accipiebant, ne gladiatoriam amplius exercerent, donari ab laniſtâ ſolebant: ponitur pro libertate & fide. Iuuenalis:

Ergo ſibi dabit ipſe rudem.

Horat. lib. 1. epiſt.

Spectatum ſatis & donatum iam rude quæris.

Gloſſarium: *Rudis*, ῥάβδος ἡ τῶν ἐπισάτων τῶν μονομάχων.

RVDIS, lignea machæra, aut ferrea etiam hebes, pro modo cuiuſque armaturæ formata, incurua Threci, ſecutori recta, dentata retiario, quam ſiniſtrâ tenebant pugillantes. Liuius lib. 26. *Tertio die rudibus inter ſe in modum iuſtæ pugnæ concurrerunt.* Sueton. C. Cæſ. Caligula cap. 32. *Mirmillonem in ludo rudibus ſecum batuentem, & ſponte proſtratum confodit ferreâ ſicâ, ac more victorum cum palma diſcurrit.*

RVDOR, ruditus. Apul. de mundo: *Mycetias vocatur tetri rudoris inquitudo terrena.* Idem Florid. *Siquidem voce hominis & tuba rudore toruior, & lyra concentu variatior.*

RVDVS NOVVM, dicimus materiam pauimenti, hoc eſt, ſaxa de nouo contuſa, ſeu teſtas ad pauimentum faciundum fractas: vetus verò *Rudus eſt* materia veterum diruptorúmque ædificiorum, quæ lapidibus & teſtis contuſis calceque arenæ commiſtâ conſtat. Lucil. Sat. lib. 11.

——— *viámque*
Sternundum & iaciundum huc aggerem & id genu' rudus.

Vitruuius: *Tunc ſuperſtratum duces rudus.* Hinc *ruderatus* ager. Plin. lib. 21. cap. 4. *Roſam ſiccis locis quàm humidis odoratiorem naſci conſtat: ſerendam nec pinguibus, nec argilloſis locis, contentam raris, propriéque ruderatum agrum amare.*

RVGAT, rugas contrahit. Plaut. apud Gell. lib. 8. cap. 12. *Quid eſt hoc? rugat pallium: amictus non ſum commodè.* Idem Caſinâ: *Id eſt mecaſtor pallio*

palliolum, vide vt rugat.

RVMA, & RVMEN veteribus mamma. Gloſſ. Θηλή. Varro de liberis educandis: *Diis ſemonibus lacte fit, non vino Cuninæ, propter cunas, Rumiæ, propter rumam*, id eſt, mammam. Idem lib. 2. de R.R. cap. 11. *Non negarim ideo apud diuæ Rumiæ ſacellum à paſtoribus latam ficum: ibi enim ſolent ſacrificari lacte pro vino, & pro lactentibus: mamma enim rumis, ſiue rumin, ea re vt antè dicebant à rumi.* Plin. lib. 15. cap. 19. *Sub ea* (ficu ruminali) *inuenta eſt lupa infantibus præbens rumen.* Hinc *agni ſubrumi* lactentes, Varroni lib. 3. de R. R.

RVMEN, μήρυγξ, primus in ruminantibus ventriculus, ſeu eminens ſub mento gutturis pars, ex qua pòſt cibus in aluum demittitur: eadem à ferendo cibo *frumen* denominatur: vnde *frugis* vocabulum deductum exiſtimant Pompeius, Seruius, Donatus: & *defrugare*, quod eſt, vi fructu ſpoliare. Plin. *Oraculum illud magnopere cuſtodiendum, ſegetem ne defruges.* Columella: *Conſtat autem ſegetem nimia defrugatione exinaniri.* Pompon. Proſtibulo: *Ego rumorem parui facio, dum ſit rumen quî impleam.* Hinc *Ruminare*, Gloſſis μαρυκᾶσθαι.

RVMENTVM, abruptio, in lib. augural. DVM. VERBERAT. ANCILIO RVM. AERIMENTA. AVIS. CANERIT. INTEREA. IDEO. AVGVRIO. RVMENTVM. ESTO D. Feſt.

RVMICES, genus teli, ſimile ſparo gallico. Lucilius Satyris: *Tum ſpara, tum rumices portantur tragula ſorro.*

RVMIFERARE, rumoribus ferre. Plaut. Amphit. *Quamque adeò ciues Thebani vero rumiferant probant.*

RVMIGERATIO. Lampridius Heliogabalo: *Et qui ſtultitia vel innocentia imperatorum qui hoc non perſpiciunt infami rumigeratione paſcuntur. Rumigerulus*, Gloſſis Θρυλητής. *Rumigero*, Θρυλλῶ. Amm. lib. 14. *Per clandeſtinos verſutóſque rumigerulos.*

RVMIGO, ruminor. Apul. 4. *Et quamquam priùs cùm eſſem Lucius, vnico vel ſecundo pane contentus menſa diſcederem: tunc ventri tam profundo ſeruiens, iam fermè tertium qualum rumigabam.*

RVMINARE, & RVMINARI, in memoriã reuocare. Varro Bimargo: *Odiſſeam enim Homeri ruminari incipies.* Idem Sexageſimo: *Erras*, inquit, *Marce, accuſare nos, ruminaris antiquitates.* Idem Tanaquile: *Non modò abſens quidquam ſequius de te cogitabit, ſed etiam ruminabitur humanitatem.* Liuius Ægyſtho: *Nemo hoc voſtræ ruminetur mulieri.* Non. Gell. lib. 19. cap. 7. *Figuras habitúſque verborum nouè aut inſigniter dictorum in Næuiano illo carmine ruminabamur.* Symm. lib. 1. epiſt. 53. *Nam remiſſa tempora, libris veterum ruminandis libenter expendis.* Idem lib. 3. epiſt. 13. *Dum carmina tua ruminas, dum epigrammata componis.* Sidon. lib. 4. epiſt. 12. *Nuper ego, filiúſque communis Terentianæ Hecyræ ſales ruminabamus.*

RVMITANT, rumigerant. Næuius: *Simul alius aliunde rumitant inter ſeſe.* Feſt.

RVMOR LOCI, id eſt, obſeruatio, ſiue conſuetudo. Autor reg. finium:

nium: *Ita exponantur leges ſecundùm artem geometricam ad pertinentes lectiones, ſecundùm loci rumorem.*

RVNA, haſta longiorem habens aciem, quod etiamnum Belgæ vocant *Runſpet.* Varro Parmenone: *Alius teneram abietem runis ſolo percellit, alius caballum arboris ramo in humili alligatum relinquit, ferens ferream humero bipennem ſecurim.* Hinc *Runatus* Ennio annal. pilatus, vel runa armatus:

——— *runata recidit.* Feſt.

RVNCARE, & RVNCINARE, purgare. Varro lib. 1. de R. R. c. 30. *Segetes runcari, herbam è ſegetibus expurgari, boues terram proſcindere.* Tranſlatè pro vellicare ac depilare. Perſius Satyra 4.

Deſpuat in mores, penémque arcanaque lumbi Runcantem.

Item, *ronchos ducere.* Gloſſarium: *Runcinat, ῥυκανίζει, καὶ ῥογχάζει.* Sidon. lib. 1. epiſt. 6. *Et nunc (proh dolor!) ſi relinquare inter bubſequas ruſticanos ſubulcóſque runcantes.*

RVPICES, & rupicones dicti ruſtici, à rupium, ſicut & petrones à petrarum aſperitate. Lucil. Satyris:

Varronum ac rupicum ſquarroſa incondita roſtra.

Apul. Florid. lib. 1. *Quid ex rupiconibus, baiulis, tabernariis, tam infans eſt, vt ſi pallium accipere velit, diſertis maledicat?*

RVPINA, tupes. Apul. lib. 6. *Vides iſtas rupinas proximas, & præacutas in his præminentes ſilices, quæ te penitrantes, quâ decideris, membratim diſſipabunt.* Idem lib. 7. *Ipſos partim conſtrictos vti fuerant, prouolutáſque in proximas rupinas, præcipites dedere.*

RVPITIAS, damnum dederis. In XII. Tabulis: SEI. RVPITIAS. TALIO. ESTOD.

RVPSIT, ruperit, in leg. Talionis: SEI. MEMBRVM. RVPSIT. NI. PAGIT. TALIO. ESTOD. Gell. lib. 20. cap. 1.

RVRALIS, ruſticus, ἀγροικὸς. Macr. Saturnal. lib. 5. c. 2. *Theocritum fecit Virgilius ſibi paſtoralis operis authorem, ruralis Heſiodum.*

RVRANT, pro ruſticantur. Plaut. Captiueis: *Dum rure rurant homines quos liguriant.*

RVRO, pro ruror. Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν: *Dum in agro ſtudioſiùs ruro, aſpicio Triptolemum Sculpoeatum bigas ſequi cornutas.* Non.

RVRSVMVORSVM, ideſt, retrò. Plaut. Amphitruone: *Ego cunas receſſim rurſum vorſum trahere, ducere, metuens pueris.*

RVSPARI, crebrò & ſtudioſè quærere. Accius Nictegreſiâ: *Iube nunc attentare, iube nunc animo ruſpari.* Idem Meleagro: *Vagant, ruſpantes ſiluas, ſectantes feras.* Apul. Apologiâ: *Piſcem proſcidiſti: quid? crudum? id accuſas? ſi cocto ventrem ruſparer, hepatia perfoderem.*

RVSSVM, & RVSSEVM, rubrum: Gloſſis κόκκινον. Cato Originum lib. 7. *Mulieres opertas auro purpuráque: arſinea, rete, diadema, coronas aureas, ruſceas, faſcias, galbeos, lineas pelles, ridimicula.* Feſt. Apul. lib. 2. de aſino aureo: *Ipſa linea tunica mundulè amicta, & ruſſea faſciola prænitente altiuſculè, ſub ipsâ papilla ſuccinctula.* Lucr. lib. 4.

Et volgò faciunt id lutea ruſſaque vela.

Catullus:

Quod quiſque minxit, hoc ſolet ſibi mane

Dentem atque ruſſam defricare giginam.

RVSTICATIM, ruſticè. Pompon. Aleonibus: *At ego ruſticatim tangam, nam vrbanatim neſcio.* Non.

RVSTVM, dicitur quod eſt ex rubis: vnde *ruſtaria* falces, queis rubi ſecantur. Varro lib. 1. de R. R. cap. 22. *Sic alia quorum nonnulla genera ſpecies habent plures, vt falces, nam dicuntur ab eodem ſcriptore, vineaticæ opus eſſe VI. ſirpiculæ V. ſiluaticæ V. arboreariæ III. & ruſtariæ X.*

RVTABVLVM, ἐνσκάλης, pala ad proruendum ignem, quo panes coquuntur. Nonnunquam pro virili membro vſurpatum inuenimus. Nouius in Pico: *Quid ego facerem? ocioſus rodebam rutabulum.* Næuius obſcœnam viri partem deſcribens: *Vel quæ ſperat*, inquit, *ſe nupturam iri adoleſcentulo, ea licèt ſenile tractet detritum rutabulum.* Feſt.

RVTRVM, inſtrumentum quo aratur terra, diruuntur, vel eradicantur inutiles radices, complanatur ſolum. id enim eſt ruere Virgilio Georgicorum lib. 1. vbi inquit:

Quid dicam iacto qui ſemine comminus arua
Inſequitur, culmóque ruit malè pinguis arena.

RVTRVM tenentis iuuenis eſt effigies in Capitolio Ephebi more Græcorum harenam ruentis, exercitationis gratiâ, quod ſignum Pompeius Bithynicus ex Bithyniâ ſupellectilis regiæ Romam deportauit. Vt autem ab *aratum*, venit *aratrum*; ſic ab *rutum*, *rutrum*. Dicitur & *rutabrum*. Pomponius Panuceatis: *Sarculum huc illinc profectus, illuc redisti rutrum.* Varro Margopoli, περὶ ἀρχῆς: *Cui Celer, δι' ἑνὸς λέμματος λόγος Antipatri Stoici filius rutro caput diſplanat.* Hinc *Rutellum* dimin. Lucil. Satyr. lib. 9.

Frumentarius eſt, modium huc ſecum atque rutellum
Vnum adfert. Non.

RVTVBA, perturbatio. Varro Sexageſimo:

Ergo tum Romæ parcè puréque pudenteis
Vixere, in patriâ, nunc ſumus in rutubâ.

Gloſſarium: *Rutubatur, ὀρίνεται.*

RVVIDVS, ſeu *ruidus*, & *rubidus* dicitur panis, aut qui non bene piſtus eſt, aut is quem nos nauticam & bis coctum appellamus. Iſid. lib. 20. cap. 2. Plaut. Caſinâ: *Vna ædepol operâ in furinum calidum condito, atque ibi torreto me pro pane ruuido herâ.* Plin. lib. 8. cap. 10. *Maior pars Italiæ ruido vtitur pilo:* ideſt, (vt Hermolaus exponit) *aſpero, impolito.*

S.

S, Littera apud veteres Poëtas elidebatur in metiendo ſæpiſſimè: teſtibus Cic. Quintil. Vict. &c. Lucilius:

Tum lateralis dolor, certiſſimus nuntius mortis.

metiendum ſubtractis ſ, ſic:

Tum lateralĭ dolor certiſſimŭ nuntiŭ mortis.

Interdum cum proximâ adiunctáque vocali exteri ſolet, quod tamen inſolentius. Lucil. lib. 30.

Aut operatŭ aliquo in celebri cum æqua

æqualibu' fano.

Idem lib. 15. *Commanducatus eorrupit, ad incita' adegit.* Lucr. lib. 3.

Turbat agens animam, ſpumente' vt in æquore ſalſo. Et lib. 6.

Ianua ne potiu' his Orci regionibus eſſe credatur.

S A

SABVLETVM, locus qui ſabulone ſcatet. Plin. lib. 27. cap. 8. *Crocodilion in ſabuletis naſcitur.*

SABVLVM, vel ſabulo, leuiſſimum terræ genus. Gloſſ. γῆ μιλίνη. Iſid. lib. 16. cap. 1. Varro ταφῇ μενίππε: *Non vides in magnis periſtyliis, qui cryptas domi non habent, ſabulum iacere à pariete, aut cryptis vbi ambulare poſsint?* Idem lib. 1. cap. 9. de R. R. *In queis lapis, marmor, rudus, arena, ſabulo, argilla, rubrica, puluis, creta, glarea, carbunculus.* Idem eodem libro: *In ſabulosâ terrâ, quod ibi refert, ſabulo albus ſit, an rubicundus: quòd ſabulo albus ad ſerendos ſurculos alienus, contrà rubicundior appoſitus.* Colum. lib. 4. cap. 33. *Sabulonem humidum & tophum fractum non reſpicit.* Plin. lib. 4. cap. 13. *Palma gignitur leui ſabuloſáque terrâ.*

SACCATVS HVMOR CORPORIS, pro vrinâ, per corpus quaſi ſacco percolatâ. Lucr. lib. 4.

Pueri ſæpè lacum propter ſe ac dolia curta
Somno deuincti credunt attollere veſtem,
Totius humorem ſaccatum vt corpori' fundant.

Arnob. lib. 2. *Inter ſtercoris hos vtres, & ſaccati humoris obſcœniſſimas ſerias.*

SACRAMENTVM, quod iuriſiurandi interpoſita ſacratione geritur. Varro lib. 5. de L. L. In formula prouocationis: QVANDO. NEGAS. TED. SACRAMENTO. QVINQVAGENARIO. PROVOCO. In Plebiſcito Papiriano: QVEICONQVE. PRAETOR. POSTHAC. FACTVS. ERIT. QVEI. INTER. CIVEIS. IOVS. DICET. TREISVIROS. MONETALES. POPOLVM. ROGATO. EEI QVE. TREISVIREI. MONETALES. QVEICVMQ. POSTHAC. FACTEI. ERVNT. SACRAMENTA. EXIGVNTO. IOVDICANTOQVE. EODEMQVE. IOVRE. SVNTO. VTEI. EX. LEG. PL. Q. SC. EXIGERE. IOVDICARE. ESSEQVE OPORTET. Feſt.

SACRES PORCI, dicebantur qui à ruinâ depulſi decimo circiter à partu die immolabãtur. Plaut. Menæchmis: *Adoleſcens quibus hic precij porti veneunt ſacres ſinceri?* Idem Rudente: *Sunt domi agni & porci ſacres.* Cato aduersùs Q. Minutium Thermum: *Porcum ſacrem in ſinu mactauit.*

SACRICOLA, ἱεροποιὸς, ſacrorum antiſtes. Apul. Florid. *Sum enim non ignotus illius ſacricola: nec recens cultor, nec ingratus antiſtes.*

SACRIFICOR, pro ſacrifico. Varro rerum diuinarum lib. 14. *Viri nuptis ſacrificabantur in cubiculo vidua.* Idem de liberis educandis: *Cùm primores cibo & potu initiarent pueros, ſacrificabantur ab edulibus Eduſa: à potione Potina.* Idem Manio: *Non maledicere, pedem in*

focum non imponere, ſacrificari. Idem lib. 2. de R. R. cap. 8. *Cùm hæc loqueremur, venit à Mecœnate libertus, qui dicat liba abſoluta eſſe, & ad rem diuinam parata: ſi vellent, venirent illuc, & ipſi pro ſe ſacrificarentur.* Et eodem lib. cap. vlt. *Apud Rumiæ ſacellum ſolent ſacrificari lacte pro vino.*

SACRIMA, muſtum quòd Libero patri offerebant pro vineis & vaſis, & ipſo vino conſeruandis: ſicut præmetium de ſpicis quas primùm meſſuiſſent, Cereri ſacrificabant. Feſt. Gloſſarium: *Sacrima, ἀπαρχὴ γλεύκους*

SACRVM, ſceleſtum & deteſtabile. Afranius Fratriis: *O ſacrum ſcurram & malum.* Turpil. Demetrio: *Sed etiam me irrides peſſume ac ſacerrume.* Idem Lindiâ: *Abhinc triennio ſacerrumum domicilium huc quidam contulit leno.* Varro lege Maniâ: *Signa tum ſacra eſſe deſierunt poſtquam homines ſunt facti ſacri.* Lucil. Satyr. lib. 15.

Audiſtis ſacer ille τόκ& Syphax
Syrophœnix,
Quid facere eſt ſolitus. Non.

Plaut. Bacchid. *Ego ſum malus, ego ſum ſacer ſceleſtus.* Idem Pœnulo: *Venditque has omnes & nutricem & virgines, præſenti argento, homini (ſi leno eſt homo) Quantum hominum terra ſuſtinet ſacerrumum.* Et Rudente: *Vtinam ſit is quem ego quæro vir ſacerrumus.* Virg. lib. 3. Æneid.

— *quid non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames?

SÆCLVM, pro genere, ſubole, multitudine. Lucr. lib. 1.

Efficis vt cupidè generatim ſæcla propagent. Idem lib. 2.

Et genus humanum parit omnia ſæcla ferarum. Et lib. 4.

Quæ varia retinent gentes, ac ſæcla ferarum. Et lib. 5.

Multaque tum interiiſſe animantum ſæcla neceſſe eſt. Idem lib. 6.

Naribus alipedes vt cerui ſæpe putantur
Ducere de latebris ſerpentia ſæcla ferarum.

SÆPISSIMVS. Cato Nepos de actionibus ad populum, ne lex ſua abrogetur: *Facite vobis in mentem veniat, Quirites, ex ære alieno in hac ciuitate, & in aliis omnibus propter diem atque fœnus ſæpiſſimam diſcordiam fuiſſe.* Priſc. lib. 3.

SÆVITER, pro ſæue. Accius Aſtianacte: *Ferum feroci contundendum ſæuiter.* Plaut. Pœnulo: *Aha! tam ſæuiter?* Idem Pſeudolo: *Magis cogito ſæuiter blanditérne eloquar.* Et Trinummo: *Ah nimium Staſime ſæuiter.*

SÆVVS, pro magno. Ennius: *Inducta fuit ſæua ſtola*, id eſt, magna. Virg. 1. Æn. — *ſæuæ memorem Iunonis ob iram*, hoc eſt, magnæ, notante Seruio.

SAGÆ, mulieres, quarum ope viri in amorem fœminarum incenduntur. Feſt. dictæ quòd ſatis agant. Acron. ad lib. 2. carm. Hor. Turp. Boëthuntibus: *Non ago hoc per ſagam precio conductam, vt vulgò ſolent.* Lucil. Satyr. lib. 7.

Ætatem & faciem, vt ſaga, & bona conciliatrix.

SAGARIA negotiatio, quâ ſaga aliaque id genus veſtimenta emuntur ac diſtrahuntur, lucri faciundi cauſa. Apul. lib. 1. de aſino: *Operulas etiam, quas adhuc vegetus ſagariam faciens merebam.* I. Conſ. tit.

tit. de trib. act. *Duas negociationes exercebat, puta ſagariam & lintheariam.*

SAGMINA dicebant verbenas herbas, quæ à cõſule prætoréve ex loco ſancto ſecabantur, legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum, bellúmve indicendum. Næuius Brund. *Scopas, verbenas, atque ſagmina ſumpſerunt.* Idem: *Ius ſacratum, Iouis iurandum ſagmine.* Feſt. Plin. lib. 22. cap. 2. *Non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere & in legationibus quàm verbena.* Vide Liuium lib. 10. bel. Pun. & lib. 1. ab Vrbe. Gloſſarium: *Sagmina, θαλλὸς, σποιδία ἀρχῆς.*

SAGRABA, alluuio. Latinus de terminis: *Termini autem montes nec vno modo, nec vno tenore ſunt conſtituti intrifinium, aut quadrifinium, & ſagrabam quam appellant alluuionem.*

SAGVS, pro ſagum. Varro Virgulâ diuinâ: *Cùm neque aptam mollis humeris fibulam ſagus ferret.* Ennius annal.

——— *tergum igitur ſagũ pinguis opertat.*

SALACIA, quæ & Salmacia. Gloſſ. ἀμφιτρίτη, Νηρεὶς: Dea aquarum & maris; pro ipsâ aquâ à Poëtis antiquis. Pacuu. Hermionâ: *Sauitiam Salaciæ fugimus, latique munere veſcimur Cereris.* Feſt.

SALAPITTA, alapa. Gloſſæ: *Salapitta, ῥάφισμα.* Arnob. lib. 7. *Delectantur, vt res eſt, ſtupidorum capitibus raſis, ſalapittarum ſonitu atque plauſu, factis & dictis turpibus, faſcinorum ingentium rubore.* Loquitur de mimis & hiſtrionibus, qui excitandi riſus gratiâ os ſibi percuti & batui patiebantur: de quo Tertull. lib. de ſpectac. *Inſuper contumeliis alaparum os obiicit.* Et Cyprianus de ſpect. *Ictibus infelix facies locatur.* Item Martialis:

Os tibi percaſum eſt quanto non ipſe Latinus
Vilia Panniculi percutit ora ſono.

Et idem:

O quàm dignus eras alapis Mariane Latini,
Te ſucceſſurũ credo ego Panniculo.

SALE, ſal, ponitur pro mari. Ennius lib. 14. annal.

Verrunt extemplò placidum mare marmore flauo,
Cæruleum ſpumat ſale, conferta rate polſum. Priſc. lib. 5.

SALEBRATVS, ſalebroſus. Sid. lib. 2. epiſt. 3. *Qui ſalebratis ſaxorum obicibus anfractus, ſpumoſo caneſcit impulſu.*

SALICIPPIVS appellatus eſt Caluus orator qui (vt inquit Seneca lib. 4. controuerſiarum:) cùm vidiſſet à clientibus Catonis rei ſui Aſinium Pollionem circumuentum in Sorite, imponi ſe ſupra cippum iuſſit. Erat enim puſillus ſaturâ, propter quod etiam Catullus ipſum vocat Salicippium diſertum. Catull. Hendecaſyllabis:

Riſi neſcio quem modò in coronâ,
Qui cùm mirificè Vatiniana
Meus crimina Caluus explicaſſet,
Admirans ait hæc, manúſque tollens,
DI magni? Salicippium diſertum.

SALILLVM, paruum ſalinum. Plaut. Trinummo: *Verùm nos homunculi ſalillum animæ, quæ cùm extemplò amiſimus, æquè mendicus atque ille opulentiſſimus cenſetur ad Acheruntem mortuus.*

SALLEBRITAS, ſalebræ. Apul. 6.

Saxum immani magnitudine procerum, & inacceſſa ſallebritate lubricum.

SALSVS, de ſudore & lacrymis in antiquis lectionibus vſurpatur, nec non de reliquo corporis liquore. Lucret.

—— *Et lacrymis ſalſis humectant ora genáſque.*

Actius in Phœniſſ.

Salsũ cruorem guttis lacrymarũ lauit.

Enn. 1. Ann.

——— *lacrymas effundere ſalſas.*

Et in Creſph. apud Macr. *Salſus ſanguis.*

SALTI, pro ſaltus. Accius Menalippo: *Interea traiectus nemorum in ſalti faucibus.* Non.

SALTVATIM, breuiter, ſenſim. Siſenna hiſtor. lib. 1. *Nos vna æſtate in Aſiâ & Græciâ geſta idcirco literis continentia mandauimus, ne vellicatim aut ſaltuatim lectorum animos impediremus.* Non. Gell. lib. 12. cap. 15. Sid. lib. 4. epiſt. 3. *Nouum ſcribendi morem gratatim appeto, & veterem ſaltuatim dediſco.*

SALVM vndantem in maſc. genere dixiſſe Ennium tradit Non. Marcell. *Salum* autem νέκυος locum denotat, vbi naues fluctuant, nec tutæ ſunt, quod apparet ex vetere Poëta apud Tullium in Tuſc. *Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo.* Cicero ipſe in Verr. *Quadriremem in ſalo fluctuantem reliquerat.*

SALVTIGERVLI, appellantur ſerui, qui iuſſu dominæ hunc illum ſalutant, súntque nuncij & renuncij. Gloſſis ἀπαγγέλται. Plaut. Aulul. *Enim mihi quidem æquum eſt purpuram atque aurum dari, ancillas, mulos, muliones, pediſſequas, ſalutigerulos, pueros, vehicula quo vehor.* Hi ipſi Plauto *damnigeruli* dicuntur: item *gerrones*, ac *bonorum exagogæ*, vt qui ad ſcortilla dominorum bona iuſſi efferunt. In Truculento: *Ita hucſimul mulieri damnigeruli foras gerrones, bonorum exagogæ.*

SAM, pro eam. Ennius lib. 1. annalium:

Nec quiſquam ſophiam, ſapientia quæ perhibetur,
In ſomnis vidit priu' quàm ſam diſcere cœpit. Feſt.

SAMBVCA, organi genus inuentum ab Ibyco, vt vult Athenæus: vel à Sambyce, vt Diomedi placet. Perſius Satyra 5.

Sambucã citiùs caloni aptaueris alto.

Hinc *Sambuciſtriæ* dicuntur Liu. lib. 9. bell. Maced. & *Sambucinæ*, quæ cantant ſambucâ. Plautus Stichor. *Fidicinas, tibicinas, ſambucinas adnexit ſecũ formâ eximiâ.* Eſt & *Sambuca*, machina bellica quâ vrbes expugnari ſolent; vt in organo chordæ, ſic in illa funes tenduntur.

SAMIVS, teſteus. Lucil. Satyr. lib. 14.

Non vt pauper vti ſamio curtóque catino.

Cic. lib. 6. de Republ. *Sumpula Pontificum diis immortalibus grata ſunt, ſamiaque, vt is ſcribit, capedines.* Plaut. Bacchidib. *Vt confringi vas ſamium ſolet.* Serenus Samon. cap. 35.

Nec non quæ ſtagnis ceſſantibus hæſit hirundo
Sumitur, & viuens ſamiâ torretur in ollâ.

SAMIVS, acutus. Lucil. Satyrarum lib. 8.

Teſtam ſumit homo ſamiam, ſibique illicò

illicò telo
Præcidit caulem, teſtéſque vnà amputat ambo.
Martialis lib. 3. epigram.
Abſciſſa eſt quare ſamiâ tibi mentula teſtâ?

SANCTESCERE, ſanctum fieri. Accius Armorum iudicio: *Occultè noxitudo obliteretur Pelopidarum, ac per nos ſanctéſcat genus.*

SANCTITVDO, ſanctitas. Turpil. Leucadiâ: *Miſeram me terrent ſomnia, maris ſcopuli, ſonitus, ſolitudo, ſanctitudo, & numen Iouis.* Afranius ſuſpectâ: *Tuam maieſtatem & nominis matronæ ſanctitudinem.* Cic. de republ. lib. 4. *Eoſdem terminos hominum curæ atque vitæ, ſic Pontificio iure, ſanctitudo ſepulturæ.* Accius Tereo: *Alia hîc ſanctitudo eſt, aliud & nomen & numen Iouis.* Idem Phœniſſis: *Delubra cæli tum maris ſanctitudine.* Cœlius Annal. lib. 1. *Tanta ſanctitudo fani eſt, vt nunquam quiſquam violare ſit auſus.* Gell. lib. 17. noct. attic. cap. 2.

SANDAPILA, feretrum mortuorum. Fulgent. Placiades. Martialis epigr.
Grandis in angustâ ſarcina ſandapilâ.
Gloſſarium: *Sandapila, νεκροφορεῖον.* & *Sandapelo, νεκροθάπτης.* Qui & *Sandapilarius.* Sid. lib. 2. epiſt. 8. *Non viſpillonum ſandapilariorúmque miniſteria ominoſa tumulauere.*

SANDARACA, genus coloris rubei: Græcis σάνδυξ. Hinc *Sandaracinus*, colorem habens ſandaracæ. Næuius: *Merulæ ſandaracino ore.* Feſt. Et *ſandaracatus*; cui admiſta *ſandix.* Plin. lib. 15. cap. 15. *Lendes tollit, cum ſquamis æris aceto ſandaracato admiſto.*

SANESCERE, conualeſcere. Serenus cap. 46.
Exiguo piperis cerebrum conſpergito galli,
Quo lita depulſo ſaneſcunt membra dolore
Colum. lib. 6. cap. 7. *Vulnera facta igne, dum ſaneſcunt, defricare bubulâ vrinâ conuenit.*

SANGVEN, ſanguis. Ennius Hecubâ: *Heu me miſeram pergunt lauere ſanguen ſanguine.* Accius Æneadis, ſeu Decio: *Hoſtili fuſum ſanguen ſanguine.* Varro Coſmotorine, περὶ φθορᾶς κόσμου:
Africa terra nigris contrà concurret Iberis,
Atróque Æneæ miſceri ſanguen.
Non. Cic. de fin. lib. 5. *Quotus quiſque eſt cui mors cùm appropinquat non fugiat timido ſanguen atque exalbeſcat metu!* Lucr. lib. 1.
Viſceribus viſcus gigni, ſanguénque creari
Sanguinis inter ſe multis coeuntibus guttis. Ibidem:
Scire licet nobis venas & ſanguen & oſſa.

SANGVINO, cruento. Iul. Solinus Polyhiſtor. in Pontico:
Spumea purpurei dum ſanguinat vnda profundi
Naſceris è pelago, placido Dea proſata mundo.
Gloſſarium: Αἱμάτιω, cruento, *ſanguino, ſanguinor.*

SANITER, ſanè. Accius Megalenſibus: *Adeſto, aſſentio te amare, me adorare ſaniter.* Non.

SANNIONES, ſtulti, μωροὶ. Cic. de Oratore lib. 1. *Quid porrò tam ridiculum quàm ſannio eſt? qui ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore videtur ipſo.* Terent. Eunucho: *Qui malum aliꝰ? Solus ſannio*

Sannio ſeruat domi.

SANQVALIS, auis quam Maſurius Sabinus oſſifragam eſſe ait. In auguralibus cõmentariis, quòd in tutela Sangi Dei eſſet, Sanga vocatur. Plin. lib. 10. cap. 7. *Sanqualem auem atque immuſculum augures Romani in magnâ quæſtione habent.*

SAPA, potionis genus, quod nunc mellaceum. Varro de vita popul. Rom. lib. 1. *Sapam appellabant, quòd de muſto ad mediam partem decoxerant.* Plin. lib. 14. cap. 9. *Siræum quod alij hepſema, noſtri ſapam appellant, ingenij, non naturæ opus eſt, muſto ad tertiam partem menſuræ decocto.* Idem lib. 23. cap. 2. *Vino cognata res ſapa eſt, muſto decocto donec tertia pars ſuperſit.* Ouid. lib. 4. Faſtorum:

Dum licet appoſita velut in cratere Camelâ,
Lac nitidum potes, purpureámque ſapam.

SAPERDA, genus viliſſimi piſcis. Lucil. Satyr. lib. 4.

Thunnos captato, cordulum exclude, minores
Occidunt Lupe Saperdæ te & iura ſiluri.

Varro lib. 6. de L.L. Perſius Sat. 5.

Ecquid agam rogitas, an ſaperdam aduehо Ponto.

SAPERDÆ, ſapientes, elegantes. Varro Modio: *Omnes videmur nobis eſſe belli, feſtiui, ſaperdæ, cùm ſimus σάπροι.* Non.

SAPIVI, ſapui. Næuius Virgine prægnante: *Quanto ego plus ſapiui, qui fullones compreſſi quinquatribus.* Priſc. lib. 10.

SAPSA res, res ipſa. Ennius lib. 16. Annal.

Quo res lapſa loco ſeſe oſtentátque iubétque.

Pacuu. Teucro: *Nam Teucro regi ſapſa res reſtabiliet.* Feſt.

SARCINATOR, ſutor. Lucil. Satyr. lib. 28.

Sarcinatorem eſſe ſummum ſuere centonem optimè.

Plaut. Aulularia: *Petunt fullones, ſarcinatores petunt, Strophiarij adſtant, adſtant Semizonarij.* Gloſſæ: *Sarcinatrix, ὑπώτρια.*

SARCITO, damnum ſoluito. In XII. Tabulis, SEI. RVPTIAS. SARCITO. Seruius Sulp. Feſt. Pacuu. Atal. *Tu damni noſtri cauſa fuiſti, tu ſarcito vti debes.*

SARDARE, intelligere. Næuius bello Punico: *Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.* Feſt.

SARDI VENALES; alius alio nequior, prouerbium. De quo Pomp. Plutarch. in problematib. Liuius lib. 5. &c. Cic. epiſt. ad Fabium Gallum: *Habes ſardos venales, alium alio nequiorem.*

SARGVS, genus piſcis Ægyptij. Lucil. Satyris:

Quem præclarus helops, quem Ægyptiũ ſargũ mouebit. Feſt.

SARISSA, haſta Macedonica. Lucil. Satyr. lib. 5.

Cuſtodem claſſis, catapulta, haſtile, ſariſſa. Non.

Serenus Samon. cap. 45.

Cuſpide non quiſquam longæ neque cade ſariſſæ,
Quàm citò Vipereo potis eſt affligier ictu.

SARPERE, putare; vnde *ſarmenta*, vírgulæ ſuperuacuæ, quæ viti abſcinduntur. Gloſſis κλήματα, ἢ φρύγανα: & *ſarpere*, κλαδεύειν ἀμπέλους. Cic. Verr. act. 3. *Ligna & ſarmenta*

ſarmenta circumdare, ignem ſubiicere cœperunt. Virg. lib. 2. Georg.

Primus humum fodito, primus deuecta cremato
Sarmenta, & vallos primus ſub tecta referto.

Inde & *ſarpa*, id eſt, vinea putata, & *ſarmentoſum*, dicitur quod plurimum habet ſarmenti. Plin. lib. 25. cap. 11. *Radice tenui, ſuperuacuâ, ſarmentoſum.*

SARRA, Tyrus inſula. Ennius Annal.

——— *Pœni Sarrâ oriundi.*

Probus lib. 2. Georg. Gell. lib. 14. cap. 6. *Præterea quibus vrbibus regionibúſque vocabula iam mutata ſint; quòd Bœotia antea appellata fuerit Aonia, quòd Ægyptus Aëria dicta eſt, quòd Attica ἀκτὴ & Acta apud Poëtam: quòd Corynthus Ephyre, quòd Macedonis ora ἠμαθία, quòd Theſſalia σειονία, quòd Tyrus Sarra, quòd Thracia antè Sithon dicta ſit, quòd Seſton προσειδώνειον.* Hinc *Sarranus*, id eſt, Tyrius. Virg. lib. 2. Georg.

Vt gemmis bibat, & Sarrano dormiat oſtro.

SARRACVM, vehiculum fortiſſimum, quo lapides & ligna vehebantur. Iuuenalis Sat. 3.

——— *longa coruſcat*
Sarraco veniente abies, atque altera pinum
Plauſtra vehunt. Idem Sat. 5.
Frigida circumagunt, pigri Sarraca bootæ.

Sid. lib. 4. epiſt. 18. *Nulla ſerraca, nulla eſſeda ſubuehendis oneribus attrahebantur.* Cic. in Piſonem: *Cùm tibi tota cognatio ſarraco aduehatur.* Quintil. lib. 8. cap. 3. Vitr. lib. 10. cap. 1. *Portationes eorum non eſſent, niſi plauſtrorum & ſarracorum per terram.* Gloſſarium: *Sarraca, ἅμαξα.*

SARTE, integrè. Inde *ſartum tectum* in auguralibus libris. Porphyrius ex Verrio & Feſto. Chariſius lib. 2. In lege Cenſoriâ: PORTICVM. SARTAM. TECTAM. PRODVIT. Plaut. Trinummo: *Sarta tecta pater tuâ præcepta habui vſque meâ modeſtiâ.*

SARTOR, non ſolùm à ſarciendo, ſed & à ſarriendo deducitur: & tam qui ſarrit, quàm qui ſarcit, ſignificat. Plaut. Captiueis: *Sartor ſatórque ſcelerum & meſſor maxume.* TYND. *Nónne occatorem debebas priùs dicere? nam ſemper occant priùs quàm ſarriunt ruſtici.*

SAS, pro ſuas. Ennius lib. 1. annal.

Virgine' nam ſibi quiſque domi Romanu' rapit ſas.

Feſt. Næuius bel. Pun. lib. 3. *Manúſque ſurſum ad cælum ſuſtulit ſas Attilius, gratulabatur diueis.* Non.

SATAGEIVS, anxiè ſatagens, nimiſque curioſus. Seneca epiſt. 99. *Satageos ac ſibi moleſtos deſcribam tibi, tam intemperantes in ipſis miſeriis ſunt quàm ante illas: vult nos ſcriptura ἀμερίμνους eſſe.*

SATIAS, ſatietas. Accius Aſtyanacte: *Quorum crudelitatem nulla vnquam explet ſatias ſanguinis.* Saluſt. hiſtor. lib. 2. *Framentique ex inopia graui ſatias facta eſt.* Lucil. Sat. lib. 29. *Quid mihi proderit, quem ſatias iam omnium rerum tenet.* Lucr. lib. 2.

Quem tibi iam nemo feſſus ſatiate videndi. Idem lib. 5.

——— *ad ſatiatem terra ferarum*
Iam ſcatet. Terent. Eunucho:
Nam vbi me ſatias cœpit, commuto locum.

SATIES, ſatietas. Silius Italicus lib. 4.

Nec finis ſatiéſve, noui ſed ſanguinis ardor Gliſcere.

SATIS ſupérque, loquutio augmenti, quæ claſſicis familiaris. Cic. pro Quint. *Satis ſupérque habeo, quod mihi dederis.* Idem de Offic. *Mihi ſatis ſupérque dixiſſe videor.* Plaut. in Epid. has voces ita diſponit: *Quantum ſat eſt, & plus ſatis, ſuperſit.*

SATRVS, vietus, à Græco σαθρὸς, vnde & per tranſpoſitionem literæ *Saturnus*, q. Satrunus. Ceſellius in commentario antiq. lectionum: *Poſthuma proles non eum ſignificat qui patre mortuo, ſed qui poſtremo loco natus eſt; ſicuti Syluius, qui Ænea iam ſene, tardo ſatróque partu eſt editus.* Plin. lib. 8. cap. 5. de Elephantis: *Cato cùm Imperatorum nomina annalibus deſcriberet, eum qui fortiſſimè prœliatus eſſet in Punica acie Satrum tradit vocatum, altero dente mutilato, quaſi σαθρὸς ἐν τῷ χάσκειν eſſet, ob dentis mutilationem, ſicut vetuli ſenes edentuli fiunt.*

SATV, pro ſemine. Accius Pelopidis: *Nam me hæredem ex tuo eſſe conceptum ſatu, vt argumenta rediguntanimum.* Idem Telepho: *Profectò haut mediocri eſt ortus ſatu.* Cic. de Senectute: *Quid ergo vitium ortus, ſatus, incrementa commemorem?*

SATVLLE, copiosè, adfatim. Apul. lib. 7. *Tuceta concinnat, apponit ſatullè, ſed præcipuè poculis crebris grandibúſque ſingulos ingurgitat.*

SATVLLO, ſaturo. Varro περὶ αἱρέσεων:

Neque in polubro myſtico coquam carnes
Quibus ſatullem corpora ac famem ventris. Non.

SATVLLVS, ſatur. Varro lib. 2. de R. R. cap. 2. *Hoc item faciunt manè, antequam matres in pabulũ exeant, vt agni ſatulli fiant lacte.* Gloſſarium: *Satullus ſum, πεκόρεσμαι.*

SATVRA, cibus eſt ex variis rebus conditus. Eſt & lex, è multis aliis confecta legibus. Gloſſæ: *Satura, νόμος πολλὰ περιέχων.* T. Annius Luſcus aduersùs Tit. Gracchum: *Imperium quod plebes per ſaturam dedit, id abrogatum eſt.* In lege Seruiliâ: EXTRA. QVAM. SEI. QVID. IN. SATVRAM. FERETVR. In ſanctione Legum: NEVE. QVID. PER. SATVRAM. ABROGATO. AVT. DEROGATO. Feſt. Saluſtius de bello Iugurth. *Deinde poſtero die, quaſi per ſaturam ſententiis acquiſitis in deditionem accipitur.* Marcellinus lib. 16. *Cúmque res in inquiſitionem veniret, neceſſariiſque negotio tentis obiectorum probatio ſperaretur, tanquam per ſaturam ſubitò cubicularii ſuffragantibus, vt loquebatur pertinax rumor, & vinculis ſunt exutæ perſonæ quæ ſtringebantur, vt Conſciæ, & Dorus euanuit.*

SAVIO, pro ſuauior, oſculor. Pomponius Mundâ: *Ego illam non amplectar, non ſuauiem?* Nouius Quæſtione: *Mammas teneas, pedes extollas, congenues, ſuauies.* Non.

SAXVOSVS, ſaxoſus, petroſus. Sicul. Flacc. de cond. agror. *Nam in locis ſaxuoſis & ſterilibus etiam in mediis poſſeſſionibus ſepulchra faciunt.* Idem: *Sed in planis locis ſi ſaxuoſus ſit ager repurgatur.* Aggenus de limit. *Loca inſolita dicuntur, quæ in ſaxuoſis aut ſterilibus locis ſunt, aut in paludibus vbi nulla poteſt exerceri cultura.*

cultura. Saxetum dixit Cicero de leg. agrar. *Quod eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret.*

SC

SCÆVA RES, mala & ſiniſtra, σκαῖα. Feſt. Lucil. lib. 30. Satyr.

Idque tuis ſcæuis dictis ac triſtibu' factis.

Sid. lib. 2. epiſt. 9. *Tanquam ſcæuus cauendúſque tractator.* Plin. ſec. paneg. Traiano dict. *Non ſpoliarium ciuium cruentarúmque prædarum ſcæuum receptaculum.* Seruius in Æn. 3. *Scæua porta dicta eſt, non à pugnis ante ſe factis ſcæuis*, id eſt, *malis, nec ab itinere ingreſſis ſcæuo*, id eſt, malo. Saluſtius: *Quæ cuncta ſcæuus ille Romulus quaſi externis rapta tenet.* Iuuenalis Sat. 3. [*rybdi*

——*ſcæua dignum veráque Cha*

Plaut. Rud. *Tempeſtate ſcæuâ experiri expetiui paupertatem heri.* Dixêre etiam bonam & malam ſcęuam. Plaut. Caſinâ: *Caninam ſcæuam ſpero meliorem fore.* Idem Pſeudolo: *Benè ego ab hoc prædatus ibo, noui, bona ſcæua eſt mihi.* Hinc *Obſcæuare*, ſcæuam malam obiicere. Plautus Aſinariâ: *Metuo quod illic obſcæuauit meæ falſæ fallaciæ.*

SCALPVRIRE, ſcalpere, gallinarum. Plaut. Aulularià: *Vbi erat hæc defoſſa, occepit ibi ſcalpurire vnguibus.*

SCAMILLVM, paruum ſcamnum. Apul. 1. Hermag. *Verùm infirma ſcamillorum obice fultæ fores.* Priſc. *Scamnum, ſcamillum.*

SCAMNA, à rei agrariæ ſcriptoribus appellantur ſulci in latitudinem ducti, vt *ſtrigæ* in longitudinem. Hygen. de cond. agror. *Inſtitutioni limitari menſuram poſt ſtirgas & ſcamna damus.* Idem: *Et eis ſtirgas & ſcamna cludemus.* Iul. Front. de agr. *Ager eius per centurias & ſcamna eſt adſignatus. Quidquid autem ſecundùm hanc conditionem in longitudinem eſt delimitatũ, per ſtrigas appellatur: quidquid per latitudinẽ, per ſcamna.* Hinc ager *ſcamnatus.* Aggenus Vrbicus comm. de lim. *Scamnatus ager ab Occidẽte in Oriẽtẽ creſcit.*

SCANDVLACA, genus herbæ, fruges, maximè eruillas, enecans. Feſt. ὀροβάγχλη Græci, Latini *eruanginam* dicunt, voce Græcâ ad verbum redditâ: quidam *cynomorion*, alij *conuoluulum* putant eſſe. Plin. lib. 18. cap. 17. & lib. 22. cap. 25.

SCANDVLÆ, σχίδακες, ſunt tabulæ anguſtæ & oblongæ, in laminas quaſi craſſiores ſciſſæ ex magnis arboribus ad tegulas imbricéſque ſuſtinendas accommodatæ, (vnde & *lambricias* Itali vocant.) Plinius: *Scandulæ è robore aptiſſimæ, mox è glandiferis aliis, fagóque.* Cornelius Nepos auctor eſt Romam fuiſſe *ſcandulâ* contectum vſque ad bellum Pyrrhi. Hinc *ſcandulare tectum.* Apul. lib. 3. Metam. *Pamphile mea, iam vecors animi tectum ſcandulare conſcendit.*

SCAPHIVM. Iulius Pollux lib. 10. cap. 9. macellam ait eſſe ad ventris ac veſicæ onus excipiendum, mulierum propriè, ſicut virorum *Laſanum.* Iuuenalis Satyr. 6.

Et ride ſcaphium poſitis cùm ſumitur armis.

Scribunt & Grammatici genus eſſe tonſuræ meretriciæ. Item ornamentum capitis muliebris, quod formâ & rotunditate colligit capil-

lum. Plaut. Bacchidibus: *Pro galeâ ſcaphium, pro inſigni ſit corolla plectilis.* Poculum etiam eſt oblongioris figuræ, laterúmque in ſcaphæ ſimilitudinem flexorum. Plaut. Persâ: *Ampullam, ſcaphium, ſoccos, pallium.*

SCAPRIS, ſcabrities. Varro Manio: *Ager delinqueretur ac periret ſquale ſcapreque, illuuie, ac vaſtitudine.* Pacuu. Teucro: *Quæ deſiderio alumnûm pœnitudine, Squale ſcapreque inculta & vaſtitudine.* Non.

SCAPRVM, ſcabioſum. Varro lib. 2. de R. R. cap. 2. *Non ſolùm vligo lanam corrumpit ouium, ſed etiam vngulas, ac ſcapras fieri cogit.*

SCAPTENSVLA, argenti fodina, à σκάπτειν. Lucr. lib. 6.

Denique vbi argenti venas aurique ſequuntur
Terrai penitus ſcrutantes abdita ferro,
Quales exſpiret ſcaptenſula ſubter odores.

SCATO, ſcatere, p. b. pro ſcateo, ſcatere. Lucr. lib. 5.

Nunc etiam ſcatit & trepido terrore repleta eſt. Idem eodem libro:

Et partim pleno ſcatere atque erumpere campo. Et lib. 8.

Qui ſcatit & ſalſas circum ſe diuidit vndas. ibidem:

Et ſcatere illa foras inſtuppã ſemina.

SCATVRIX, ſcaturigo. Varro Eſt modus matulæ, ἢ μίθος: *Iſmenias hic Thebogenes fluit ſcaturix.* Non.

SCEDIVM, nauigij genus inconditum, trabibus negligenter contextis, quo mercimonia poſt amiſſam nauem circumferuntur: vnde mala poëmata vocantur *ſchedia.* Lucilius Sat.

Qui ſcedium facit inconditum & inelaboratum. Feſt.

Apul. Florid. *Sed vt me omnifariam noueritis, & in iſto, vt ait Lucilius, ſcedio incondito, experimini an idem ſim repentinus, qui & præparatus.* Sid. lib. 8. ep. 3. *Non vt Nicomachus ſenior è Philoſtrati, ſed vt Roſcius Victorianus è Nicomachi ſcedio exſcripſit.* Idem lib. 9. epiſt. 16. *Si quod ſcedium temerè iacens chartulis putribus ac veternoſis continebatur, raptum coactimque tranſlator feſtinus exſcripſi.*

SCELERATA Romæ appellatur porta Carmentalis, cui proximum Carmentæ ſacellum, quòd per eam ſex & trecenti Fabij cum quinque clientium millibus egreſſi aduerſùs Hetruſcos, ad amnem Cremeram acriter dimicantes ad vnum occubuiſſent, ideoque nec per eam intrare aut egredi fas erat. quod indicat Ouidius in Faſtis:

Porta vacat culpâ, ſed tamen omen habet. Et de eadem:

Ire per hanc noli, quiſquis es, omen habet.

Sceleratus autem campus erat iuxta Collinam portam, in quo Veſtales inceſti damnatæ, viuæ defodiebantur.

SCELERATVS VICVS, Romæ dictus à nefario & pluſquam inhumano ſcelere Tulliæ, Seruij Tullij filiæ, vxoris Tarquinij Superbi, qui ſocerum ſuum, vt ipſe regno potiretur, interficiendum curauit; ipſa autem Tullia ſupra patris corpus vulneribus ac plagis affecti & cruentati, furiis agitata, & muliebri adflata ſpiritu, carpentum agere non dubitauit; ob cuius rei fœditatem locus *Scelerati* nomen accepit, cùm priùs *Cyprius*, id eſt, bonus

nus diceretur. Caſtra quoque in quibus Claudij pater Druſus graui afflictus morbo & triſti fato fuit ſublatus, quia intempeſtiuâ morte præuentus acerbo funere deceſſit, *Scelerata* dixerunt; quanto eum amore milites proſequuti fuerint, turpi conuitio & infando nomine deſignantes.

SCELEROSVS, ſceleſtus. Lucil. Satyr. lib. 1.

——— *vt multos menſéſque diéſque*
Non tamen ætatem tempeſtatem hanc ſceleroſi Lætentur.

Non. Donat. Gell.

Afran. Diuortio: *O diem ſceleroſum & indignum.* Lucr. lib. 1.

Relligio peperit ſceloroſa atque impia facta.

Apul. lib. 10. *Priuſquam ſceleroſæ mulieris contagio macularer.* Terent. Eunucho: *Vbi ego illum ſceleroſum miſera atque impium inueniam?*

SCENA, vel ſacena, dolabra pontificialis. Liuius in Lidio:

Corruit quaſi ictus ſcenâ, haut multo ſecus. Feſt.

SCENA, pro cœna dixerunt antiqui, adiecta ſ. vt *Seſopia*, pro Eſopia Feſto: *Stritauus*, pro tritauus: *Scelũ*, pro cælum in ſal. carm. *Sed iam ſcelo candens aurora obſtinet ſuum patrem.*

SCENATILIS, ſcenicus. Varro Modio:

Sed ô Petrulle, ne meum taxis librum,
Si te pepigat hic modo ſcenatilis.

Idem ὄν & λύρας:

Vt comici, nothi Dij, ſcenatici. Non.

SCHEMA, in fœmin. gen. Pompon. Proſtibulo: *Si valebit puls, in buccam betet; ſi licium in ſchemam.* Cæcilius Hippolyto: *Filius ad me incedit ſatis hilari ſchemâ.* Non. Priſc. lib. 6. Plaut. Amphitruone: *Quòd ego huc proceſſi ſic cum ſeruili ſchemâ.* Idem Persâ: *Theatrum lepidum cum decorâ ſchemâ.* Sueton. Tiberio cap. 43. *In re turpi ne cui in opera edenda exemplar impetratæ ſchemæ deeſſet.* Sic *dogmam, ſyrmam, diademã, glaucomam*, &c. in fœmin. dixere.

SCHOENICVLÆ, meretrices, propter vſum vnguenti ſchœni. Plaut. Neruolariâ: *Diobolares, ſchænículæ, miraculæ.* Varro lib. 6. de L. L. Plaut. Pœnulo: *Reliquias halicarias, miſeras, ſchœno delibutas.*

SCHOLA, pro ſecta. §. item pretium. Inſt. de emt. & vend. §. is qui exequitur. Inſt. mand.

SCIBO, ſcibam, ſcibitur. Pompon. Macco: *Actutum ſcibis cùm in neruo niclabere.* Plaut. Epidico: *Hæccine vbi ſcibit ſenex?* Ibidem: *Quæ vbi tibi iſtam emptam eſſe ſcibit.* Idem Pœnulo: *Iam faxo ſcibitis.* Et Captiueis: *Quod cùm ſcibitur, per vrbem irridebor.* Terent. Eunucho: *Scibis principio eam eſſe dico liberam.* Idem Heautont. *At ego nihil eſſe ſcibam Clinia.*

SCISCIDI, vetuſtiſſimi dicebant pro *ſcidi*. Afran. Homine: *Satis fortiter paulo veſtras ſciſcidiſtis colus.* Accius Sotadicorum lib. 1. *Non ergo aquila ita vt prædicãt ſciſciderat pectus.* Næuius Teſticulariâ: *Imò quæ ſciſcidimus conſcindam atque abiiciam.* Ennius Menalippâ: *Cùm ſaxum ſciſciderit.* Priſc. lib. 10.

SCITIOR, pro ſcientior, ſeu magis ſciens, notior. Plaut. Ciſtell. *Non ſum ſcitior quæ hos rogem, aut quæ fatigem, qui ſemper malo muliebri ſunt lubentes.* Gell. lib. 4. c. 11. *Sed qui diligentiùs ſcitiúſque carmina Empedoclis arbitrati ſunt, hoc loco καύμας teſticulos ſignificare dicunt.*

Gloſſarium: *Scitus*, εἰδήμων.

SCIVNTVR, cognita ſunt. Cic. de oratore lib. 2. *Ars enim eorum quæ ſciuntur, oratoris autem, omnis actio opinionibus, non ſcientia continetur.*

SCIVS, qui ſcit. Gloſſæ: *Scius*, εἰδώς. vnde *neſcius*. Pacuu. Teucro: *Poſtquam defeſſus rogitando aduenas de natis, neque quemquam inuenit ſcium.* Priſc. lib. 4.

SCOPIONES, & SCOPI, pediculi vocantur quibus adhærent acini. Hos Græci geoponicorum ſcriptores κρεμαστῆρας: pomorum autem pediculos, πέλματα, ficuum πτίσματα vocant. Varro lib. 1. de R. R. cap. 54. *Quæ calcata vuæ erunt, earum ſcopi cum folliculis ſubiiciendi ſub prelum.* Cato: *Tum acina de vuis miſcellis decerpito de ſcopione, inde in dolium.* Colum. lib. 12. cap. 39. *Vbi ſatis erugata erunt acina, demito, & ſine ſcopionibus in dolium coniicito.* Eodem lib. cap. 43. *Modicè ſeparatis ſcopionibus reſolutaque intrita folliculorum in dolium ſubſternitur.*

SCORPIO, telum, vulgò arcubaliſta dictum. Saluſt. hiſtor. lib. 3. *Quarum vna epiſtola fortè cum ſeruo nacti prædatores Valeriani, cum ſcorpione in caſtra miſere.* Hinc. *Scorpionarij* σκορπιοφόροι, qui arcubus vtuntur, ſagittarij.

SCORPIONES lapidum congeries limitum loco poſitæ ἀπὸ τοῦ σκορπίζειν. Sicul. Flacc. de cond. agr. *Congeries lapidum pro terminis obſeruant, & Scorpiones appellant.* Idem: *Congeries lapidum aceruatim congeſtæ, quas Scorpiones appellant.* Maio & Vegoia de limit. *Congeries petrarum quas Scorpiones vocamus.* Balbus de agrim. *Scorpiones*, id eſt, *moles petrarum conſtructa.* Idem: *Ager adſignatus eſt per macerias, ſcorpiones, carbunculos.* Iul. Front. de limit. conſt. *Finitur arcarum muris, maceriis, ſcorpionibus, terminis auguſteis, riuis.* Idem: *Earum delimitatio eſt per rationem arcarum per canabula, muros, macerias, ſcorpiones, congerias*

SCORTES, pelles teſtium arietinorum; vnde *Scortum* dicitur quod (vt ait Feſt.) tanquam pellicula ſubigatur: & *ſcorteum*, quidquid ex pellibus & corio eſt factum. Gloſſarium: *Scortea*, δερματοχειτῶν. *Scorteum*, σκύτινον, δερμάτινον. *Scortum ſcorteum.* Apul. appellat metriculam inſtar pelliculæ aut corij rugoſam. Apul. lib. 1. de aſino aureo: *Qui voluptatem veneream & ſcortum ſcorteum Lari & liberis prætuliſti.* Varro lib. 6. de L. L. *In aliquot ſacris & ſacellis ſcriptum habemus, ne quid ſcorteum adhibeatur, ne quid morticinum adſit.* Ouid. lib. 1. Faſtorum:

Scortea non illi fas eſt inferre ſacello,
Ne violent puros exanimata Deos.

SCRAPTÆ, nugaces & viles meretrices. Plaut. Friuolariâ: *Scraptæ, ſcrupedæ, ſtritabilæ, ſordidæ.* Non. Varro lib. 6. de L. L. Gell. lib. 3. cap. 3. Titin. Prillâ: *Rectius mehercule piculetæ poſthumæ lectum hodie ſtratum vidi, ſcraptæ mulieris.* Feſt.

SCRIPTVRA dicebatur olim Romanis quod è pecore capiebant vectigal. Hinc *Scripturarius* ager, Pompeio lib. 17. publicus appellatur, in quo vt pecora paſcantur, certum æs tribuitur. Plaut. Truculento: *Nam aduorſum legem à me ob meam ſcripturam pecudem accepi.* Ibidem: *Ferè idem quod tu facis faciunt*

ciunt rem malè gerentes, vbi non eſt ſcripturam vnde dent, incuſant publicanos. Cic. Attico: *Magiſter ſcripturæ & portus quidam Lucius Carpinatius.* Scripturæ autem magiſter, ſeu ſcripturarius qui erat, ſcriptum facere dicebatur. L. Piſo lib. 3. annal. *Cn.* inquit, *Flauius patre libertino natus ſcriptum faciebat.* Ibidem: *At ædilis qui comitia habebat, negat accipere, neque ſibi placere qui ſcriptum faceret, eum ædilem fieri.*

SCRIPTVRARII, hiſtorici, annalium ſcriptores. Lucil. Satyr. lib. 26. *Publicanus verò Aſiæ fiam vt ſcripturarius.* Non.

SCRIPVLVS, pro ſcrupulus. Varro Satyris: *Vt ne vnum quidem habuerit ſcripulum quem hirundinibus hoſpitiis oſtenderet.* Sic *manipretium* Cato de R. R. & Varro lib. 4. de L. L. dixerunt: & *ſimus*, pro ſumus Auguſtus Cæſar ſemper ſcripſit, itémque Meſſalla, Brutus, & Agrippam, teſte Suetonio. *Scripulum* etiam Gloſſis γράμμα, σκάμμος.

SCROPHIONES ſunt vbi duo fines cuneati ſe iungunt, vt eſt in fragmentis terminalibus. Autor fin. regund. *Palos ſacrificales & ſcrophiones defiximus, in quibus locis conſtricti menſuris frequenter ſibi duo fines cumati occurrunt, propter rigorum aut linearum curſus.* Hygen. de cond. agr. *Maceria finalis ſcrophiones, botontini.*

SCRVPEVS, ſcrupoſus. Pacuu. Peribœâ:

Ardua per loca agreſti
Nititur ac trepidante gradu,
Saxaque ſcrupea Bacchi
Altaque templa propè adgreditur.

Varro lib. 6. Analogiæ. Virg. lib. 6. Æneidos:

Spelunca alta fuit, vaſtóque immanis hiatu, Scrupea.

Ennius Andromacha: *Scrupeo inneſtita ſaxo atque oſtreis, quam excaperent.* Feſt. Gloſſæ: *Scrupeus*, λιτώλης. Sid. lib. 8. epiſt. 6. *Quapropter de reliquo fructuoſiùs retibus caſſibúſque ſcrupeas rupes atque opacandis habilia luſtris cluſor ſtatarius nemora circumuenis.*

SCRVPI, aſpera ſaxa, difficilia attrectatu: vnde dimin. *ſcrupulus.* Siſenna hiſtor. lib. 4. *His tum iniectus eſt leuis ſcrupulus, & dubitatio quædam.*

SCRVPOSVS, lapidoſus, difficilis, aſper. Accius Nyptris: *Inde aduenio ad montem OEtam ſcrupoſam ſpecum.* Non. Apul. Florid. lib. 2. *Pariter enim vt qui hæreditolum ſterilem & agrum ſcrupoſum meras rupinas & ſenticeta miſeri colunt.* Lucr. lib. 4.

——— *haut quaquam ratio ſcrupoſa relicta eſt.*

Plaut. Captiueis: *Non meus ſcrupoſam victus cõmeat viam.* Apul. lib. 6. *Tum ſuper aliquod ſaxum ſcrupoſum, inſutitium & fartilem aſinũ exponere.*

SCRVTA, Gloſſis γρύτη, cilicia, centones veteramentaque omnifaria, quæ cùm vſu iam detrita ſint, pretio item diminuta cenſentur. Gell. lib. 10. antiquit. c. 6. Lucil. Sat.

Quidni? & ſcruta quidem laudat ſcrutariu', vendens
Præfractam ſtrigilim, ſoleam improbu' dimidiatam.

Gell. lib. 3. cap. 14. Horat. lib. 1. ep. 7.

Vilia vendentem tunicato ſcruta popello.

Sidon. lib. 7. epiſt. 1. *Nunc quædam friuola, nunc ludo apta virgineo ſcruta donabat.*

SCRVTARIAM FACERE, cum ſcrutis negotiari. Apul. lib. 4. *Vos bonæ frugi latrones, inter furta parua atque ſeruilia timidiculè per balneas reptantes ſcrutariam facitis.* Gloſſarium: *Scrutarius*, γρυτοπώλης. *Scrutarium*, γρυτοπωλεῖον. *Scruto*, γρυτεύω.

SCRVTILLVS, venter ſuillus condito farre expletus. Plautus:

Venter ſuillus, dicam ſuo nomine ſcrutillum. Feſt.

SCRVTINIVM, perſcrutatio. Apul. lib. 9. *Poſtremùm magiſtratibus placuit obſtinatè denegantem ſcrutinio detegere.* Gloſſæ: ζήτησις, *Scrutinium.*

SCRVTO, pro ſcrutor. Plaut. Aululariâ: *Poſtremò hunc iam perſcrutaui, hic nihil habet, abi quò lubet.* Gloſſæ: *Scruto*, ἐρευνῶ.

SCVLPONEAS dici volunt ceſtus plumbo ligatos. Næuius Philemporo: *Sculponeis batuenda ſunt huic latera probè.* Fulgent. Plaut. Caſinâ: *Quî quæſo potius quàm ſculponeas, quibus batuatur tibi os, ſenex nequiſſime.* Sunt & calceamenta ruſtica. Cato cap. 135. *Romæ tunicas, togas, ſaga, centones, ſculponeas.* Idem: *Quoties cuique tunicam aut ſagum dabis, priùs veterem accipito, vnde centones fiant: ſculponeas bonas alternis annis dare oportet.* Varro Serrano περὶ ἀρχαιρεσιῶν: *Dum in agro ſtudioſius ruror, aſpicio Triptolemum ſculponeatum bigas ſequi cornutas.* Non.

SCVTRVM, vaſis genus, quod Cato cap. 29. de R. R. *ſcutriſcum* appellat: Gloſſis χαλκίον. Plaut. Perſâ: *Commiſce mulſum, ſtruthea coluthea. aquam appara, bene vt in ſcutris concaleat.*

SCVTVLA, patella concaua, ad minutal ex holeribus, aut carne immenſam exhibendum: cuius diminutiuum *ſcutella.* Martialis lib. 11.

Hic implet gabatas paropſidéſque
Et leues ſcutulas cauáſque lances.

Cic. Tuſculan. quæſtion. lib. 3. *Hedychrum incendamus, demus ſcutellam dulciculæ potionis.* Tac. in vitâ Agricolæ: *Formam totius Britanniæ Linius veterum, Fabius Ruſticus recentium eloquentiſſimi auctores, oblongæ ſcutulæ, vel bipenni aſſimulauere.*

SCVTVLATA, veſtimenta orbiculos quoſdam habētia. *Scutula* enim eſt forma rotunda, qualem aranea contexit. Plin. lib. 8. cap. 45. *Vnde eidem ſcutulatum rete dicitur aranei tela.* lib. 11. cap. 23. *Quanta arte celant pedicas, ſcutulato rete graſſantes.* Iuuenalis Satyr. 2.

Reticulúmque comis auratum ingentibus implet
Cærulea indutus ſcutulata, aut galbana raſa.

SCVTVLATVS color dicitur, qui orbes habet inter purpureum candidos. Iſid. lib. 12. cap. 1. Pallad. in Martio, cap. 13.

SCVTVS, pro ſcutum. Turpil. Demiurgo: *Quia non minus res hominem quàm ſcutus tegit.* Non.

SCYMNVS, catulus eſt propriè leonum. Iul. Pollux lib. 5. cap. 2. Καλεῖται δὲ τὰ μὲν τῶν λεόντων ἔγγονα σκύμνοι: τὰ δὲ τῶν ἄρκτων, ἀρκύλοι: τὰ δὲ τῶν ἐλάφων, νεβροί: τὰ δὲ τῶν ἀλωπέκων, ἀλωπεκίδες: τὰ δὲ τῶν λύκων καὶ τῶν κυνῶν, σκύλακες. Lucr. lib. 5.

At catuli pantherarum, ſcymníque leonum
Vnguibus ac pedibus iam tum morſúque repugnant

Vix

Vix etiam cùm ſunt vngues dentéſque creati.

SE

SE, pronomen παρελκῶς vſurparunt antiqui. Terent. Andriâ: *Quæ ſe inhoneſtè optauit parare hîc diuitias potius.* Idem Eunucho: *Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis.* Cic. lib. 2. Tuſcul. quæſt. *Eſt quoddam genus eorum qui ſe Philoſophos appellari volunt.* Lucr. lib. 3.

Proinde vbi ſe videas hominem ingnarier ipſum. Et lib. 4.

Eiicere id quò ſe contendat dira libido.

Cornel. Nepos in vita Attici: *Quibus ex malis vt ſe emerſerat.* Accius Epigone: *Ita imperitus ſtupiditate erumpit ſe.* Varro Marcipore: *Ventique ab axe frigido ſe irruperant.* Idem Sexageſ. *Irrumpit ſe in curiam.* Virg. Georg. lib. 2.

Aut vbi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diuerſi erumpunt radij.

Cic. de aruſp. reſp. *Tum ſe emergit ac fertur illuc.* Terent. Eunucho: *Vnà omnes foras ſe proruunt.* Sic & *me* poſuit Lucr. lib. 1.

Quippe etenim quàm multa tibi me fingere poſſum Somnia.

Rurſus *rò ſe* non expreſſum in ſententiis per ellipſin ſubaudiendum. Virg. lib. 2.

Accingunt omnes operi. Idem:

Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis Inſinuat pauor.

Cic. offic. lib. 2. *Qui iam illis ferè aquarunt.*

SECESPITA, vt ait Antiſtius Labeo, culter eſt ferreus oblongus, manubrio eburneo, rotundo, ſolido, vincto ad capulum auro, argentóque, fixum clauis æneis, ære Cyprio, quó Flamines, Flaminicæ virgines, ac Pontifices in ſacrificio vtuntur. Feſt. Suet. Tiberio Cæſare: *Nam & inter Pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeſceſpita plumbeum cultrum ſubiiciendum curauit.*

SECESSIONES, narrationes. Feſt. *Secere* enim antiquis erat *narrare.* Liuius Andromicus principio odiſſeæ: *Inſece muſa virum verſutum.*

SECIDERAT, pro ſciderat. Accius Sotadicorum lib. 1. *Non ergo aquila, vt hi prædicant, ſeciderat pectus.* Gell. lib. 7. cap. 9.

SECIVM, libum quòd ſeceſpitâ ſecabatur in ſacrificiis. Feſt.

SECLVSA ſacra, quæ Græcis μυςήρια dicta. Feſt. Ab eo quòd ſeparata ſepoſitaque ac ſeorſim clauſa à nobis eſſe propter ſanctitatem debeant. Eadem Plinius *opertanea* appellat, quòd ſcilicet in operto occulta ſint ne oculis profanorum obuia polluantur. M. Varro & Auguſtinus auctores ſunt, Græcos teletas ac myſteria taciturnitate parietibúſque clauſiſſe. Symbola in ſacris Ethnicorum nõ parum multa percenſet Euſebius lib. de præparat. Euang. quibus arcana myſteria continentur. Inprimus verò ſacra Cereris ciſtis condita celatim deportabantur à Sacerdotibus, qui ob id canephori dicti, quaſi ciſtiferi. De his ſacrificalibus ciſtis Apul. lib. 6. Metam. *Rogo te per latificas meſſium ceremonias, per tacita ſecreta ciſtarum.* De iiſdem Tibullus:

Et leuis occultis conſcia ciſta ſacris.

Et Catullus:

Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis.

SECTABIT, pro ſectabitur. Plaut. Captiueis : *Iam illic nos inſectabit lapidibus, niſi illum iubes comprehendi.*

SECTIO, perſequutio iuris. Feſt. Seu præda hoſtium & damnatorum bona quæ ſub haſtâ venduntur: vnde *ſector* dicitur bonorum damnati aut proſcripti æſtimator & redemtor. Aſcon. Pædian. 3. Verrin. act. Et hinc Cic. Philipp. 2. *M. Antonium, qui Pompeij bona ſub haſtam expoſita redemerat, ſectorem Pompeij nominauit.* Tacitus: *Reliquias ſectionum Neroniarum reuocatis ab exilio conceſſit.*

SECTARIVS VERVEX, qui gregem agnorum præcedens ducit. Plaut. Captiueis:

Tum lanij autem qui concinnant liberis orbas oues,
Qui locant cædundos agnos & duplam agninam dauunt,
Qui petroni nomen indunt verueci ſectario.

SECVRITAS, pro apocha, aut inſtrumento. l. 1. 2. 3. & 4. C. de apoch. publ. lib. 10. l. in contractibus. §. 1. & 2. C. de non num. pec.

SECVS MVLIEBRE, pro muliebris ſexus. Auſon. Monoſyllab.

Nota Caledoniis nuribus muliebre ſecus Strix. Idem:

Iuno, Ceres, ac Veſta, ſecus muliebre ſorores.

Amm. Marcellinus rerum geſt. lib. 16. *Egreſſi promiſcuè virile & muliebre ſecus, ſine ætatis vllo diſcrimine trucidabant.* Plaut. Rudente: *Virile ſecus nullum vnquam habui.*

SECVTORES, milites dicti inſequentes retiarium, cuſpidem & maſſam plumbeam, quæ aduerſarij iaculum impediret, geſtantes: vt antequam ille feriret rete, iſte ſuperaret. Iſid. lib. 18. c. 55. Cic. ad Attic. lib. 7. *Gladiatores Cæſaris qui Capuæ ſunt ſanè commodè Pompeius diſtribuit binos ſingulis patribus familiarum.* Secutorum in ludo bis mille fuerunt. Lampridius: *Appellatus eſt inter cætera triumphalia nomina etiam ſexcenties vicies Paulus, primus ſecutorum.* Prudētius: *Altiùs impreſſo dum palpitat enſe ſecutor.* Iuuenalis Satyr. 8.

——— *cum Graccho iuſſus pugnare ſecutor.*

Apul. lib. 4. Metamorph. *Non diu cruciatus vitam euaſit, quem prioris exemplo ſepulturæ traditum, bonum ſecutorem Lamacho dedimus.* Idem *Martem ſecutorem* vocat, lib. 7. *Grandem hircum annoſum & horricomem Marti ſecutori comitique immolant. Secutuleiam* mulierem dixit Petronius: *Et prô pudor! tanquam mulier ſecutuleia vnius noctis tactu omnia vendidit.*

SEDENTARIVM, quod ſedendo conficitur. Colum. cap. 13. *Opera villici ne ſit ſedentaria.* Plin. Panegyr. *Sedentariam ſenatus aſſentiendi neceſſitatem dixit, qui ſedens aſſentari cogebatur principi truculento. Sedentaria fatigatio* Apuleio eſt, qua ſedentes in equo ex diuina ſuccuſſione vexantur. Apul. lib. 1. de aſino: *Equo indigena peralbo vehens iam eo quoque admodum feſſo, vt etiam fatigationem ſedentariam inceſſus vegetatione diſcuterem.* Plautus *ſedentarios* vocat, qui ſedes & ſellas fabricant. *Sedentarias* artes & *ſellularias* appellant docti quæ à ſedentibus per ocioſitatem exercentur, quas Numæ lex, ciuibus interdictas, à peregrinis tātùm & ſeruis exerceri ſanxit.

ſanxit. *Sedentarios* etiam poſſumus appellare quos Græci λισποπύγους, attritas ſcilicet & exiles nates habentes. Hoc autem nomine à comicis appellabantur Athenienſes, quòd magnâ ex parte operarij & nautici eſſent, & ob ſedendi aſſiduitatem Depyges redderentur.

SEDERE, eſt antiquis, firmiter rem hærere animo. Virg. lib. 5. Æneid.

——pio ſedet Æneæ. Et lib. 7.

——vbi certa ſedet patribus ſententia pugnæ. Claud. 1. Rapt.

Certa requirenti tandem ſententia ſedit.

Plin. lib. 2. c. 7. *Sedere cœpit hæc ſententia.* Hinc *ſedem*, pro firmo ac ſtabili ſtatu auctores dixiſſe paſſim notatur. Phraſin Virgilius, cui familiaris, variat interdum, vt lib. 2.

Stat caſus renouare omnes.

Claud. itid. 3. de Rapt.

——ſtat fines penetrare Noti.

SEDICVLA, non *ſediculum* dicimus, pro ſedile. Varro lib. 7. Analog. *Et cùm debuerit eſſe vt à cubatione cubiculum: ſic à ceſsione, ſediculum non eſt.* Cic. ad Attic. lib. 4. *In illa tua ſedicula quam habes ſub imagine Ariſtotelis.*

SEDITIO dicitur quaſi ſeorſim itio, cùm alij aliò eunt. Cicer. lib. 6. de Republ. *Eaque diſſenſio ciuium, quòd ſeorſim eunt alij ad alios, ſeditio dicitur.* Non.

SE DOLO, ſine dolo: vnde *ſedulum.* Gloſſis ἀδόλως. Lucil. Satyr. lib. 27.

Populum ſalute fictis verſibus Lucilius
Quibus poteſt impertit, totúmque hoc ſtudioſè & ſe dolo. Non.

In legibus Numæ Pompilii: SEI. QVIS. HOMINEM. LIBEROM. SCIENS. MORTI. DVIT. PARRICEIDA. ESTOD. SEI. IM. IMPRVDENS. SE. DOLO. MALO. OCCISIT. PRO. CAPITE. OCCISEI. ET. NATEIS. EIVS. IN. CONCIONE. ARIETEM. SVBICITO. In XII. Tabulis. EX. PONDERIBVS. POBLICEIS. QVIBVS. HAC. TEMPESTATE. POPOLVS. OITIER. SOLET. VT. COAEQVETVR. SE. DOLO. M. Feſt.

SEDVM, quod alij *ſadum*, alij *ſeſuium*, herbæ eſt ſpecies. Feſt. ἀείζωον, ſeu *ſemperuiuum* vulgò vocamus. Gloſſis *Seduus.* Plin. lib. 18. cap. 17. *Democritus ſucco herbæ quæ appellatur ἀείζωον, Latinè verò ſedum, aut digitellum*, &c. Colum. lib. 12. cap. 9. *Remedio eſt ſuccus herbæ quam ruſtici ſedum appellant.*

SEGETEM pro ipſa terra poni aliquoties inuenies. Cic. Hortenſio: *Vt enim ſegetem agricolæ ſubigunt aratris multo ante quàm ſerant.* Virg. Georg. lib. 4.

Nec pecori opportuna ſeges, nec commoda Baccho.

Varro lib. 1. de R.R. cap. 29. *Seges dicitur quod aratum ac ſatum eſt: aruum quod aratum nec ſatum eſt: nouale, vbi ante ſatum fuit quàm ſecundâ aratione renouetur.* Accius OEnomao:

Fortè ante auroram radiorum ardentum indicem
Cùm ſomno in ſegetem agreſtis cornutos ciet,
Vt rorulentas terras ferro perſido
Proſcindant, ſegetémque ex aruo molli excitent. Non.

SEGMENTA, muliebria ornamenta.

ta. Valer. Maximus: *Datum eſt mulieribus vt ſegmenta aurea geſtarent.* Ouid. lib. 3. de arte amandi:

Quid de veſte loquar? non iam ſegmenta requiro,
Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

Sid. lib. 8. epiſt. 6. *Et illam Serranis obuiã ſuccis inter crepitantia ſegmẽta.* Seruius lib. 1. Æneidos *ſegmentum* appellat monile & gutturis ornamentum. Probus *faſciolas* ait eſſe, quæ in ordine veſtis extrema parte aſſutæ iunctæque ornatui ſunt indumentis, quibus noua nupta amiciebatur. Iuuenalis Satyr. 2.

Segmenta & longos habitus & flammea ſumit.

Hinc *ſegmentatus.* Iuuenalis:

Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis.

Symm. lib. 3. epiſt. 12. *Sunt quidem illæ Tulliano ſegmentatæ auro.* Idem lib. 4. epiſt. 42. *Alba velamina, non ſegmentati amictus fidem veſtiant. Segmentarij*, qui veſtes ex auro elaborant. *Segmenta*, veſtis Iſidoro lib. 19. cap. 22. zonis quibuſdam & quaſi præciſamentis ornata. *Segmenta* quoque circuli dicuntur quos Græci παραλλήλους vocant. Plin. lib. 6. cap. 33. *Plura ſunt autem hæc ſegmenta mundi, quæ noſtri circulos appellauere, Græci parallelos.* Ibidem: *Quinto continenter ſegmento ab interitu maris Caſpij, Bactria, Hiberia, Armenia.*

SEGNITAS, ſegnities. Accius Æneadis, aut Decio: *Eo nunc quòd eorum ſegnitate ardet focus.* Idem Andromedâ: *Namque vt dicam te metu aut ſegnitate addubitare, haut meum eſt.* Non. Cic. de oratore lib. 2. *Et quoniam de imprudentiâ diximus, caſtigemus etiam ſegnitatem.*

SEGREGVS, ſegrex, ſegregatus. Auſon. Parental.

Ipſe tuo viuens ſegregus arbitrio.

SEGREX, ſolitarius, ſegregatus, procul à frequentia. Seneca de benef. lib. 4. *Quoniam cæteris animalibus in tutelam ſui ſatis virium eſt: quæcunque vaga naſcuntur & actura vitam ſegregem, armata ſunt.* Sid. lib. 5. epiſt. 12. *Hoc ſolùm tamen liberè gemo, quod turbine diſſidẽtium partium ſegreges facti mutuo minimè fruimur adſpectu.* Et lib. 9. epiſt. 3. *Per has maximè ciuitates quæ multum ſitu ſegreges agunt.*

SELIBRA, ἡμίλιτρον Gloſſis: & *ſemodium*, libræ & modij dimidium. Varro lib. 4. de L. L. Gell. lib. 7. cap. 18. *Darent argenti pondo, libram ſcilicet, & ſelibram.* Martialis lib. 7. epigr.

Semodiúſque fabæ cum vimine Picenatum.

Cato cap. 84. *Farinæ ſelibram, caſei pugillos duos & ſemi.* Furius Bibaculus:

Si quis fortè mei domum Catonis
Depictas minio aſſulas, & illas
Cuſtodes videt hortuli Priapes:
Miratur quibus ille diſciplinis
Tantam ſit ſapientiam aſſecutus
Quem tres coliculi, ſelibra farris
Racemi duo tegula ſub vnâ
Ad ſummam prope nutriant ſenectam.

SELIQVASTRA, ſedilia antiqui generis appellantur, d, littera in l, conuersâ: vt etiam in *ſella* factum, & *ſubſellio*, ac *ſolio*, quæ non minus à ſedendo dicta ſunt. Feſt.

SEM

SEMBELLA, libellæ dimidium. Varro lib. 4. de L. L. *Nummi denarij decuma libella, quòd libram pondo as valebat, & erat ex argento parua: Sembella, quòd ſit libellæ dimidium, quòd ſemis aſſis.*

SEMINIVM, ſemen. Varro lib. 2. de R. R. cap. 3. *De ſeminio dico eadem quæ Atticus in ouibus.* Et cap. 6. *Ego*, inquit, *Murrius, de aſinis potiſſimum dicam quòd ſim Reatinus, vbi optimi & maximi fiunt, è quo ſeminio ego hîc procreaui pullos.* Lucr. lib. 3.

Denique cur acris violentia triſte leonum
Seminium ſequitur.

Plaut. Milite: *Niſi huic Verri affertur merces, non hic ſuo ſeminio quemque porculum impertiturus eſt.*

SEMONES, dij minores & pagani, nec cæleſtes ob meriti paupertatem, nec terreſtres habiti: dicti quaſi ſemihemones, id eſt, homines. Varro Myſtagog. *Semoneque inferius derelicto Deum depinnato attollam orationis eloquio.* Idem de liberis educādis: *Diis Semonibus lacte fit, non vino, Cuninæ propter cunas, Rumina propter rumam.* Liuius: *Ædes quæ eſſent in palatio diruendas, bona Semoni Sanco cenſuerunt conſecranda.*

SEMPERFLORENS, ἀειθαλής. Lucr. lib. 1.

Vnde ſibi exortam ſemperflorentis Homeri
Commemorat ſpeciem

Sic Terentius Andriâ: *Et heri ſemperlenitas verebar quorſum euaderet.* Virg. Bucolicis:

Namque erit ille mihi ſemperdeus.

Eadem ratione, *necopinato* Lucilius, *nonſenſus* Lucretius, *necrectè* Plautus, *Poſtphaſelus* Catullus dixêre.

SEMPRONIA horrea, locus in quo lege Gracchi euſtodia erat frumenti publici. Feſt. Cic. Tuſc. quæſt. 3. Flor. epit. 60.

SENACVLVM, locus in quo ſenatus haberi ſolitus. Fuiſſe tria ſenacula Romæ, memoriæ prodidit Nicoſtratus lib. de ſenatu habendo: vnum vbi nunc eſt ædis concordiæ, inter Capitolium & forum, in quo ſolebant magiſtratus duntaxat cū ſenioribus deliberare: alterum, ad portam Capenam: tertium circa ædem Bellonæ, in quo exterarum nationum legatis, quos in vrbem admittere nolebant, ſenatus dabatur. Feſt.

SENATI, pro ſenatus. Siſenna hiſt. lib. 3. *L. Calpurnius Piſo ex Senaticonſulto duas nouas tribus.* Saluſt. bello Catilinæ: *Itaque ex Senati decreto Q. Martius rex Feſulas, Met. Creticus in Apuliam circumque ea loca miſſi.* Cic. epiſt. 2. ad Brutum: *Neque enim populum eundem ſemper habebitis, neque ſenatum, neque ſenati ducem.* Idem: *Quod in vnaquaque re ſenati populique Romani beneficio iuris habui.* Plautus Caſinâ: *Sed eccum egreditur ſenati columen, præſidium popli.* Idem Epidico: *Senati qui columen cluent.*

SENECIO, ſenex. Afran. Prælio: *Tu ſenecionem hunc ſatis eſt ſi ſeruas anus.* Priſc. lib. 3.

SENECTA ætas, pro ſenectute. Plaut. Amphitruone: *Quia ſenecta in ætate à me mendicas malum.* Idem Aululariâ: *Quem ſenectâ ætate ludos facias.* Et Caſinâ: *Senectâ ætate vnguentatus incedis per vias ignaue.* Ibidem: *Mirum mecaſtor te ſenecta*

ætate officium tuum non meminiſſe. Lucret. lib. 5.

Poſt vbi equum validè vires ætate ſenectâ
Membraque deficiunt.

Idem lib. 3.

Quidve foras ſibi velt membris exire ſenectis. Saluſt. lib. 4.

Omnes quibus ſenecto corpore animus militaris erat.

SENET, ſeneſcit. Pacuu. Poribœâ: *Quanquam ætas ſenet, ſatis habeo tamen viriũ, vt te ab ara arceã.* Accius Telepho: *Iam iam ſtupido Theſſala ſomno pectora languéntque ſenéntque.* Priſc. lib. 10. Catull. in Phaſelo: *Nunc recondita ſenet quiete.*

SENEX, ſenicis, pro ſenis. Plautus ex Priſciano, lib. 3. *Datores belliſſimi, negotioli ſenices ſoletis eſſe.* Idem Milite: *O tepidum ſenicem, ſi quas memorat virtutes habet.*

SENICA, pro ſenex. Pompon. Præcone poſteriore: *Sed me exercet ſenica nequam, nec illo quid faciam ſcio.* Idem Piſtoribus: *Pappus hic medio habitat ſenica, non ſeſcuncia.* Non.

SENIVN, pro tædio, odio; quia ſenes plerumqûe odioſi. Accius ὅτι ναυσιμάχῃ: *Mors amici ſubigit, quod mihi eſt ſenium multo acerrimum.* Turpil. Demiurgo: *Quia enim odio ac ſenio hæc ſunt mihi nuptiæ.* Titin. Veliternâ: *Quot peſtes, ſenia, iurgia, ſeſe meis ædibus emigrarunt.* Lucil. Sat. lib. 15.

In quorum numero nunc primu' Trebelliu' Muto
Obmarceſcebat febris, ſenium, vomitus, pus.

Pompon. Præcone poſteriore: *Calue apportas nobis nuntium diſparem, diuiſum, huic ſeni ſenium & mœum.* Pacuu. Peribœâ: *Metus, egeſtas, mœror, ſenium, exſiliúmque & ſenectus.* Nouius Gallinariâ: *Operæ coactor, cantor, ærſor, ſenium ſonticum.* Cæcil. Hymnide: *Sine ſuam ſenectutem ducat vtique ad ſenium.* Feſt. Cic. pro Milone: *Tota ciuitas confecta ſenio eſt.* Plaut. Sticho: *Hæc mihi diuitiæ ac ſenio ſunt.*

SENTENTIA, pro ſenſibilitate. Lucil. Satyris: *Vertitur OEnophoris fundus, ſententia nobis.* Iſid. lib. 1. cap. 15. & lib. 20. cap. 6. Non. Veteres glоſſæ in Perſi Sat. 6.

SENTICOSA, ſpinoſa. Afran. Abductâ: *Quàm ſenticoſa verba pertorquet turba.* Feſt.

SENTINARE, periculum ſubtiliter effugere. Cæcil. Æthrione: *Cum Mercurio capit conſilium poſtquam ſentinat ſatis.* Item: *Satagere ad ſentinam*: vnde *Sentinatores* quibus cura eſt ſentinæ. Gell. lib. 19. cap. 1. *Tum poſtea complorantibus noſtris omnibus, atque ſentinantibus, dies quidem tandem illuxit, ſed nihil de ſæuitiâ & periculo remiſſum.* Paulinus ad Macarium: *Vnum ex omni numero nautarum ſenem ſentinare putant.* Idem: *Quid huic quæſo obfuit ſeni perſona ſentinatoris, & in nautis viliſſima?*

SEORSVS, pro ſeorſum antiqui dicebant, vt *rurſus* pro rurſum, & *demus* apud Liuium, pro demum, teſtibus Feſt. & Chariſio lib. 2. Lucr. lib. 5.

Seorſus item puri ſecretique ætheris ignes.

SEPEDES, quibus ſex ſunt pedes. Apul. lib. 6. Metamorph. de formicis loquens: *Ruunt aliæ, ſupérque aliæ ſepedum populorum vndæ ſummóque ſtudio ſingulæ granatim totum digerunt*

gerunt aceruum.

SEPELIBILE, quòd debet aut poteſt ſepeliri. Plaut. Ciſtellariâ: *Indidem vnde oritur facito vt facias ſtultitiam ſepelibilem.*

SEPIMEN, ſepes. Apul. Florid. *Vel etiam colliculus ſepimine conſecratus, vel truncus dolamine effigiatus.*

SEPIVNT, retinent, impediunt. Afran. Materteris: *Perij, linguam lacrumæ ſepiunt.* Cic. de nat. Deorum lib. 2. *Latent præterea vtiliter, & excelſis vndique partibus ſepiũtur.*

SEPLASIA, locus vbi proueniebat, ſeu forum in quo vendebatur vnguentum exoticum & pretioſum. Pompon. Adelphis: *Dij te perdant inferi Antipho, quia vnde hoc ſit vnguentum quæris, atque lepidum vnde vnguentum niſi ex ſeplaſia eſt?* Idẽ Quinquatribus: *Venit*, inquit, *rogatum nos quando noſtræ eſſent ſeplaſiæ.* Varro Ἀνθρωπόπολι, καὶ γενεθλιακῆς: *Doti dato inſulæm Chium, agrum Cæcubum, Seplaſia Capuæ, macellum Romuli.* Idem Synephebo, καὶ ἐμμονῆς: *Hic narium ſeplaſiæ, hic hedycus Neapolis.* Feſt. Non. Hinc *Seplaſiarij.* Lãpr. Heliogabalo: *Pinxit vt cupedinarium, vt ſeplaſiarium, vt popinarium.* Gloſſariographo *Seplaſiarius* dicitur πανταπώλης.

SEPTEMFARIAM, dictum vt multifariam. Santra verb. antiq. *In quod volumen vnum nos lectitauimus, & inuenimus ſeptemfariam eſſe diuiſum.* Sic *Ambifariam.* Apul. in Apologiâ: *Item Zenonem illum antiquum Veliâ oriundum, qui primus omnium dictionem ſolertiſſimo artificio ambifariam diſſolueret.*

SEPTIMONTIVM, diem feſtum vocabant, quo ſeptimus vrbi collis fuerat additus; quo tempore ſeptem in locis ſacrum fieri Varro ſignificat, *Palatio, Saburra, Velia, Fagutali, Cælio, Oppio & Ceſpio:* Eoque die per vrbem vehiculis ferri criminoſum erat. Dicebatur & *Paganalia*, quòd non populi, ſed paganorum & agreſtium dies eſſet feſtus. Tertull. de Idololatriâ: *Etiam ſtrenæ captandæ, & Septimontium, & Brumæ, & chuæ cognationis honoraria exigenda omnia.* De hoc ſacro vide Plutarchum in Problemat.

SEPTVOSE, obſcurè. Liuius Antiopâ:

Ita ſeptuosè dictio abs Deo datur
Quòd conſequuntam ſapiens ægrè contulit. Non.

SEQVACITAS, ſequela. Sid. lib. 4. epiſt. 11. *Quod non ſatis ferebat ægrè pigram in quibuſdam ſequacitatem.* Et lib. 9. epiſt. 9. *Tribuit & quoddam dictare celeranti ſcribarum dicacitas ſaltuoſa.*

SEQVAX. Sid. lib. 7. epiſt. 1. *Sequax humilis turba conſilij.*

SEQVESTER dicitur apud quem res aliqua controuerſa diiudicanda deponitur. Gloſſis μεσίτης ἐντεχνος καὶ σωθηκοφύλαξ. Cato de indigitibus: *Sinunt miſeros perire vt bona rapiant, aut ſi ſuperſtites petant, vi ſequeſtro dent.* Item: *Nolite per Deum immortalem vos ſequeſtro ponere.* Feſt. Plaut. Vidularia: *Animaduertite amabo ſi vultis, vidulum huc apponite, ego ſeruabo; quaſi ſequeſtro detis, neutri reddibõ.* Non. Priſc. lib. 6. & 13. Plaut. eadem Comœd. *Nunc vt apud ſequeſtrum vidulum poſuimus.* Priſc. lib. 10. Idem Mercatore: *Imò ſic ſequeſtro mihi data eſt.* Et Rudente: *Tu iſtum hodie non feres niſi das ſequeſtrũ, aut arbitrum.* Ibidem:

Ibidem: *Aut ad arbitrum reditur, aut ad ſequeſtrum ponitur.* Cic. Verrin. act. 2. *Aut ſequeſtres aut interpretes corrumpendi iudicij.* Apul. 9. *Sed anus quædam ſtupri ſequeſtra, & adulterorum internuncia.*

SEQVESTRARE, ſeparare. Macrob. lib. 1. comment. cap. 5. *De corporibus eam tametſi non res, ſed intellectus ſequeſtrat.* Ibidem: *Ipſam verò ſuperficiem cum lineis ſuis primam poſt corpora diximus incorpoream eſſe naturam, nec tamen ſequeſtrandam.* Et cap. 8. *Qui à rerumpub. actibus ſe ſequeſtrant.*

SERESCIT, quaſi ſereneſcit, ſiccatur. Lucr. lib. 1.

Denique fluctifrago ſuſpenſa in littore veſtes
Vueſcunt, eadem diſpanſa in ſole ſereſcunt.

SERIÆ, ſunt vaſa fictilia: in quibus carnes ſalſæ conditæ ſeruantur. Varro lib. 1. de R.R. cap. 55. *Ac primus quiſque aceruus demittatur per ſerias ac vaſa olearia ad trapetas.* Plaut. Captiueis: *Cocum rogauit poſſéntne ſeriæ ferueſcere.* Cato cap. 162. de R.R. *Pernas ſic ſalire oportet in dolio, aut in ſeria.* Ter. Heaut. *Releui dolia omnia, omnes ſerias.* Perſius Sat. 2.

——— *& ô ſi*
Sub raſtro crepat argenti mihi ſeria dextro Hercule.

Idem Sat. 4.

Seriolæ veteris metuens detrahere limum.

Gloſſis etiam *Seria*, μοχλὸς θύρας: id eſt, *repagulum, ſera.*

SERIETAS, tractatio rerum ſeriarum. Sid. lib. 1. epiſt. 9. *Poſt imperij opes vtriuſque euentilatas, tandem reditum eſt in publicam ſerietatem, quæ rebus actitandis ianuam campúmque patefecit.* Et lib. 9. epiſt. 13. *Non enim iuſtum eſt vt cenſor incipias cum ſeueritate diſcutere, quod non potuit amicus cum ſerietate dictare.*

SERILIA Verrius appellari putat nauigia hiſtrica quæ lino & ſparto condenſantur. Pacuu. Niptris: *Nec vlla ſubſcus cohibet campagem aluei; ſed ſuta limo & ſparteis ſerillibus.* Feſt.

SERITAS, tarditas. Symm. lib. 3. epiſt. 28. *Deſine igitur animum noſtrum epiſtolarum ſeritate metiri.*

SERMOCINATRIX, largiloqua. Apul. lib. 9. *Nec commorata ſermocinatrix immodica ſic anus incipit.* Plato vnam dicendi ſpeciem προσυμιλιτικὴν vocat, quam *ſermocinatricem* interpretatur Quintilianus.

SERMONARI, confabulari. Claudius annal. lib. 1. *Cum his conſermonabatur.* Agell. lib. 17. cap. 2.

SERPERASTRA, machinulæ queis puerorum allegantur genua, ne deprauata diſtortaque reddantur, ipſique vaciæ fiant, aut compernes. Varro de L. L. *Si quis in conſuetudine ambulandi factus ſit vacia, aut compernis; ſi eum corrigi non concedat, non ſequitur vt ſtultum faciant, qui pueris in geniculis alligant ſerperaſtra, vt eorum deprauata corrigant crura.* Cic. epiſt. ad Pomponium: *De ſerperaſtris cohortis meæ non eſt quod doleas: ipſi enim ſe collegerunt admiratione vitæ integritatis meæ.*

SERPSIT ſerpula, dixit Meſſalla, pro *ſerpens irrepſerit.* Feſt.

SERTA, ſertum. Propert. lib. 2.

Cùm

Cùm tua propendent demiſſa ad pocula ſerta.

SERVASSINT, ſeruauerint, ſeruent. Plaut. Pſeudolo : *At te dij deæque quantus es ſeruaſſint quidem.* Idem Sticho: *Ita me dij ament, meáſque mihi ſeruaſſint filias, vt mihi volupe eſt.* Idem Trinummo : *Dij te ſeruaſſint mihi.*

SERVI, pro ſeui, à ſero. Ennius Præceptis: *Vbi videt auenam, lolium creſcere inter triticum, ſelegit, ſecernit, aufert, ſedulò vbi operã addidit, quam tanto ſtudio ſeruit.* Priſc. lib. 10.

SERVIBO, ſeruiam. Plaut. Menæchmis : *Tanquam ſi emeris me argento, liber ſeruibo tibi.* Idem Persâ: *Si tu hanc emeris, nunquam herclè hunc menſem vertentem ſeruibit tibi.* Terent. Hecyrâ : *Non eſt conſultum pater, matris ſeruibo commodis.* Idem Andriâ: *Propterea quòd ſeruibas liberaliter.* Sic Horat. lib. 3. odâ 23. *Mollibat aduerſos penates.*

Virg. lib. 4. Æneid.

Lenibant curas & corda oblita laborum.

Plaut. Menæchmis: *Aſſentibor quidquid dixerit.* Lucr. lib. 5.

——— *mare fluctibu' ſæpe coortis*
Sæuibat.

Et pleraque verba alia ſine e, pronunciabant veteres. teſte Diomede lib. 1.

SERVIENTIA, ſeruitus. Plaut. Rudente : *Lucrum præpoſui ſopori & quieti, tempeſtate ſæua experiri expetiui, quî paupertatem heri & meam ſeruientiam tolerarem.*

SERVITRITIVS, ſeruitio tritus. Plaut. Persâ: *Sine reſpirare me, tibi vt reſpondeam, vir ſumme populi, ſtabulum ſeruitritium.*

SESSIMONIVM, ſedes, templum, concilium ; à ſeſſu: vt à mercede, *mercimonium.* Vitruuius lib. 1.

Suſpectus habent in deorũ ſeſſimonio.

SESSITO, ſedeo. Apul. de dogm. Plat. *At enim illæ opimæ partes ſunt, quas labor ſubegit, vt femina ipſa, qua ſeſſitandi regio.*

SEVERITER, ſeuerè. Titin. Prælià: *Seueriter hodie ſermonem mecum amica contulit.* Afranius : *Seueriter ferre hæc te, ſimul ac gnatam ab illo abducere.* Non. Priſc. lib. 15.

SEVERITER, pro ſæuiter dici, veterum authoritas confirmat. Enniùs Hectoris lytris: *Seueriter ferri fortunam cernunt de victoria.* Idem Phæniſſis : *Seueriter ſuſpectionem ferre falſam futilium eſt.* Non.

SEVERITVDO, ſeueritas. Plaut. Epidico : *Quid eſt quòd illi caperat frons ſeueritudine ?*

SEXV, pro ſexus. Siſenna hiſtor. lib. 4. *Tum in muro virile ac muliebre ſexu populi multitudine omni collecta.* Saluſt. lib. 2. *Metellus in vlteriorem Hiſpaniam poſt annum regreſſus magna gloria concurrentium vndique virile ac muliebre ſexu per vias ac tecta omnium viſebantur.* Non.

SEXVS VIRILE, pro virilis. Varro lib. 1. Analog. *Sexus vtrùm virile an muliebre an neutrum ſit.* Plaut. Rudente : *Filiam ego vnam habui, illam perdidi, virile ſexu nullum vnquam habui.*

SI

SI, pro an, more Græcorum. Terent. Heautont. *Viſam ſi domi eſt.* Idem Eunucho : *Atque adeò viſam, ſi domi eſt.* Plaut. Bacchid. *Ibo & viſam huc ad eum, ſi forte eſt domi.*

Virg. Æneid. lib. 4.

Sed fatis incerta feror, ſi Iuppiter vnam
Eſſe velit Tyriis vrbem.

Propertius lib. 2. eleg. 29.

Manè erat, & volui ſi ſola quieſceret illa Viſere.

SIBVS, callidus, acutus, vnde compoſitum *Perſibus*. Plautus: *Nihil deconciliares illi, niſi quòd perſibus ſapis.* Næuius: *Et qui fuerit perſibus carpenti adeſt ratio.* Feſt.

SIBYNA, telum venabuli ſimile. Ennius lib. 7. annal. *Illyrici reſtant ſicis ſibyniſque fodantes.* Feſt.

SICCOCVLVS, duris ac pumiceis oculis. Plaut. Pſeudolo: *Genus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit.*

SICILICES, haſtarum ſpicula lata. Ennius in annalibus:

Incedit veles vulgo ſicilicibu' latis.

Feſt. Gell. lib. 10. cap. 20.

SICILIRE dicunt, relicta à meſſoribus reſecare. Varro lib. 1. de R. R. cap. 49. *In pratis herba cùm creſcere deſiit, & æſtibus areſcit, ſubſecari falcibus debet, & vt perareſcat furcillis verſari, cùm peraruit de his manipulos fieri, ac vehi ad villam, tum de pratis ſtipulam eradi, atque addere feniſicio cumulum: quo facto ſicilienda prata, id eſt, falcibus conſectanda, quæ feniſeces præterierunt, ac quaſi herba tuberoſum reliquerunt campum.* Hinc *ſicilimentum*, herba quæ iteratâ ſectione à meſſoribus demetitur. Cato de R. R. cap. 5. *Item fœnum, cordum, ſicilimenta de prato demito, eaque arida condito.* Et *ſicelis* herba, quæ alio nomine *fœnum græcum* dicitur, quòd nullus fermè eius ſit vſus, ſed tantùm ſiciliatur. Inde & *ſicilium* Plinio lib. 13. cap. 15. *pondus duas continens drachmas*: Gl. ὑγιὰς τέταρτον: dictum ait Feſt. quòd ſemunciam per medium ſiciliat, id eſt, ſecet. *Sicila* quoque Gloſſis σμίλα χορτοτόμος.

SICINNIVM, genus fuit ſaltationis Satyricæ (teſte Athenæo) qua ſaltabundi canebant, vt nunc canunt ſtantes. Inuentum à Sicinno. Vſus eſt hoc verbo Accius in Pragmaticis, appellarique ait *Sicinniſtas* nebuloſo nomine. Agell. lib. 20. cap. 2.

SICVNDE, ſi ex quo loco: vt *alicunde*. Apul. lib. 2. Met. *Et ſicunde latratus ingruerit, eum putabis de faucibus lapidis exire.*

SICYONIVM, calceamenti genus muliebris. Heſychius: σικυώνια ὑποδήματα γυναικεῖα, καὶ ψέλλια. Pollux lib. 7. cap. 22. Αἱ δὲ ἐνδρομίδες ἴδιον τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ὑπόδημα: τὰ δὲ σικυώνια τὸ ὄνομα δηλοῖ τίνων τὸ εὕρημα. Lucil. Satyris:

Et pedibus lauâ Sicyonia demit honeſta. Lucr. lib. 4.

Vnguenta & pulcra in pedibus ſicyonia rident.

Cic. de Oratore lib. 1. *Sed vt, ſi mihi calceos ſicyonios attuliſſes, non vterer, quamuis eſſent habiles, & apti ad pedem, quia non eſſent viriles.*

SIET, pro ſit antiqui ferè omnes vſurparunt.

SIFILARE, (pro quo nos vilitatem verbi vitantes ſibilare dicimus) eſt contumeliosè explodere; vnde *ſifilatores*. Originem ducit à Græco σφλώζειν, cuius rei author Homerus Iliados ξ.

Ἀλλ' ὁ μὲν ὡς ἀπόλοιτο, θεὸς δὲ σφλώσειε.

Hinc Gallis vox *Siphler*, vel *ſifler*

ſiſter petita.

SIGMA, menſam vocabant veteres in formam hemicycli, aut lunatæ teſtudinis extructam, nomine literæ Græcæ, quam illa ætas vt mediam lunam pingebat. Lampridius Heliogabalo: *Primus inuenit ſigna in terras ſternere.* Idem: *De croco ſigma ſtrauit, cùm ſummos viros inuitaſſet ad prandium.* Martialis lib. 10. epigr.

Septem ſigma capit: ſex ſumus, adde lupum. Idem:

Aſpice lunatâ ſcriptum teſtudine ſigma,
Octo capit, veniat quiſquis amicus erit.

Sid. lib. 3. epiſt. 1. *Tot poſſit recipere ſellas, quot ſol & ſigma perſonas.*

SIGNATA virgo, pura & integra. Lucil. lib. 29. *Primum Chryſæ eam negat ſignatam reddere.*

SIGNIFEX, ſtatuarius, ſimulacrorum fictor: vti *aurifex, artifex.* Apul. lib. 2. Metam. *Et in quo ſummum ſpecimen operæ fabrilis egregius ille ſignifex prodidit.* Idem Dæmon. Socratis: *Sed non pudet me non eſſe ſignificem.* Apoll. lib. 6. *Græcia cæmentariis pictoribus ſignificibúſque illuſtris.*

SIGNINVM opus, quod è rudere contuſo additâ calce conficiebatur. Colum. lib. 1. cap. 6. *Amurca recenti non ſalſa madefactum, velut ſigninum opus pauiculis condenſatur.*

SIGNVM, vt Græcis σημεῖον, punctum. ἔστιν δὲ μέρος οὐδέν. Frontin. de agr. *Omnis menſurarum obſeruatio & oritur & deſinit in ſigno.* Idem: *Signum eſt cuius pars nulla eſt. Hæc omnium quantitatum finitima contemplatio: ſignum autem ſuæ partis eſt initium à quo omnia incipiunt.* Idem: *Recta linea eſt quæ æqualiter ſuis ſignis poſita eſt.* Idem: *Lineæ fines ſigna ordinata.*

SIL, genus coloris lutei, quod in fodinis tanquam limus quidam inuenitur. Auſon. Monoſyllab.

Sítne peregrini vox nominis, aut Latij, Sil?

Plin. lib. 34. cap. 12. *In argenti & auri metallis naſcuntur etiam nunc pigmenta ſil & caruleum. Sil proprie limus eſt, optimum ex eo quòd Atticum vocatur.*

SILANI, aquarúm tribuli & canales. Lucr. lib. 6.

Multa ſiti proſtrata viam per, prôque voluta
Corpora ſilanos ad aquarum ſtrata iacebant.

Celſus lib. 2. cap. 19. *Confert etiam aliquid ad ſomnum ſilanus iuxtà cadens.* Gloſſis, *Silanum*, ὑδρίον.

SILATVM antiquis dicebatur ientaculum: deriuatum à *ſile* herba, quam alio nomine *ſeſelin* vocamus, cuius vel radice, vel ſemine vinum condi ſolitum, quod ante meridiem ſumere mos erat. Feſt.

SILENTIOSVS, ſilentio plenus. Apul. 11. *Nactus opacæ noctis ſilentioſa ſecreta.*

SILICERNIVM conuiuium erat funebre, quod ſenibus exhibebatur, in quo poſtremum ſibi inuicem VALE dicebant, tanquam mox morituri. (Gloſſæ *Silicernium*, σειρὸς εἶπον. λύχνος γὰρ ἅπτειν τὸ σένθει ὁ δῆμος.) Dictum ab eo, quòd *ceſna* antiquis erat cœna, & hinc *ſiliceſnium*, quod poſtea *ſilicernium*, (ſicut *caſmina*, carmina: *aſena*, arena.) Varro Meleagris: *Funus exſequiati antiquo more ſilicernium confecimus.* Non. Tertullia-

nus: *Quo differt ab epulo Iouis ſilicernium, ab ſimpuuio obba? ab aruſpice pollinctor?* Erat & *ſilicernium* farcimen, quoius eſu familia purgabatur. Cæcil. Obolaſtate: *Credidi ſilicernium me eius eſſe eſurum.* Feſt.

SILICERNIVS, quaſi ſepolcri ſui ſilices cernens, ſenex decrepitus. Cincius Alimetus: *Qui dum iam ſilicernius ſui temporis finem expectaret, etſi morti non potuit, tamen infirmitati inſultauit.* Fulgent. Terent. Adelphis: *Ego te exercebo hodie, vt dignus es, ſilicernium.*

SILO, qui naſum habet ſurſum versùs repandum: vnde & *galeæ ſileæ* dicuntur. Feſt. Varro γνῶθι σεαυτὸν: *Nónne vnum ſcribunt eſſe grandibus ſuperciliis, ſilonem, quadratum?* Plaut. Rudente: *Recaluum ac ſilonem ſenẽ, ſtatutum, ventrioſum, tortis ſuperciliis, contractâ fronte, fraudulentum, Deorum odium atque hominum.*

SIMARE, deprimere. Lucil. Sat. lib. 7.

Simauit taxim ad nares Delphinus vt olim. Non.

Sulpicius Seruaſtus Lupercus:

Simataque iacent pando ſinuamine nares
Territat os nudum, cæſaque labra tument.

Hinc *ſimus*, qui depreſſis eſt naribus, quâ notâ propriè delphines ſunt inſigniti. Plin. lib. 9. cap. 8. de Delphino: *Pro voce gemitus humano ſimilis, dorſum repandum, roſtrum ſimum.* Lucilius de eodem:

——————— *ſimum*
Laſciuire pecus iuſſit, roſtróque repandum.

Liuius Andronicus in Ægyſtho: *Tum autem laſciuum Nereï ſimum pecus.* Virg. Bucolicis:

Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ.

Martialis lib. 6. epigr.

Simulus iſte quis eſt vxori ſemper adhæret
Qui Menedore tua?

SIMIL, pro ſimilis. Plaut. Amphitr. *Certè adepol quom illum contemplor, formam cognoſco meam, quemadmodum ego ſæpe in ſpeculum inſpexi, nimis ſimil eſt mihi, Itidem habet petaſum ac veſtitum tam conſimil eſt atque ego.*

SIMILE, pro ſimilis. Næuius Gymnaſtico: *Pol haut paraſitorum aliorum is ſimile eſt.* Idem Militibus Pometinenſibus: *Tu pueri puſilli ſimile es, quia enim ad os fers quidquid nactus es.* Titin. Fullonibus: *Formice pol perſimile eſt homo ruſticus.* Sic Plaut. Mercatore: *Eamus intrò, non vtibile hic locus factis tuis*, pro vtibilis. Et Terent. Eunucho: *Ego quoque vnà pereo quod mihi eſt charius*, pro qui mihi ſum charior: vt inquit Donatus.

SIMILITAS, ſimilitudo. Cæc. Syracuſis: *Vide Demea, hominum quid fert morum ſimilitas.*

SIMITV, ſimul. Lucil. Satyrarum lib. 30.

Gratia habetur vtriſque illique tibique ſimitu.

Plaut. Amphitruone: *Non ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum.* Idem Menæchmis: *Ego te ſimitu noui cum Partaone.* Et Mercatore: *Ita tres ſimitu res agundæ ſunt quando vnam occeperis.* Ibidem: *Eorum inuentu res decem ſimitu peſſimas peſſundedi.* Idem Pſeudolo: *Ab eo argentum*

gentum accipe, & cum eo ſimitu mulierem emitti volo. Et Sticho: *Vt ego huc iamdudum exiſſem ſimitu vobiſcum, niſi me vobis exornarem.* Ibidem: *Rogare te iuſſit multo opere maximo Mecum ſimitu vt ires ad ſeſe domum.* Trinummo: *Multas res ſimitu in meo corde verſo.* Truculento: *Quin ei vt ſimitu adueniunt ad ſcorta congerones.* Ibidem: *Nequicquam es bella malo tuo, niſi ego ſimitu aliquî gaudeo.*

SIMPLICITVS, ſimpliciter. Plaut. Mercatore: *Sed eam ſimplicitus dicam ſi opera eſt auribus.*

SIMPLONES, conuiuæ. Sutrius Piſcatoriâ: *Summates viri ſimplones facti ſunt ganei.* Fulg.

SIMPLVDIAREA FVNERA, quibus adhibentur duntaxat ludij corbitoréſque. quidam ea eſſe dixerunt, quibus neutrum genus intereſſet ludiorum: nam *Indicta* ſunt, quibus adhibentur non ludi modò, ſed etiam deſultores, quæ ſunt ampliſſima. Feſt.

SIMPVLVM, vas paruum in ſacrificiis, quo aqua libabatur: Gloſſis κύαθος. Varro ait eſſe vas minutim fundens: in cuius locum ſucceſſit Epichyſis. Cic. de Aruſpicum reſponſ. *Aut ſi ædilis verbo, aut ſimpulo aberrauit, ludi non ſunt ritè facti.* Arnob. lib. 4. adu. gent. *Dicitur, contracta eſt commiſſio, ſi per imprudentiæ lapſum aut in verbo quiſpiam aut ſimpulo deerrauit.* Plin. lib. 35. cap. 12. *Sed fictilibus prolibatur ſimpulis innocentiùs.* Apul. Apologiâ: *Próque eo in hodiernum Diis immortalibus ſimpulo & catino fictili ſacrificat.* Hinc *ſimpulatrices*, rebus diuinis deditæ mulieres. Feſt.

SIMPVVIVM, calix ligneus. Varro, Eſt modus matulæ, ἢ μέθυς: *Non vides ipſos deos quando volunt guſtare vinum, deripere ad hominum fana, & tamen tum ipſi illi libero ſimpuuio inuitantur.* Non. Iuuenalis Satyr. 6.

——— *aut quis*
Simpuuium ridere Numæ.

SIMVLHIS, pro cum his. Nemeſianus in Cynegetico, de catulis:

Hos igitur genetrice ſimul iam vere ſereno
Molli paſce ſero.

Tacitus: *Laodiceni ſimul Magnetibus tranſmiſſi.* Idem: *Aceruatim ex eo Annius Pollio Appius Solanus Scauro Mamerco ſimul ac Caluiſio Sabino maieſtatis poſtulantur.* Liuius lib. 45. *Et Perſea quidem maiore ſimul filio tradito A. Poſthumio in carcerem miſit.* Horat. lib. 1. Sat. 10.

——— *ſimúlque*
Vos Bibule & Serui, ſimul his te candide Furni.

SIMVLATVS, pro ſimilis. Lucr. lib. 1.

——— *neque ſunt igni ſimulata, neque vlli*
Præterea reji, quæ corpora mittere poſſit Senſibus.

SIMVLTE, ſimiliter. Plaut. Pſeudolo: *Exoſſabo ego illum ſimulte itidem vt muræna coquus.*

SINAPIS, fœminino, pro ſinapi. Plaut. Pſeudolo: *Teritur ſinapis ſcelerata, cùm illis qui terunt priuſquam triuerunt oculi vt exſtillent facit.* Priſc. lib. 6. Chariſ. lib. 1. Colum. lib. 10.

Seque laceſſenti fletum factura ſinapis.

SINCINIA, cantio ſolitaria. Longobard. Feſti mutilator.

SINGVLARIVS, ſingularis. Turpil.

pil. Demetrio: *Homo vnicâ eſt natura & ſingularia.* Non. Plaut. Captiueis: *Iſtos captiuos duos, herè quos emi de præda de quæſtoribus his indito catenas ſingularias.*

SINGVLATIM, & SINGILLATIM, καθ' ἕκαστον. Cæcil. Hypobolymæo, ſeu Raſtraria: *Hos ſingulatim ſapere, vos minus arbitror.* Cœlius lib. 1. anna. *Primùm malo publico gratias ſingulatim nomina.* Lucil. Satyr. lib. 19.

Sic ſingillatim noſtrùm vnuſquiſque mouetur.

Plaut. Trinummo: *Vnumquodque ſingillatim ac placidè percontabere.* Lucr. lib. 4.

Nec ſingillatim poſſunt ſecreta videri.

Sueton. Nerone cap. 15. *Morem eum tenuit vt continuis actionibus omiſſis ſingillatim quæque per vices ageret.*

SINGVLVS, vnuſquiſque. Plaut. Ciſtellariâ: *At at, ſingulum video veſtigium.* Gell. lib. 18. cap. 13. *Quid dari concedique non oporteret niſi dixerat nummo ſingulo multabatur. Singulus numerus*, ſingularis. Gell. lib. 19. cap. 8. *De cælo & tritico, inquit ille, non inficias eo quin ſingulo ſemper numero dicenda ſint.* Gloſſæ: *Singulus*, ἕκαστος.

SINISTERITAS, infelicitas. Sid. lib. 1. epiſt. 5. *Quibus primordiis maiores noſtri etiam ſiniſteritatum ſuarum relationes euoluere auſpicabantur.* Idem lib. 3. epiſt. 11. *Etſi deſiderium noſtrum ſiniſteritas tanta comitatur, vt etiam nunc noſtris inuidearis obtutibus.*

SINISTERVM, vt *dexterum* antiqui dicebant. In formulâ inaugurationis templi: *Olla veter arbor, quiſquis eſt quam me ſentio dixiſſe templum tectumque eſto in ſiniſterum.* Varro lib. 6. Analog. Sic *Arbiterium*, pro arbitrium. Inſcriptio Romana. M. LARGIVS M. F. POMPTINVS ARBITERIO LARGIÆ FORTVNATÆ VXORIS.

SIPARIVM, genus mimici veli. Cic. de prouinc. Conſul. *Itaque ille alter, quibus cum iam in orcheſtrâ heluatur, antea poſt ſiparium ſolebat.* Iuuenalis Sat. 8.

Conſumptis opibus, vocem Damaſippe locaſti
Sipario, clamoſum ageres vt Phaſma Catulli.

Apul. lib. 2. de aſino aureo: *Oro te, inquam, aulæum tragicum dimoueto, & ſiparium ſcenicum complicato.* Idem lib. 10. *Aulæo ſubducto, & complicitis ſipariis ſcena diſponitur.*

SIPHO, vel SIMPO, (vnde diminut. *ſimpulum*) σίφων, vaſculum eſt cum tenui fiſtulâ, vel anguſto collo, ad pitiſſandum vinum. Dicitur & *meraria*, & *guſtatoria.* Hipponax de eo qui furtim vinum ex cado pitiſsârat, σίφωνι, inquit, λεπτῷ τὸ πίθημα τιτρήνας. Hinc verbum σιφωνίζειν, furtim guſtare vinum. Cic. lib. 2. de fin. *Quibus vinum defuſum è pleno ſit, hir, ſiphon*, vt ait Lucilius, *cui nihil demſit.* Seneca in quæſt. natural. *Solemus duabus manibus inter ſe iunctis aquam concipere, & compreſsâ vtrimque palmâ in modum ſiphonis exprimere.*

SIPHVNCVLI, tubi dicuntur & fiſtulæ, ſeu epiſtomia ex ære aut marmore aliáve materia, ex quibus aqua exilit è fonte. Perſonæ aliàs vocantur, Varroni lib. de R.R. *papillæ*

papillæ,& mammæ, Caſſiodoro *vbera*, vt & Græcis μαστοι. Plin. epiſt. ad Apollinarem: *Aqua expreſſa cubantium pondere ſiphunculis effluit, cauato lapide ſuſcipitur, gracili marmore continetur.* Ibidem: *Circum ſiphunculi plures miſcent iucundiſſimum murmur.*

SIREMPS, & SIREMPSE, q. ſimilis res ipſa. Cato in diſſuadendo legem,quæ poſtea relicta eſt.*Et præterea rogas vt quemquam aduersùs ea ſi populus condemnauerit, ſiremps lex ſiet.* Feſt. In XII. Tabulis: SIREMPS. QVE. EIS. VIATORIBVS. DE. QVE. EEIS. VIATORIBVS. OMNIVM. RERVM. IOVS. LEX QVE. ESTO D. Ibidem: EX. HAC. LEGE. VIATOR. LECTVS. ERIT. SIREMPSQVE. EEIS. PRÆCONIBVS. QVAESTORI. OMNIVM. RERVM. IOVS. LEX QVE. ESTOD. In alia lege: DE. EO. AGRO. SIREMPS. LEX. ESTŌ D. Charif. lib. 1. Plaut. Amphitruone: *Sirempſe lege iuſſit eſſe Iupiter.* Seneca epiſt. 92. *Vbi verò ad finem mortalium ventum eſt, diſcede,inquit, ambitio, omnium quæ terram premunt ſiremps lex eſto.*

SIRIS, pro ſiueris. Plaut. Epidico: *Caue ſiris cum filia mea copulari hanc.* Idem Bacchidibus: *Caue ſis te ſuperare ſeruum ſiris faciundo bene.* Ibidem: *Periit tibi ſodalis,ne dij ſirint.* Mercatore: *Quia ſodalem & æqualem liberum enicas: ne dij ſirint.* Pœnulo: *Meáſque vt gnatas & mei fratris filium reperire me ſiritis.* Trinummo: *Per deos atque homines edico,ne tu illum agrum tuum ſiris vnquam fieri.*

SIRPEA, vel SIRPICVLA, ſeu SIRPICVLVM, vehiculum dicitur ex crate: ſiue caniſtri genus, quòd virgis ſirpetur, ideſt, alligetur. Varro lib. 4. Analog. Lucil. Satyr. lib. 15.

Tintinnabulum abeſt hinc ſirpiculaque olerorum.

Varro lib.2.de R.R.cap.2.*Vt iugum continet ſirpiculos, ſic colles publicæ diſtantes paſtiones.* Plaut.Captiueis: *Eis ego ora verberabo ſirpiculis piſcariis.* Propert. lib. 4.

Paſtorem ad baculum poſſum curare, vel idem
Sirpiculis medio puluere ferre rosã.

Colum. lib.10. de cultu hort.

Et vos agreſtes,duro qui pollice molles
Demetitis flores,cano iã vimine textũ
Sirpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis.

SIS, pro ſuis. Næuius bello Punico: *Sis Pœni contremiſcunt artubus, magni metus tumultus pectora poſſidet.* Calpurn. Piſo lib. 1. Ennius lib. 3. annal.

Poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancu' reliquit
Tarquinio dedit imperium, ſimul & ſola regni. Feſt.

SIS, ſi vis. Plaut. Aſinariâ: *Sis amanti ſubuenire familiari filio, tantum adeſt boni impromiſo.* Idem Caſinâ: *Tace ſis ſtulta, & mihi auſculta; noli ſis tu illi aduorſari.* Idem Persâ: *Accipe ſis argentum impudens, tene ſis argentum.*

SISPITEM, & SOSPITEM, Iunonem appellabant Lanuuini quaſi ſeruatricem, eiúſque ſimulacrum caprinâ pelle velatum quotannis colebant. Cic. lib. 1. de Diuinatione: *Noſtrâ memoriâ templum Iunonis Siſpitæ L. Iulius qui cum P. Rutilio*

lio consul fuit, de senatus sententiâ refecit. Idem orat. pro Murænâ: *Nolite à sacris patriis Iunoni Sospitæ suum consulem potissimum auellere.* Diuersa autem hæc est ab Iunone Hospita; cuius meminit Martianus Capella lib. 1. Philolog. Iunonis verò Hospitæ genius accitus ex nona. Vt enim Iupiter cognominatus fuit hospitalis, sic Iuno Hospita dicta: & Hospita Minerua, quæ in promontorio iuxta Surrētum templum habuit ab Vlysse conditum, vt author est Strabo. Statius lib. 3. Siluarum.

Qua pater æthereus mensisque accita Deorum
Turba, & excelso veniat soror Hospita templo.

SITICINES appellat Capito in Coniectaneis, qui apud *sitos* cænere solebant: Siti autem, inquit Cicero lib. 2. de legibus, dicuntur ij qui conditi sunt, nec tamen eorum ante sepulcrum est, quàm iusta facta & corpus incensum. Cato oratione quæ inscribitur, Ne imperium sit veteri vbi nouus aduenerit: *Siticines, liticines, & tibicines.* Gell. lib. 20. cap. 2. Ennius de Africano:

Hic est ille situs cui nemo ciuî neque hostis
Quiuit pro factis reddere operæ pretium.

Senec. lib. 19. epist. 109.

SITVLA, hydria. Plaut. Amphitruone: *Si situlam cepero, nunquam ædepol tu mihi diuini quicquam creduis post hunc diem, ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero.* Idem Casinâ: *Situlam huc tecum adferto cum aquâ & sortes.*

SO

SOCIENVS, socius. Plaut. Amphitr. *Nam Amphitruonis socienum me esse volui dicere.* Idem Aulularia: *Ibo intro, atque illi socieno tuo iam interstringam gulam.* Idem Casinâ: *Sed eccum egreditur cum coronâ & lampade meus socienus, commaritus, compar, villicus.*

SOCIOFRAVDVS, qui socios defraudat. Plaut. Pseudolo: *Bustirape, furcifer, sociofraude, parricida.*

SOCRVS HIC, pro socer. Næuius Pellico: *Desine socrui tuo, fratri, patri meo.* Non.

SODES, q. si audes. Cic. de Oratore: *Libenter etiam verba copulando iungebant, vt sodes, pro si audes, sis, pro siuis.* Terent. Andriâ: *Dic sodes quis heri chrysidem habuit?* Plaut. Menæchmis: *Da sodes abs te, pòst ego reddidero tibi.*

SOL dictus quòd solus sit. Isid. vnde & Assyriis ADAD nominatur, id est, solus & vnus. Isque idem fuit cùm Apolline, Pæane, Ieio, Lybistino, Loxio, Phœbo, Phanætâ, Patroo, Nomio, Chrysocomo, Argyrotoxo, Smyntheo, Carmæo, Tymbræo, Philesio, Libero, Marte, Mercurio, Æsculapio, Osiri, Salute, Hercule, Iside, Serapi, Adoni, Attine, Horo, Nemesi, Pane, Saturno, Ioue: denique omnes Deos ad solem referri posse probat Macrob. lib. 1. Saturnal. à cap. 17. ad 24.

SOL ADVLTVS, pro meridiano. Arbiter:

——non Solis adulti
Mansuescit radiis, non verni temporis aura.

Et

Et Senec. ex emendatione Zinzerlingi :

——— *vicítque faces*
Solis adulti (ſic n. legendum, non *aduſti*) *glaciale iubar.*

Pari modo *diem, hiemem, æſtatem*, &c. *adultam*, legere eſt.

SOLATVM, genus morbi quo laborantes *ſolati* appellantur. Plin. lib. 29. cap. 6. *Item lacertæ hirundiniſve cerebrum, quæ etiam tritæ coctæque fronti illitæ epiphoras ſedant, ſiue per ſe, ſiue cum polline, ſiue cum thure, ſic & ſolatis proſunt.*

SOLEA, materia robuſta, ſuper quam paries cratitius extruitur. Ex Verrio Feſtus. Eſt & torculum quo ex oliuis exprimitur oleum. Colum. lib. 12. cap. 50. *Oleo autem conficiendo molæ vtiliores ſunt quàm trapeti, canalis & ſolea.*

SOLEMNISSIMVS, maximè ſolemnis. Apul. lib. 11. *Summus ſacerdos tæda lucidâ & ouo, & ſulphure, ſolemniſſimas preces de caſto præfatus ore.*

SOLEMNITVS, ſolemniter. Liuius Ægyſtho: *Sollemnitúſque adeò Ditem laudat lubens.* Non.

SOLENS FACIO, id eſt, meo more. Plaut. Amphitruone: *Si dixero mendacium, ſolens meo more facio.* Idem: *Mala fœmina es, ſolens ſum; ſic eſt diſciplina.* Idem Epidico: *Ego abſceſſi ſolens paulum ab illis.*

SOLINO, pro ſoleo. Feſt. Sic *redino, prodino, nequino*; pro redeo, prodeo, nequeo, dicebant.

SOLIPVNGA, vel ſalpuga, beſtiola malefica, quæ feruente ſole acriùs pungit. Plin. lib. 19. cap. 4. *Eſt & formicarum genus venenatum, non ferè in Italia, ſolipungas Cicero appellat, ſalpugas Batica.* Idem lib. 8. cap. 19. *Latè deſerta regio eſt, à ſcorpionibus & ſalpugis gente ſublata.* Lucan. lib. 9.

Quis calcare tuas metuat ſalpuga latebras?

Gloſſarium: *Solipuga, ἡλιόκνητος, μύιας εἶδος.*

SOLITAS, pro ſolitudo. Accius Euryſace: *Tuam ſolitatem memoras, formidas tibi.* Non. Apul. lib. 9. *Opportunè nactus Myrmecis ſolitatem ei amorem ſuum aperit.* Idem Apologiâ: *Rem familiarem, largam & vberem populo donauit, multis ſeruis à ſe dimotis, ſolitatem delegit.* Symm. lib. 1. epiſt. 4. *Oppidò cauimus ne ſobriam ſolitudinem noſtram ſolitas plebeia fuſcaret.* Sic *viciſſitas, ſqualitas, dulcitas, ponderitas, familitas, magnitas.* Idem Accius: *Luculentitas, pulcritas, opulentitas, indulcitas,* Cæcilius: *Differitas, maximitas,* Lucretius: *Fauſtitas,* Horatius: *optumitas,* Plautus: *infortunitas,* Gellius: *ſceleritas,* Martianus I. C. *Malitas* etiam Vlpianus lib. 2. ad edictum: *Metum accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem, ſed maioris malitatis.*

SOLITAVRILIA, ſacrum Romanis erat, quo immolabant tres diuerſi generis hoſtias, taurum nempe, arietem & verrem: idque menſe fiebat Februario, quo tempore vrbem luſtrabant, Februóque, qui luſtrationi præeſt, in primis litabant. mox cenſor in magna ordinum frequentia Deos imperij præſides ſolenni precatione aduocabat, vt rem Romanam, vrbes, templa, fines, aquas perpetuùm ſeruarent incolumes, dubiiſque conatibus adeſſent, & proſperos ſucceſſus largirentur, malaque auer-

runcarent. Vota in ſequens luſtrum promittebant, circúmque vrbis pomœria ſereno cælo Pontifices, flamines, augures, ſacrificuli, vates, veſtales, virgines, ſacerdotes, galli, ſeptemuiri epulonum, quindecim viri & Salij ſequentibus patribus, & omni plebe Sabino riſu & ſolemnibus precibus procedebant. De hoc ſacro vide Catonem de R. R. cap. 141. Reſpexit huc Virgilius, cùm ait:

——— *cædit quinas de more bidentes,*
Tótque ſues, totidem nigrantes terga iuuencos.

Gloſſarium: *Solituurilia, θυσία ἐξ ὑὸς, κριοῦ καὶ ταύρου.*

SOLIVM, dixerunt vas in balneis vſurpatum. Suet. Auguſto Cæſare: *Aut quoties neruorum cauſa marinis albuliſque calidis vtendum eſſet, contentus hoc erat, vt inſidens ligneo ſolio, quod ipſe Hiſpanico verbo Duretam vocabat, manus ac pedes alternis iactaret.* Plin. lib. 26. cap. 1. *Quippe in balneis ſolia temperabantur humano ſanguine.* Lucr. lib. 6.

Denique ſi calidis etiam cunctere lauacris,
Plenior & fueris ſolio in feruentis aquaï.

Martialis: *Non vis in ſolio prius lauare.* Hinc *Soliaris* cella ad conſeruanda ſolia. Spartianus in Caracallâ: *Reliquit thermas nominis ſui eximias, quarum cellam ſoliarem architecti negant poſſe vlla imitatione, qua facta eſt, fieri.*

SOLICITVS, magis ſollicitè. Apul. Apologiâ: *Namque peccatum ſemel vt bonus quiſque poſtea ſolicitiùs cauet, ita qui ingenio malo eſt confidentiùs integrat.* Plin. epiſt. lib. 1. *Nam ſolicitiùs cuſtodiendus eſt honor, in quo etiam beneficium amici tuendum.* Idem epiſt. 4. *Quòd ſolicitius & intentius tui me quàm mei excipiunt.* Epitome Sexti Aurelij in Theodoſio: *Annonæ curam ſolicitiùs attendere.*

SOLLA, ſedilia in quibus ſinguli tantùm ſedere poſſunt, ideóque ſolia ſternere dicuntur, qui ſolliſternium habent: & *ſolaria* vocantur Babylonica quibus eadem ſternuntur. Feſt.

SOLLE, Oſcis dicitur, quod nobis totum: vnde *ſollicuria* vocata in omni re curiosâ: *ſolliferreum*, genus teli, quaſi totum ferreum: *ſollers* in omni arte prudens: *ſollemne* quod omnibus annis præſtari debet. Lucilius Satyris:

Vaſa quoque omnino redimit, non ſolle dupondi.

SOLLISTIMVM, & ſoniuium, Appius Pulcer in auguralibus libris tripudium ait eſſe, ſi pullo excideret puls, quadrupedíve aliquid ex ore, aut ſi arbor ſponte radicibus caderet, aut terra tremeret. Plin. de iuglandibus: *Quæ cauſa eas nuptias fecit religioſas, tot modis fœtu munito, quod eſt veriſimilius, quàm quòd cadendo tripudium ſoniuium faciat.* Cic. ad Cæcinnam: *Neque ex tripudiis ſoliſtimis, aut ſoniuiis tibi auguror.*

SOLOX, dicitur craſſum. Titin. Barathro: *Ego ab lanâ ſoloci ad purpuram data.* Et pecus densâ contectum lanâ *ſolox* vocatur. Lucilius Satyris:

Paſſali pecori, montano, hirto atque ſoloce. Feſt.

Symm. lib. 1. epiſt. 1. *Quare elaboratam filo ſoloce accipe cantilenam.* Tertull. de Pallio: *Endromidis ſolocem*

cem aliqua multitia ſyntheſi exſtruxit. Gloſſarium : *Solox, ἱερὸν πρὸ πυλῶν.*

SOLVI, pro ſolitus. Cœlius annal. lib. 7. *Duos & ſeptuaginta lictores, demum ante deportauiſſe facis, quàm ductoribus hoſtium ſoluerint ferri.* Non. Saluſt. lib. 2. *Neque ſubſidiis vti ſoluerat compoſitis.*

SOLVM, pro ſolio. Ennius lib. 3. annal.

Poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancu' reliquit
Tarquinio dedit imperium ſimul & ſola regni. Idem lib. 1.
Auſpicio regni ſtabilita ſcamna ſolumque. Cic. lib. 1. de diuinat.

SOLVM, pro ſolea, ſeu calcaneo pedis infimo. Lucr. lib. 1. & lib. 4.

Auia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita ſolo.

Martialis:

Et mordere luto putre vetúſque ſolum.

Plaut. Bacchidib. *Qui ſoccis habeat auro ſuppactum ſolum.* Idem Curculione: *Et latores omnes & factores ſubdam ſub ſolum.* Idem Trinummo: *Quorum vnus ſurripuit currenti curſori ſolum.*

SOMNORINVM, quidquid in ſomnis videtur. Varro Prometheo lib. 1.

Leuiſomna mens, ſomnorinas imagines
Affatur: non vmbrantur ſomno pupulæ. Non.

SONAX concha dicitur id concharum genus, quod ad buccinam memoratur recuruari, vt docet Plin. De his conchis Ouidius:

——— caua buccina ſumitur illi
Tortilis in latum quæ turbine creſcit ab imo.

Apul. lib. 2. Meta morph. *Hic conchâ ſonaci leuiter buccinat: ille ſerico tegmine flagrantiæ ſolis obſiſtit inimici.*

SONIT, ſonere, pro ſonat, ſonare. Accius Phœniſſis:

Ac vbi curuo littore latratu
Vnda ſub vndis, labunda ſonit.

Pacuu. Duloreſte: *Hymenæum fremunt ſodales, aura reſonit ſtrepitu muſico.* Varro epigr. ad Neptunum:

Te Neptune pater cui flumina cana ſonanti
Cincta ſalo reſonunt: magnus cui præpete nimbo
Perfluit Oceanus, & flumina crinibus errant.

Accius Neoptolemo:

Atque adeò valuas ſonere ſenſi regias. Idem Atreo:

Sed quid tonitru turbida toruo
Concuſſa repentè æquora cæli
Senſimu' ſonere?

Idem Æneadis, ſeu Decio:

Cl amore & ſtrepitu templum reſonit cælitum.

Ennius Hectoris lytris: *Æs ſonit, franguntur haſtæ, terra ſudat ſanguine.* Idem Andromache, & Hermaphrodito: *Nam neque irati, neque blandi quidquam ſincerè ſonunt.* Ennius lib. 11. annal.

Tum clupei reſonunt, & ferri ſtridet acumen. Priſc. lib. 8.

Lucr. lib. 3.

Caligare oculos, ſonere aures, ſuccidere artus.

Idem eodem libro:

Scire licet non ſincerum ſonere, atque ſubeſſe
Cæcum aliquem cordi ſtimulum.

SONITI, pro ſonitus. Pacuu. Duloreſte: *Quidnã autem hoc ſoniti eſt, quòd*

ſtridunt fores? Cæcilius Calcis: *Nam quid fores facere ſoniti audio?*

SONOR, ſonitus. Serenus:

Vel rabidus clamor fracto cum fortè ſonore
Planum radit iter. Lucr. lib. 1.
——— *& lepido quæ ſunt fucata ſonore.* Idem lib. 4.
Obſignans formam verbis, clarúmque ſonorem. Et lib. 5.
— *Organici melicos peperere ſonores.* Idem lib. 6.
Sollicitæ porrò plenæque ſonoribus aures. Virg. lib. 7.
——— *magno veluti cum flamma ſonore*
Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aëni. Idem lib. 9.
Et crines albos, & ſæua ſonoribus arma.

Apul. lib. 11. *Traiectæ mediæ paucæ virgulæ, criſpante brachio tergeminos iactus, reddebant argutum ſonorem.* Idem de dogm. Plat. *Auditionem verò aëreæ naturæ participem aëriis nunciis percipere ſonores.* Et in Florid. *Mitto dicere multorum animalium immediatos ſonores.*

SONTICVM, iuſtum. Næuius: *Sonticam oportet eſſe cauſam quamobrem perdas mulierem.* Feſt. Gloſſæ: *Sonticus, ἀληθὴς. Sonticus morbus, ἱερὰ νόσος.*

SONV, pro ſonitu. Siſenna hiſtor. lib. 3. *Poſtquam in ſonu ſignorum prælium magno cum clamore virorum commiſſum eſt.* Sic Varro lib. 1. de R. R. *Si non diffiderem meo inſititio ſonu.*

SORDIDARE, maculare, polluere. Sid. lib. 2. epiſt. 9. *Niſi epiſtolæ tergum madidis ſordidare calamis erubeſcerem. Sordati* etiam Cicerони dicuntur qui Plutarcho, *οἱ φαιὸν ἱμάτιον συμπεριβαλλόμενοι, καὶ οἱ ἐσθῆτα μεταλλάξαντες, καὶ κόμης ἀναπλέω, καὶ ἱκετεύοντες τὸν δῆμον.*

SORDITVDO, ſordes. Plaut. Pœnulo: *Vt mihi abſterſerunt omnem ſorditudinem.*

SORORIARE dicuntur puellarum mammæ, cùm primùm tumeſcunt, ſicut *fraterculare* puellorum. Plaut. Friuolariâ: *Tunc papillæ primulum ſororiabant: illud volui dicere, fraterculabant.* Feſt. Plin. lib. 30. *Piſcinæ maris mammas ſororiantes, præcordia, maciémque corporis corrigunt.*

SORRACVM dicitur, quo inſtrumenta portãtur ſcenicorum. Plaut. Persâ: *Librorum occillum plenum habeo ſoracum, Dabuntur dotis tibi inde ſexcenti logi.*

SORTIO, pro ſortior. Varro rerum humanar. lib. 20. *Cùm venerint cenſores inter ſe ſortiant.* Ennius Creſphonte: *An inter ſe ſortiunt vrbem atque agros.* Plaut. Caſinâ: *Ne à me memores malitiosè hoc factum, aut ſuſpices, tibi permitto, tute ſorti.* Ibidem: *Age vxor mea, nunc iam ſorti.*

SOS, pro eos. Ennius lib. 1. annalium:

Conſtitit inde loci propter ſos dia Dearum. Idem lib. 3.
Circum ſos quæ ſunt magnæ gentes opulentæ. Idem lib. 7.
Dum cenſent terrere minis, hortantur ei ſos. Idem lib. 11.
Contendunt Graios, Græcos memorare ſolent ſos. Feſt.

SOS, pro ſuos. Enn. lib. 7. annal. *Pœni ſunt ſoliti ſos ſacrificare puellos Diuis.* Idem.

SOSPI

SOSPITARE, ſeruare ſoſpitem, bonâ ſpe afficere. Ennius Menelippo:

Regnúmque noſtrum ſoſpitent ſuperſtiténtque. Pacuu. Medo:

Populúmque fauſtum ſempiternè ſoſpitent. Lucilius lib. 28.

Soſpitat, impertit ſalutem plurimam & pleniſſimam.

Liu. lib. 1. *Pacem precibus expoſcunt, vti volens propitius tuam ſemper ſoſpitet progeniem.*

SP

SPARA, minimi generis iacula, à ſpargendo dicta. Lucilius Satyris:

Tum ſpara, tum rumices portantur tragula porrò. Feſt.

SPARVS, telum agreſte: εἶδος ἀκοντίου. Gl. Saluſt. bello Catilinæ: *Cæteri vt quoſque caſus armauerat, ſparos, aut lanceas, alij præacutas ſudes portabant.* Varro Meleagris:

Aut ille ceruum qui volatilem currens
Sparo ſequutus, traguláve traiecit.

Siſenna hiſtor. lib. 3. *Sparis ac lanceis eminus peterent hoſtes.* Virg. lib. 11. Æneid.

Agreſtiſque manus armat ſparus.

Eſt etiã *Sparus* piſcis quem Gallia Narbonenſis *Sparallon*, Roma *Carlino*, vocant. Ouidius:

Et ſuper auratâ ſparulus ceruice refulgens.

Martialis lib. 5. epigr. 106.

Res tibi cùm Rhombo eſt, at mihi cum ſparulo.

SPATIATOREM, pro erratore dixit Cato in M. Cælium: *In coloniam*, inquit, *meherculè ſcribere nolim, ſi triumuir ſim ſpatiatorem atque feſcenninum.* Feſt. Macr. lib. 3. Saturnal. cap. 14. *Sic nimirum M. Cato ſenatorem non ignobilem Cælium ſpatiatorem & Feſcenninum vocat, eúmque ſtaticulos dare his verbis ait: Deſcendit de canterio, inde ſtaticulos dare, ridicularia ſumere.*

SPATIOSITAS, ſpatium. Sid. lib. 2. epiſt. 2. *Ipſa verò continentibus menſuris exactiſſimâ ſpatioſitate quadratur.*

SPATVLÆ, metæ, ſeu termini in acumen ſubiecti. Front. de cond. agr. *In campis verò terminos quadratos Tyburtinos ſpatulas curſorias.* Idem: *Termini verò rotundi & ſpatulæ curſoriæ conſtitutæ.*

SPEBVS. Sid. lib. 1. epiſt. 9. *Cùm hoc confero qui nam potiſſimum procerum ſpebus valerent opitulari noſtris.*

SPECA, pro ſpecus. Cato: *Speca appoſita, quo aqua deuia abiret.* Priſc. lib. 6. Accius Alcmæone: *Quòd dij interdiu inferum penitus depreſſum altis clauſere ſpecis.* Non.

SPECIARIVS, ſpecialis, ἰδικὸς peculiaris. Cæſar belli ciuilis lib. 3. *Et ſpeciariis militaribúſque donis ampliſſimè donauit.*

SPECII, pro ſpeciei. Matius Iliados lib. 13.

An maneat ſpecij ſimulacrum in morte ſilentum.

Gell. lib. 9. cap. 14.

SPECIO, video. Plautus Milite: *Flagitium eſt ſi nihil mittetur, quo ſupercilio ſpecit?* Idẽ Bacchid. *Nunc Mneſiloche ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur, ſiſne nec ne vt eſſe oportet.* Idem Caſinâ: *Nunc amici an inimici ſis imago Alceſime, mihi ſciam, nunc ſpecimen ſpecitur.* Ennius annal. lib. 16.

Quos vbi rex paullos ſpexit de contibu' celſis. Feſt.

Varro Pappo, aut Indigitamentis: *Naſturtium nonne vides dictum quòd naſum torqueat, veſtiſpicũ quòd veſtẽ ſpeciat?* Non. Næuius bello Punico primo: *At poſtquam auim de templo Anchiſa ſpexit, ſacro ordine in mensâ penatium deorum ponuntur, victimam auream immolabant.* Probus ad Eclogam Virg. 6.

SPECTV, adſpectu. Pacuu. Doloreſte: *Amplus, rubicundo ore, ſpectu proteruo, ferox.* Non.

SPECVLA, parua ſpes. Cic. epiſt. ad M. Cælium: *Et eo magis, quòd in communibus miſeriis hac tamen oblectabar ſpecula.* Plaut. Caſinâ: *Si non impetrabit, etiam ſpecula in ſorti reſtat mihi.* Idem Persâ: *Ecquid quod mandaui tibi, eſt mihi in te ſpeculæ?* Et Rudente: *Neq; vlla ſpecula eſt quæ ſalutem adferat.* Varro Endimionibus:

Sed nos ſimulac ſummam in ſpeculam peruenimus, [*tribus*
Videmus populum Furiis inſtinctum
Diuerſim ferri exterritum formidine.

SPECVS, hæc. Ennius lib. 17. ann.

Concaua ſub monti latè ſpecus intu' patebat.

Pacuu. Chryſe: *Eſt ibi ſub eo ſaxo penitus ſtrata harenâ ingens ſpecus.* Idem Nuptiis: *Aduenio in ſcrupoloſam ſpecum.* Accius Nyptris: *Inde aduenio ad montem Oetã, ſcrupoſam ſpecum.* Non. Priſc. lib. 6. Maſculinè vſus Horatius lib. 4. carm.

Quò mè Bacche tui rapis
Plenum? quæ nemora, aut quos agor in ſpecus?

Ouid. lib. 3. Metamorph.

Eſt ſpecus in medio ſiluis & vimine denſus.

SPEPONDI, pro ſpopondi, ſicut *memordi, cecurri, pepegi, pepoſci,* dixiſſe antiquos annotauit Probus ex Valerio Antiate, qui libro hiſtoriarum 12. *Tiberius*, inquit, *Gracchus, qui cum Mancino quæſtor in Hiſpaniâ fuerat, & cæteri qui pacem ſpeponderant.* Gell. lib. 7. cap. 9.

SPERABILE, quod ſperari poteſt. Plaut. Captiueis: *Hic ille eſt dies, cùm nulla vitæ meæ ſalus ſperabilis eſt.*

SPERARE, pro metuere. Suidas refert Atticos τὰ ἐλπίδα pro cuiuſuis euentus, etiam ſiniſtri expectatione, vſurpaſſe. Virg. lib. 4. Æneid.

——— *ſi potui tantum ſperare dolorem.*

Sperare damnum legitur l. 45. qui bona, in fi. de dam. inf. *Sperare controuerſiam hæreditatis*, l. 3. §. ſi legatarius. ff. ſi cui plus, qu. per l. Falc. *Sperare dominium à nobis abire*, l. 60. non ideo. de rei vind. *Sperare Barbaricum incurſum*, l. 25. cùm per Illyrici. de petit. & vlt. dat. & delat. Cod. Theodoſ. Lampr. in Alexan. *Ille metu perterritus, & ſperans non poſſe euadere.* Ammian. lib. 14. *Antiochenſi plebi ſuppliciter obſecranti, vt Indiæ diſpelleret metum, quæ per multas difficileſque cauſſas affore ſperabatur.* Soph. in Trach. de Deian.

——— ——— κακὰν
Δύσαυον ἐλπίζουσαν αἶσαν:
Sperantem fatum malum & infelix.

Spes etiam vocabulum κοινόν.

SPERATVS, ſponſus; ſperata, ſponſa. Gloſſ. *Speratus*, ἀγαπητός. Afranius Fratriis:

——— *curre, nuncia*

Venire

Venire me, & mecum ſperatum adducere.

Vide vt puellam curent, conforment iube. Idem eadem:

Speratam non audi tuam.

Plaut. Aſtrabâ: *Sequere, ſequere, Polybadiſce, meam ſpem cupio conſequi.* Polyb. *Sequor hercle verò: nam libenter, mea ſperata, conſequor.* Non. Idem Plaut. Pœnulo: *Sperata ſalue, & tu altera.* Poſuit & pro ea quæ iam denupta eſt Plautus Amphitruone: *Amphitruo vxorem ſalutat lætus ſperatam ſuam, quam omnium Thebis vir vnam eſſe optimam diy diiudicant.*

SPERES, ſpes in num. multit. Varro ὄνῳ λύρας: *Si quis melodis naniis ὄνῳ λύρας, Præſapibus ſe retineat forenſibus, Quibus ſuam delectet ipſe amaſiam, & auiditatem ſperibus lactet ſuis.* Ennius annal. lib. 2.

Et ſimul effugit ſperes ita funditu' noſtras. Idem lib. 16.

Spero, ſi ſperes quicquam prodeſſe potiſſunt. Feſt.

SPERNAX, ὀλίγαρῳ, facilè ſpernens. Sid. lib. 4. epiſt. 9. *Erga familiam ſuam nec in admittendo conſilio ſpernax, nec in inueſtigando reatu perſequax.*

SPETILE, pars quædam carnoſa infra vmbilicum ſuis. Græci ὑπερον vocant. Plautus Carbonariâ: *Pernam, ſumen, ſueres, ſpetile, callum, glandia.* Idem.

SPEXIS, ſpexeris. Plaut. Aululariâ: *Aut ſi reſpexis donicum, ego te iuſſero, continùo hercle ego te dedam diſcipulam crucis.*

SPICVM hoc, pro ſpica. Varro lege Mæniâ: *Neque in bonâ ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in mala non aliquod bonum.* Non. Cic. Arato: *Spicum inſigne ferens illuſtri corpore virgo.*

SPICVS, maſculinè pro ſpica. Verſus antiquus apud Feſtum: *Quaſi meſſor per herbam vnumquemque ſpicum colligit.* Cic. de Senect. *Culmóque erecta geniculato vaginis iam quaſi pubeſcens includitur, ex quibus cùm fundit fruges ſpici ordine ſtructas.*

SPINTHER, armillum quo in brachio ſummo ſiniſtro vtebantur mulieres. Plaut. Menæchmis: *Iubeáſque nouum ſpinter reconcinnarier.*

SPINTYRNIX, auis turpis figuræ, Græcè, ἀσπάλαξ. Fortean ea hæc ipſa eſt, quam Ariſtoteles πυραλίδα vocat, Gaza *ignariam* interpretatur. Plin. lib. 10. cap. 13. *Incendiariam auem, alij ſpintyrnicem vocãt: ſed hæc ipſa quæ eſſet inter nues qui ſe ſcire diceret non inueni.* Tralatè pro fœdo deformíque homine ſumitur. Poëtæ apud Feſtum: *Occurſatrix artificum, perdita ſpintyrnix.* Plaut. Milite: *Pithecium hæc eſt præ illa & ſpintyrnicium.*

SPIRA, funis nauticus in orbem conuolutus. Pacuuius: *Quid ceſſatis, ô ſocij, eiicere ſpiras ſparteas?* Feſt. Eſt & opus piſtorium, ſeu panis genus. Cato: *Spiras ſic facito, quantum voles pro ratione, ita vti placenta ſit, eadem omnia facito.* Pro multitudine hominum non rarò ponitur. Ennius Annal.

——— *ſpiras legionibu' nexunt.* Feſt.

SPIRAMEN, ſpiritus. Statius Thebaid. lib. 2.

——— *reficit ſpiramine foſſi Ignis.* Lucan. lib. 2.

Hic aures, alius ſpiramina naris aduncæ.

SPI

SPIRILLVM, barbam capræ vocari ait Opilius Aurelius. Feſt.

SPISSESCERE, concreſcere, cogi: dictum vt *forteſcere*. Lucr. lib. 6.

Ventus vbi inuaſit nubem, & verſatus ibidem
Fecit, vt ante cauam docui ſpiſſeſcere nubem.

SPISSVM, denſum. Virg. Georg. lib. 2.

——ſin in ſua poſſe negabunt
Ire loca, & ſcrobibus ſuperabit terra repletis Spiſſus ager.

Cic. lib. 2. de Oratore: *Et principia tarda ſunt, exitus tamen ſpiſſi & producti eſſe debent.*

SPISSVM, tardum. Gloſſ. βαχὺ καὶ συνηὸν. Turpil. Canephoro: *Ita eſt: verùm haud facilè eſt venire illò, vbi eſt ſapientia; ſpiſſum iter eſt, adipiſci haud poſſis, niſi cùm magnâ miſeriâ.* Varro Myſteriis: *Naſcimur enim ſpiſſius quàm emorimur: vix duo homines decem menſibus edolatum reddunt vnum puerum, contrà vna peſtilentia, aut hoſtica acies puncto temporis immanes aceruos facit.* Idem ἁπλῶς, καὶ φιλοσοφίας: *Et ne erraremus ἐκτροπὰς eſſe multas, omnino tutum eſſe, ſed ſpiſſum iter.* Cæcil. Dardano: *Nihil ego ſpei credo, omnes res ſpiſſas facit.* Pacuu. Hermonia: *Habet hoc ſenectus in ſe, cùm pigra eſt ipſa vt ſpiſsè omnia videantur confieri.* Afranius Incendio: *Itaque ſpiſſum videtur fieri, non poſſum domi meæ virum expectare quem mihi ſtudeo iamdudum dari.* Næuius Gymnaſtico: *At enim tu nimis ſpiſsè incedis.* Plautus Pœnulo: *Eheu quàm ego habui hariolos haruſpices, qui ſi quid boni promittunt, pro ſpiſſo cuenit: id quòd mali promittunt, præſentaneum eſt.* Idem Ciſtellariâ: *Spiſſum id amanti eſt verbum veniet, niſi venit.*

SPISSIGRADISSIMVS, tardigradiſſimus. Plaut. Pœnulo: *Sicut ego adduco homines ſpiſſigradiſſimos, tardiores quàm ſunt corbitæ in medio mari.*

SPLENDIDARE, polire, vt ſplendeat. Apul. Apologiâ: *Dentes ſplendidas; ignoſce mundiciis: ſpecula inſpicis; debet Philoſophus: verſus facis; licet fieri.*

SPOLIARIA, ἀποδυτήρια, cellulæ in Lauatrinis exteriores, vbi exuebantur, ſeſeque veſtibus ſpoliabant loturi; hinc à causâ ſimili in ludis, vbi gladiatorum veſtes deponebantur; item locus vulneratorum cæſorúmque receptor, *ſpoliarium*, ſeu *ſpoliar* vocatus. Seneca epiſt. 94. *Numquid aliquem tam eſſe cupidum vitæ putas vt iugulari in ſpoliario quàm in arenâ malit.* Plinius: *Nunc templum, nunc verè Deus, non ſpoliarium ciuium, cruentarúmque prædarum ſcæuum receptaculum.* Caſſius Seuerus: *Volo mehercule noſſe illum ſpecum tuum, illam humanarum calamitatum officinam, illud infantium ſpoliarium.* Tertullianus: *Cæterùm à ſæculo coronantur & lupanaria, & latrinæ, & piſtrinæ, & carcer, & ludus, & ipſa amphitheatra, & ipſa ſpoliaria, ipſaque Libitinæ.*

SPOLIOR, pro ſpolio. Afran. Crimine: *Quos impunè depopulatur, & deſpoliatur dedecus.* Quadrig. Annalibus: *Atque agrum Campanum, quod his per multam licebat, exſpoliabantur.* Non.

SPONDEVM, vocatur calix & poculum

culum libatorium ac ſacrificale: vnde *ſpondeum* pedem Numa Pompilius Pontificium nominauit, cùm ſpondeo cantu patrios placaret indigetes. *Spondalia* item *carmina*, thure incenſis altaribus tibicen canere iubebatur, (qui & ob id *ſpondialis*) vt duabus longis melodiis quaſi duplicibus & iugibus vocibus proſpera deorum voluntas firmaretur. Mar. Victorinus. Iſid. lib. 1. cap. 16. Cic. lib. 2. de Oratore: *Tamen in hoc genere ſæpe ipſe vidi cùm ex perſonâ mihi ardere oculi hominis hiſtrionis viderentur, ſpondialia illa dicentis.* Apul. lib. 11. *Supplicamentis ſollemnibus de penetrali fonte petitum ſpondeum libat.*

SPONSALITIVS, ſponſalis. Sid. lib. 7. epiſt. 2. *Et tunc demum de mancipiorum ſponſalitiæ donationis paucitate mœrere.*

SPONSIS, & VOLERIS, ſponderis, & volueris, ait ſignificare Meſſala augur, in precatione augurali, vbi dicitur: *Sponſis bene, beneque voleris.* Feſt.

SPONTALIS, ſpontaneus. Apul. lib. 11. *Et lege perpetuâ præſcriptis illis decem diebus, ſpontali ſobrietate multiplicatis.*

SPONTALITER, ſpontè. Sidon. lib. 8. epiſt. 9. *Pareo tamen; idque non modò non coactus, verùm etiam ſpontaliter facio.*

SPVRCIDICVS, obſcœnus in verbis. Placit. Prologo Captiuorum: *Non pertractatè facta eſt, neque item vt cæteræ, non ſpurcidici inſunt verſus immemorabiles.*

SPVRCVM VINVM, quod ſacrificiis adhiberi non licet (vt ait Antiſtius Labeo lib. 10. comm. Iuris Pontificij.) cui aquâ admiſta eſt, defrutúmve: aut quod igne tactum eſt, aut muſtum antequam feruefcat. Feſt.

SPVRCVS, ſæuus, ſanguinarius. Afran. Diuortio: *Commemorabo, oſtendam illius facta ſpurca improbi.* Lucil. Satyrarum lib. 4.

Eſſeminú' fuit Flaccorum munere quidam
Samnis ſpurcus homo, vita illa dignú', locóque. Non.

S Q

SQVALES, ſquallor. Pacuu. Teucro: *Quæ deſiderio alumnum pœnitudine, ſquale ſcapréque inculta vaſtitudine periret.* Idem.

SQVALLITAS, & ſquallitudo, pro ſquallore. Accius Telepho: *Nam etſi aperta ſquallitate eſt luctúque horrificabili.* Lucilius: *Squallitate ſummâ, ſcabie ſummâ, in re ſummâ obrutus.* Accius Euryface: *Proh dij immortales ſpeciem humanam, inuſitatam, egregiam, indignam clade & ſquallitudine.* Varro Manio: *Ager delinqueretur ac periret ſcabie atque illuuie, & vaſtitudine.* Idem.

SQVALVS, ſqualidus. Ennius Telamone: *Strata terræ lauere lacrymis veſtem ſqualam & ſordidam.* Varro lib. 3. de R. R. cap. 3. *In tertiâ parte, quis habebat piſcinam, niſi dulcem, & in ea duntaxat ſqualos ac mugiles piſces?*

SQVARROSVS, ſquallidus. Lucil. Satyris:

Varronum ac rupicum ſquarroſa incondita roſtra. Feſt.

S T

STABILIMEN, firmamentum.

Cic. de natura Deorum:
Quod mihi portento cælitum pater
Portentum miſit. regni ſtabilimen mei.

STABLILE, ſtabulum. Varro lib. 3. de R.R. cap. 5. *Præterea oua emit, ac ſupponit gallinis, ex quibus ex iis excluſos pullos refert in ſtablilem eam in qua pauones habet.* Dixit autem Varro *ſtablilem* pro ſtablile, factâ generis mutatione, vt *bubilem* in Persâ Plautus dixit, pro bubile.

STACTA, vnguenti genus pretioſum, quod ex recenti myrrhâ cum exiguo aquæ temperari ſolet, vt tradunt Dioſc. & Athen. lib. 14. Dipnoſoph. Afran. Fratriis: *Non poteſt quin illa ſtacta longéque & multis olat.* Lucr. lib. 2.
Sicut amaricini blandum ſtactæque ſaporem
Et nardi florem.
Plaut. Moſtellariâ: *Quid opus eſt vnguentis? cum ſtactâ accubo.*

STADIVS, pro ſtadium. Macr. lib. 1. comment. cap. 15. *Hic horizon quem ſibi vniuſcuiuſque circumſcribit aſpectus, vltra trecentos & ſexaginta ſtadios longitudinem intra ſe continere non poterit.*

STAGNEVM, pro ſtanneum. Vide G, pro N.

STALAGMIVM, genus inaurium, σταλαγμὸν, id eſt, guttæ figuram habens. Cæcilius Carine: *Tum ex aure eius ſtalagmium domi habeo.* Feſt. Plaut. Menæchmis: *Inaures da mihi faciundas pondo duûm nummûm ſtalagmia.*

STATA SACRIFICIA, quæ certis fiebant temporibus. Cato in eâ quam ſcribit de L. Veturio, de ſacrilegio commiſſo, cùm ei equum ademit: *Quod tu, quod in te fuit, ſacra ſtata ſollemnia capite ſancta deſeruiſti.*

STATOR, vide *Fraxare.*

STATVLIBER, qui teſtamenti certâ conditione propoſita, iubetur eſſe liber: & ſi per hæredem eſt, quo minus ſtatuliber præſtari poſſit quod præſtare debet, nihilominus liber eſſe videtur. Gloſſarium: *Statuliber*, ἐλεύθερος χρόνῳ ἢ διαθήκην ἀφιθείς.

STATVMINATIO, vel STATVMEN, fit lapidibus ex cæmentis libralibus & manualibus, ſine calce & harena, cui ruderatio ſuperinducitur cum calce, aut harena, aut rudere nouo, aut rediuiuo, hoc eſt, ex veteri ædificio ſumpto, non nuper effoſſo. Vitruuius: *Tunc inſuper ſtatuminetur, non minore ſaxo quàm quòd poſſit manum implere, ſtatuminibus inductis ruderetur.* Eſt & *ſtatumen*, ridica ſeu pedamentum vitis. Colum. lib. 4. c. 33. *Spatia huiuſce ſationis capita caſtanearum recipiunt M. M. DCCC. LXXX. cuius ſummæ ex facili iugera ſingula præbebunt ſtatuminum duodena millia.*

STATVS DIES vocatur qui iudicij cauſa eſt conſtitutus cum peregrino. Plaut. Curculione: *Si ſtatus cum hoſte dictus intercedit dies, tamen eſt eundem, quò imperant ingratiis.*

STATVTVS, procerus, magnæ ſtaturæ. Plaut. Rudente: *Recaluum ac ſilonem ſenem, ſtatutum ventrioſum, tortis ſuperciliis.*

STEGA, nauis tabulatum in quo nautæ ambulant. Plaut. Chryſalo: *Fortè vt aſſedi in ſtegâ.* Fulgent. Plaut. Sticho: *Sine aduocatis ibidem in cercuro in ſtegâ, in gratiam atque*

que amicitiam conuortimus.

STELLA IVNIOR. Vocabulum menſoribus peculiare qui decuſſim conduplicatum diductúmque appellauere ſtellam: iuniorem verò quaſi ab ipſis menſoribus conditam, adeóque poſt cæteras ſtellas natam. Caius & Theodoſ. *Stellam iuniorem ſuper picatos palos conſecrauimus.* Iidem: *Et ſignatim vt inueniantur pali ipſi ſtellam conſecrauimus, & ipſa ſtella iunior nomine vocatur.*

STELLANS dicitur cælum, vbi ſydera ac ſtellæ lucent. Lucretius lib. 4.

Quod ſimulac primum ſub dio ſplendor aquaï
Ponitur, extemplò, cælo ſtellante ſerenâ,
Sidera reſpondent in aquâ radiantia mundi. Virg. lib. 7. Æn.
Aurea nunc ſolio ſtellantes regia cæli
Accipit.

Stellãs pro gemmato, lucido, ſplendido. Amm. Marcellinus lib. 19. *Vniuerſa quæ poterant videri armis ſtellantibus coruſcabant.* Plin. lib. 31. cap. 2. *Frontem bullis ſtellantem.* Symm. lib. 3. epiſt. 11. *Verborum ſtellatur auro.* Ouid. lib. 1. Metam. *Stellantes gemmas.* Martialis lib. 2. epigr. 29. *Stellantem frontem.* Virg. Æneid. lib. 4. *Stellantem iaſpide fulua Enſem,* dixit. *Stellatum* præterea Cepheum vocat Cicero Tuſcul. quæſt. 5. pro, *inter ſidera relatum.*

STERILVS, pro ſterilis. Lucr. lib. 2.

Et ſonitum ſterila & ſuccum ieiuna ferunturs
Nec iaciunt vllum proprio de corpore odorem.

STIBADIVM, in viridariis hortíſque exſtructa domuncula. Sid. lib. 1. epiſt. 11. *Tantúmque remoratus, quantum ſtibadij circulum celerantia miniſteria percurrunt.* Et lib. 2. epiſt. 2. *In hac diætâ ſtibadium & nitens abacus.*

STIPATORES, latrones, corporis cuſtodes. Feſt. Seruio dicuntur, qui nauibus onera important & exportant. Horat. lib. 1. Sermon. Satyra 3.

——— *neque te quiſquam ſtipator ineptum*
Prater Criſpinum ſectabitur.

STIRPS in gen. maſcul. Liuius: *Tradunt familias quorundam Romanorum Troiano ſtirpe procreatas.* Ennius lib. 6. annal.

Nauu' repertus homo Graio patre, Graius homo rex,
Amoni' Pyrrhus, vti memorant, à ſtirpe ſupremo.

Pacuu. Atalantâ: *Dubito quam inſiſtam viam, aut quod primordium capeſſam ad ſtirpem exquirendum.* Idem: *Reuoca fratrem eodem ſtirpe prognatum.* Feſt. Seru. Non. Virg. lib. 12. Æneid.

Quum ſemel in ſiluis imo de ſtirpe reciſum
Matre caret.

STLATA, genus nauigij latum magis quàm altum, à latitudine ſic appellatum: vt *ſilocum* pro loco, *ſilitem* pro lite dixerunt. Gloſſarium, *Stlata, σκάφος ἐπίπλατυ.* Varro lib. 6. Analogiæ: *Ratis dicta nauis longa, propter remos, quòd hi cùm per aquam ſublati dextra & ſiniſtra, duas partes facere videntur, rareſcunt: & hoc ratis, ſtlatum, illud, vbi plures mali aut aſſeres ac reſtes, ablato.*

STLATARIVS, ſtlatâ aduectus.

Iuuenalis Satyrâ 3.
Spondet enim Tyrio ſtlataria purpura filo. Ennius:
Et melior nauis quàm quæ ſtlataria portat.
Vetus in Iuuenalem commentator.

STLEMBVS, grauis, tardus, piger. Lucil. Satyris: *Equus pedibus ſtlembus.* Feſt.

STLITEM, pro lite dixerunt, vt *ſtlocum*, pro loco. Decretum Aſculanorum Romæ in domo Cæſiâ: *C. Sallio Ariſtenato V. C. Septemuiro Epulonum ſodali auguſtali iuridico per Picenum & Apuliam, curatori viarum Aureliæ Corneliæ, triumphalis, prætori & tutellario, quæſtori deſignato, & eodem anno ad adilitatem promoto, Xviro ſtlitibus iudicandis, oratori maximo*, &c. In elogio L. Cæſonij Lucilli, Veronæ: *Electus in familiam patriciam, Xvir ſtlitibus iudicandis.*

STOLO, ſtolidus. Auſon. epiſt. 21. *Sed iam potes docere ô ſtolo.* Dictus eſt *ſtolo*, à ſtolone, id eſt, inutili ex arborum radicibus fruticatione. Gloſſ. *Stulo* παραφυὰς: vnde & cognominati *ſtolones*, gens Licinia. Varro lib. 1. de R. R. cap. 2. *Qui propter diligentiam culturæ ſtolonum confirmauit cognomen, quòd nullus reperiri potuerit in illius fundo ſtolo, quòd effodiebat circum arbores radices, quæ naſcerentur in ſolo, quos ſtolones appellabant.* Plin. lib. 17. cap. 1. *Stolonum Licinia gentis, ita enim appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis.*

STRABO, & STRABVS, qui oculis eſt diſtortis. Varro Flextabulo, περὶ ὑπαρχιῶν: *Multi qui limina intrarunt integris oculis, ſtrabones ſunt facti, habet enim quoddam ἰλικυσικὸν prouincialis formoſula vxor.* Lucil. lib. 27. *Nulli me inuidere, neque ſtrabonem fieri ſapius deliciis me iſtorum.* Non.

STRAVTVM, ὄπλον δερματίνη βελῶν Gloſſis.

STREBVLA, (Heſychio κέτταρον) Vmbris erant è coxendicibus partes carnium ſacrificatarum. Feſt. Dicta à curuore: στρέβλω enim, curuus, ſeu oratio praua dicitur. Arnobius: *Nónne placet carnem ſtrebulam nominare, quæ taurorum è coxendicibus demitur?*

STRENA, munus quod die datur religioſo, boni ominis causâ. Pomponius Piſtoribus: *Aſſide ſi qua ventura eſt alia ſtrena ſtrenæ.* Non. Tranquillus in Cæſare Caligulâ cap. 42. *Edixit & ſtrenas ineunte anno ſe recepturum.*

SREPITI, pro ſtrepitus. Ennius Hectoris Lytris: *Quid in caſtris ſtrepiti eſt?*

STRIÆ, in columnis vocabantur partes extantes & pronimulæ: *Strigiles* verò cauæ & conditæ, ipſíque canaliculi; vnde *concha ſtriata*, & *ſtriata frons*, pro rugosâ, caperatâ dixere. Vitruu. lib. 4. *Circa ſtrigilum caua & angulos ſtriarum.* Gloſſarium: *Striata*, ξυσρωτὰ. Apul. lib. 10. *Nec adoleſcens ægrè parentis moratus imperium, ſenili triſtitie ſtriatam gerens frontem, cubiculum petit vxoris patris.* Idem lib. 11. *Quam contorto nodulo ſuperſedebat aſpis, ſquamea ceruicis ſtriato tumore ſublimis.* Et in Apologiâ: *Quin ergo dicitis me eadem operâ precio impenſo per plurimos piſcatores quæſiſſe de littore, conchulam ſtriatam, teſtam hebetem, calculum teretem.* Sidon. lib. 4. epiſt.

epist. 8. *Quod posset aptari conchæ capaci, quæ per ansarum latus vtrumque in extremum gyri à rota fundi senis cauatur striaturis.*

STRIBLITA, & scriblita, placentæ genus, quod in circuitu ad restis modum torquebatur, dicta à στρέφειν, i. torquere. Sine melle coqui ac feruentissima edi solebat. Martialis:

Circumlata diu mensis striblita secundis
Vrebat nimio sæua calore manus.

Plaut. Prologo Pœnuli: *Dum ludi fiunt, in popinam pedissequi irruptionem facite, nunc dum occasio est, nunc dũ scriblitæ æstuant, occurrite.* Glossæ: *Scriblita, πλακοῦς.* Cato de R.R. cap. 78. *Striblitam sic facito: in balteo tractes caseo, ad eundem modum facito, vti placentam.*

STRICTIM, breuiter. Cic. lib. 1. de oratore: *Quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus.* Salustius: *Strictim vt quæque memoriâ digna videbantur perscriberem.* Plaut. Captiueis: *Sed vtrùm strictim me attonsurum esse, an per pectinem nescio.*

STRICTVRÆ, scintillæ de ferro ignito micantes. Glossarium: *Strictura, λελιπαμμένον. ἢ τὸ ἀπὸ τοῦ σίδηρου πίπτον, ὥσπερ σπινθῆρες.* Lucil. Sat. lib. 3.

Crebra vt scintillæ in strictvris, quod genus olim
Feruenti ferro. Non.

Virg. Æneid. lib. 8.

——— *stridúntque cauernis*
Strictvræ chalibum, & fornacibus ignis anhelat.

STRYGÆ, vel STRYGES, sunt ordines rerum inter se continuatæ. Colum. lib. 2. cap. 19. *Vtrumque siccatum coarctabimus in strygam, atque in manipulos vinciemus.* Sunt & *strygæ* maleficæ mulieres, quas Græci σύρνια, appellant, Glossæ λαοστρυγόνας, & aliæ Ancas. eásque his verbis auerti solebant Græci:

Σύρνια πομπεύων νικτίκομα στρίγγα δ' ὀλοὸν,
Ὄρνιν ἐπώνυμον, ἀκυπόρους ἰὼ νῆας ἔλαυνε. Fest.

Serenus Samonic. cap. 58.

Præterea si fortè premit strix atra puellos,
Virosa immulgens exertis hubera labris.

Rustici etiam *strigam* vocant in arando sulcum qui vno ductu prorsus peragitur in longitudinem. *Strigare* autem equi dicuntur quoties interquiescunt: dictum à *strygâ*, quod erat μεταίχμιον, & spatium turmarum, in quo equi stringebantur, à quo nomen habet, vt docet Charisius. Hinc factum vt quoties interquiescant equi & iumenta, dicantur *strigare*: sicut in vulgari sermone Thusco & Germanico *stallare* equos dicunt perorigæ, cùm ad vrinam emittendam quiescant: quia cùm recenter veniunt in stabulum, quod nunc *stallam* vocant, tunc ferè vrinam solent emittere. Porrò & *striga* in veteri Glossario exponitur, ἡ κριθολία, hoc est, creta: ab eo quòd stringuntur eâ vestimenta apud fullonem.

STRIGÆ, sulci in longitudinem ducti. Front. de lim. agr. *Quidquid secundùm hanc conditionem in longitudinem est delimitatum per strigas appellatur.* Hyg. de agr. *Quod in longitudinem fuerit striga appellatur.* Aggen. comment. de finib. *Strigatus*

ager eſt, qui à Septentrione in longitudinem in meridianum decurrit.

STRIGMENTA, Gloſſis γλοιοὶ. Sordes appellatæ corporibus athletarum deraſæ, quæ quod medicatam habere vim putarentur, diligenter colligi, magnóque venum ire ſolebant. Valer. de formæ ſimilit. lib. 9. cap. 15. *Gymnicorum ſeruo ſtrigmenta colligenti.* Plinius: *Quin & ſordes hominis in magnis fecere remediis quæſtuoſorum gymnaſia Græcorum: quippe ea ſtrigmenta molliunt, calefaciunt, complent, ſudore & oleo medicinam facientibus, efficaciora ad eadem ſtrigmenta à balneis, & ideo miſcentur ſuppuratoriis medicamentis.*

STRIGOSVS, macilentus, de iumentis propriè dicitur. Colum. lib. 7. cap. 6. *Placidè ac lentè pabuletur, vt largi ſit vberis, & non ſtrigoſiſſimi corporis.* Maſurius Sabinus: *P. Scipio Naſica, & M. Pompilius, cùm equitum cenſum agerent, equum nimis ſtrigoſum & malè habitum, ſed equitem eius huberrimum ac habitiſſimum viderunt, & cur, inquiunt, ita eſt vt tu ſis quàm equus curatior? Quoniam,* inquit, *ego me curo; equum Statius meus ſeruus.* Gell. lib. 4. cap. vlt.

STRINGOR AQVAI, pro frigore, quo aqua conſtringitur. Lucr. lib. 3.

——— *vti dentes quoque ſenſu participentur*
Morbus vt indicat, & gelidai ſtringor aquai.

STRITARE dicitur, qui ægrè ſiſtit: idque à *ſtringendo.* A *ſtrictando* autem *ſtrictillare*, & per eandem diminutionem iteratam *ſtrictabillare*, vel *ſtrictibillare*: vnde *ſtrictabilla* dicuntur, qui ægrè ambulantes pede ſummo, vel talo terram ſtringunt, & extremo tantùm veſtigio radunt ſolum. Plaut. Friuolariâ: *Scantia, ſcrupeda, ſtrictabilla ſordida.* Feſt.

STRITAVVS, antiquis pro tritatus, vt *ſtlocus*, pro locus: & *ſtlatus* pro latus. Idem.

STROPPVS, στρόφιον, Atteius Philologus dici putat inſigne, ſeu virgulam ex felici arbore, quam in apice ſacerdotes habent. Alij coronam vocarunt, aut quod pro coronâ capiti imponitur: vnde *ſtroppearia* feſtum dicebatur apud Faliſcos, quò coronati ambulabant: & Tuſculani, quòd in puluinari imponebant Caſtoris, *ſtrupum* appellabant. Liuio eſt quò alligatur ſcalmo remus; in odyſseâ: *Tumque remos iuſſit deligari ſtroppis.*

STRVERE, antiquis augere, adiicere, vnde *induſtruus.* Cato: *Iure, lege, libertate, Republica communiter vti oportet: gloria atque honore quomodo ſibi quiſque ſtruxit.* Alij interpretantur, retrorſus ire, vt in XII. Tabulis: SE. CALVITVR. PEDEM. VE. STRVXIT. MANVM. ENDO. IACITO. Feſt.

STRVES, genus libi, digitorũ coniunctorum non abſimile, qui ſuperiecta panicula in tranſuerſum continentur. Ouid. lib. 1. Faſtorum:

Hæc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis.

Cato de R. R. *Priuſquam porcum fœminam immolabis Iano, ſtruem commouento.* Sic: *Iane pater te hoc ſtrue commouenda bonas preces precor.* Hinc

STRVFERTARIOS, eos appellabant, qui mercede conducti ad arbores

bores fulguritas ſacrificio *ſtrue & ferto* ſolemnibus hiſce verbis faciebant : IVPITER. TED. HOCE. FERCTO. OBMOVENDO. BONAS. PRECES. PRECOR. VTI. SIES. VOLENS. PROPICIVS. MIHI. LIBERISQVE. MEIS. DOMO. FAMILIAEQVE. MEAE. MACTE. HOCE. FERCTO. ESTO. Vide Catonem cap. 134.

STRVICES, exſtructiones omniũ rerum. Liuius Caſtaliã: *Per ſtruices ſaxeas lapſu accidit.* Feſt. Plaut. Menæchmis: *Cerealeis cœnas dat, ita menſas exſtruit tantas ſtruices concinnat patinarias.*

STRVNDVS, vel STRVNDIVS, excrementum, fimus. Gloſſarium : *Strundus, σπέλεθος.*

STHRVTEVM, in mimis vocabant obſcœnã viri partem, à ſalacitate paſſeris, qui Græcè στρουθός. Feſt.

STVLTILOQVENTIA. Plaut. Trinummo: *Pauci ſint faxim qui ſciant quod neſciunt, occluſiorémque habeant ſtultiloquentiam.*

STVLTILOQVIVM. Plaut. Milite: *Nam tibi iam vt pereas paratum eſt dupliciter, niſi ſupprimis tuum ſtultiloquium.* Gloſſæ : *Stultiloquium, μωρολογία.*

STVLTILOQVVS. Plaut. Persâ: *Tace ſtultiloque, neſcis quid inſtet boni.*

STVLTITIES, ſtultitia. Cæcilius apud Ciceronem in Catone maiore : *Quam vt adipiſcantur omnes optant, eandem item adepti accuſant, tanta eſt inconſtantia, ſtultities & peruerſitas.*

STVLTIVIDVS. Plaut. Milite: *Vin' faciam vt ſtultiuidum te fatearis.*

STVPRVM, pro turpitudine, antiqui poſuere. Næuius : *Seſeque perire malunt ibidem, quàm cum ſtupro redire ad ſuos populares.* Idem : *Sin illos deſeris fortiſſumos virorum, magnum inde populo ſtuprum fieri pergetis.* In Appij ſententiis : *Nequid fraudis ſtuprive ferocia pariat.* Hinc aduerbium

STVPRE, turpiter. In Nelei carmine : *Fœdè ſtupréque caſtigat cottidie.* Feſt.

S V

SVAPTE, ſua vi & ſua ſponte. Lucr. lib. 6. *Sed natura loci hoc opus efficit ipſa ſuapte.*

SVASVS COLOR, qui fit ex ſtillicidio in veſte albâ fumoſo : aut quiuis alius qui inficiendo fit colos : quòd quaſi ex albo in alium tranſire perſuadeatur. Plaut. Truculento: *Quia tibi ſuaſo infeciſti propudioſa pallulam.*

SVATIM, ſuum more. Nigid. comment. Gram. *Sunt etiam aſſimulanter dicta hæc, canatim, ſuatim, boatim, quæ ab animalibus ſumuntur.*

SVAVITVDO, ſuauitas. Turpil. Leucadiâ : *Intercapedine interficior, deſiderio differor, tua mihi cupiditas, ſuauitudo, & mei animi exſpectatio.* Plaut. Bacchidibus : *Cor meum, ſpes mea, mel meum, ſuauitudo, cibus, gaudium.* Idem Sticho : *Age mulſa, mea ſuauitudo, ſalta, ſaltabo ego ſimul.*

SVBVOS PLACO, pro ſupplico. In form. deuotionis : IANE. IOVIS PATER. MARSPITER. QVIRINE. BELLONA. LASES. DIVEI. NOVEMSIDES. DIVEI. INDIGETES. DIVEI. QVORVM. EST. POTESTAS. POPOLI ROMANI QVIRITIOM. MEIQVE

EIQVE. DIVEI. MANES. SVB. VOS. PLACO. VENEROR. QVE. VENIAM. PETO. OBSECRO. QVE. VTEI. POPOLO. ROMANO. QVIRITIOM. VIM. VICTORIAM. QVE. PROSPERETIS.

SVBARE, scropharum est, seu porcorum libidine ardentium. Plin. lib. 10. cap. 63. *Verris subantis auditâ voce, nisi admittatur, cibum non capit.* Ad homines transfertur. Lucr. lib. 4.

Si non ipsa quòd illorum subat ardet abundans
Natura, & Venerem salientum læta retractat.

Horat. lib. 1. carminum:

——— *viámque subando*
Tanta cubilia tectaque rumpit.

Glossæ: *subat*, ὀργᾷ. De piscibus fœminis etiam Apul. Analogiâ: *Quoties & quid anni cuiusque eorum generis fœmina subent, mares suriant.*

SVBBLANDIBITVR, subblandietur. Plaut. Bacchid. *Itaque mihi inani atque inopi sublandibitur.*

SVBCAVVS, valde cauus. Lucr. lib. 6.

Præterea ventus cùm per loca subcaua terræ
Collectus parti ex vnâ procumbit.

Et eodem lib.

——— *primùm totius subcaua montis*
Est natura.

SVBCVBONEVS, succuba. Titin. Psaltriâ: *Contemplarier ancillas, quam arbitror illorum subcuboneum esse.* Non.

SVBDITVS, dicitur mortui loco datus iudex, his qui eum aliqua in lite iudicem habuerunt. Fest.

SVBERINVM, & SVBEREVM, quod est ex subere, seu arbore, ex qua cortex natatoribus detrahitur. Serenus Samonicus cap. 34.

Subereus cortex calidis potatur in vndis
Ante minutatim studio vincente terendus.

Sid. lib. 2. epist. 3. *Vt stataria retia suberinis corticibus extendat.*

SVBICES, pro subiectis. Ennius Achille: *Per ego Deum sublimes subices humidas, vnde oritur himber sonitu sæuo & strepitu.* Fest. Non. Gell. lib. 14. cap. 17.

SVBICITARE, subigere. Plaut. Casinâ: *Vbi tu es, qui colere mores Masilienses postulas? nunc tu si velis me subicitare, proba est occasio.*

SVBICVLVM FLAGRI, pro eo qui semper flagris subiectus est. Plaut. Persâ: *Scortorum liberator, subiculum flagri, compedium tritor, pistrinorum ciuitas.*

SVBLABRARE, intra labra mittere, deuorare. Næuius Decumâ: *Iam ego illi subiens sublabrabo esui illud synciput.* Non.

SVBLECTO, sublimo blanditiis. Plaut. Milite: *Quid ego vt sublecto os? scitè.*

SVBLECTVS infirmus, tenuis, quasi sublæsus. Plaut. Neruolariâ: *Vinum sublectissimum est, quod infirmos facit vel corpore, vel animo.* Fest. Idem Persâ: *Ad paupertatem si immigrat infamia, Grauior paupertas sit fides sublectior.* Et Bacchid. *Reperiuntur falsi falsimoniis, linguæ factiosi, inertes opera, sublesta fide.*

SVBLICÆ, vel SVBLICES, tigna vocantur in altitudinem extensa, quibus incumbit pons. Glossarium: *Sublices*, καταπῆγες, οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες.

Cæsar

Cæsar bell. Gall. *Non ſublicæ modo directæ ad perpendiculum, ſed pronæ ac faſtigiatæ.* Hinc *ſublicius pons*, qui Romæ ad eam Tiberis erat partem quâ Ianiculum ab vrbe dirimitur: quòd is ſine ferreo claue ita fuerit diſpoſita contignatione factus, vt ſublices ſeu trabes eximi, rursúmque ſine fulturis reponi poſſent. De quo Plin. lib. 36. cap. 15. Liu. lib. 2. & lib. 23. Varr. lib. 4. & 6. Analog. Feſt. Cæsar lib. 14. De bel. Gal. Vitruu. lib. 3. cap. 3. Saluſt. lib. 4. hiſtor. Næuius bello Punico: *Liquidum ſublicio tranat ponte amnem.*

SVBLIMARE, in ſublime tollere. Gloſſ. *Sublimo*, ὑψῶ. Ennius Medeâ:

Sol qui candentem in cælo ſublimat facem.

Cato Originum lib. 2. *In maximum decus, atque in excelſiſsimam altitudinem ſublimauit.* Enn. Thyeſte:

Aſpice hoc ſublime candens quem vocant omnes Iouem.

Macr. Saturn. lib. cap. vlt. *Apud Poëtam noſtrum* (Virgilium) *tantam ſcientiam iuris auguralis inuenio, vt ſi aliarum diſciplinarum doctrinâ deſtitueretur, hæc illum vel ſola profeſsio ſublimaret.* Apul. Florid. lib. 1. *Aquila enimuerò cùm ſe nubibus tenus altiſsimè ſublimauit.*

SVBLIMISSIMVS, altiſſimus. Sid. lib. 6. epiſt. 56. *Quæ ſi caſu aliquo, aut negligentia portitoris elapſæ ſunt, en tibi aliam ſublimiſsimi viri paginam.*

SVBLIMVS, pro ſublimis. Accius Phœniſſis: *Aut ſæpè ex humili ſede ſublimæ aduolant.* Non. Saluſtius: *Thracias erat tunc & ſublima nebula calum obſcurabat.* Lucr. lib. 1.

At nunc per maria ac terras ſublimaque cæli
Multa modis multis variâ ratione moueri Cernimus.

SVBLINIO OS, decipio, illudo. Plaut. Aululariâ: *Fidei cenſebam maximam multo fidem eſſe, ea ſubleuit os mihi peniſſimè.* Idem Captiueis: *Ad illum modum ſublitum os eſſe hodie mihi.* Et Mercatore: *Vin' patri me os ſublinire polcrè tuo?* Ibidem: *Hic emit eam, polcrè os ſubleuit patri.* Et: *Promittebas te os ſublinire meo patri.* Idem Milite: *Subleuit os illi lanæ & matri mulieris.* Ibidem: *Ita ſublinitum eſt os cuſtodi mulieris.* Ibidem: *Vt ſublinitur os cuſtodi cauto, conſeruo meo.* Pſeudolo: *Tuam amicam qui arceſſebat ei os ſubleui modo.* Symm. lib. 1. epiſt. 4. *Næ ego ſum ſtultus ac nihili, ſi os ſublitum mihi eſſe non ſentio.*

SVBLONES, Gloſſarium: *Sublones*, ὄρυγες, θήλια ἐργαλεῖατα: i. fœminea inſtrumenta.

SVBLVCARE ARBORES, ramos officientes lumini amputare, & velut ſubtus lucem mittere. *Conlucare* autem ſuccisis arboribus locum implere luce. Feſt. Paulus ſentent. lib. 5. *Arbor quæ in alienas ædes, vel in vicini agrum imminet, niſi à domino ſublucari non poteſt, iſque conueniendus eſt vt eam ſublucet.* Vtrunque hoc in profano luco olim licebat: in ſacro non niſi facto piaculo, vt tradit Cato de R. R.

SVBLVVIES, illuuies, ſordes. Apul. 9. *Partim ſtagnanti paludæ fluidam, & alibi ſubluuie cænoſa lubricam. Subluuies* etiam morbi genus, in diſcrimine vngulæ ouium naſcens. Colum. lib. 8. *Claui quoque dupliciter infeſtãt ouem, ſiue cùm ſub-*

luuies atque intertrigo in ipſo diſcrimine vngulæ naſcitur.

SVBNIXIS ALIS, pro ſublatis lacertis. Plaut. Persâ: *Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriosè.*

SVBOLES, ab oleſcendo. i. creſcendo. Lucr. lib. 4. (*origo. Siue virum ſuboles, ſiue eſt muliebris*

Ab eodem & *Exoletus* dicitur, qui oleſcere deſiit. Plaut. Medico: *Domi reliqui exoletam virginẽ.* Priſc. lib. 10.

SVBRVMARI dicuntur hædi, cùm ad rumam, ſeu mammam admouentur. Varro lib. 2. de R.R. cap. 1. *Si parum habet lactis mater, vt ſubiiciatur ſub alterius mammam, qui appellantur ſubrumi*, ideſt, ſub mamma: antiquo enim vocabulo mamma rumis, vt opinor.

SVBRVNCIVI LIMITES, à runcone, ſeu runcinâ; quemadmodum in libris pontificalibus inter cætera indigetamenta inuenitur *ſubruncinator*, vt notat Seruius ad primum Georg. Hygenus de lim. conſt. *Reliqui medij limites linearij appellantur, genitalia ſubrunciui.* Idem: *Subrunciui minus erroris habent.* Idem: *Statuerunt decumanos & cardines maximos, patentiores cæteris. Quintarios autem & ſubrunciuos minus patentes.*

SVBSARCINATVS, ſarcinâ occultâ amictus. Plaut. Curculione: *Tum iſti Græci palliati, capite operto qui ambulant, qui incedunt ſubſarcinati cum libris, cum ſportulis.* Terent. Andriâ: *Verùm cantharam vidi ſubſarcinatam.*

SVBSCVDES appellantur cuneatæ taleolæ, quibus inter ſe tabulæ configuntur. Pacuu. Niptris: *Nec vlla ſubſcus cohibet compagem aluei.* Plaut. Aſtrabâ: *Terebratus ſit multum, & ſubſcudes addite.* Feſt. Vitruu. lib. 10. cap. 19. *Habens in capite ſubſcudem ferream, qua mola continetur.*

SVBSECIVVM, quod in diuiſione agri minus eſt quàm vt centuriam expleat. Sicul. de re agr. *Cùm ex aliis territorijs ager ſumptus eſt, & ſubſeciua & vacuæ centuriæ quæ in aſſignationem non ceciderant redditæ ſunt.* Front. de fin. *Subſeciuum eſt quod à ſubſecante lineâ nomen accepit.* Aggenus Vrbic. de agrim. *De ſubſeciuis controuerſia eſt quoties aliqua pars centuriæ tota non eſt aſſignata.* Idem: *Bene igitur, & rectè ſubſeciuum vocari debet quidquid intra quatuor limites fuerit aſſignatum.* Idem: *Sed & ſubſeciua aliquando paſcua, ſicut in his qui vectigalibus ſeruiunt.* Varro: *Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt, in ſubſeciuum eſſe vnciam agri, aut ſextantem.*

SVBSECIVA tempora appellamus, quaſi ſubſecta ſubductaque à negotiis, παρεργα. Cic. de leg. lib. 1. *Subſeciua quædam tempora incurrunt quæ ego perire non patior.* Apul. lib. 3. *Sed vna tantùm ſubſeciua ſollicitudo nobis relicta eſt.*

SVBSILLÆ, quæ & *Ipſullices* vocantur, lamellæ ſunt ſpecie virorum & mulierum expreſſæ, neceſſariæ ſacris, cùm ad rem diuinam conferre dicantur. Feſt.

SVBSTILLVM, tempus ante pluuiam, iam pænè vuidum, & poſt pluuiam nondum perſiccum, quòd iam ſtillet, & nondũ deſierit. Catoni c. 156. *Subſtillum* dicitur morbus cùm vrina per interualla, & guttatim deſtillat: ſtranguriam Græci vocant. Gloſſarium: *Subſtillat,* στραγγεύει.

Subſtil

Subſtillum, δυσεμία.

SVBTEMEN, quod ſubit ſtamini, Gloſſis κρόκη, ποδάνη. Plaut. Persâ: *Sed quid ais Paſicompſa, poſſis tu ſi vſus venerit ſubtemen tenue nere?* Terent. Heautont. *Anus ſubtemen nebat.* Virg. lib. 3. Æneid.

Et picturatas auri ſubtegmine veſtes.

SVBVCVLAM. Ælius Stilo & Cloatius demonſtrant vocari libū quod Diis datur, ex oleo, halicâ & melle. Feſt. Eſt & genus veſtis. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Poſtquam binas tunicas habere cœperunt, inſtituerunt vocare ſubuculam, & induſium.* Non.

SVBVERBVSTVS, ſub verberibus vſtus. Plaut. Friuolariâ: *Vlceroſam, compeditam ſubuerbuſtam, ſordidam.* Septim. Florens lib. de Pallio: *Libertinos in equeſtribus, ſubuerbuſtos in liberalibus; deditios in ingenuis, rupices in vrbanis, ſcurras in forenſibus, paganos in militaribus.*

SVBVLO, Thuſſis tibicen. Gloſſarium: *Subulo*, αὐλητής. Ennius:

Subulo marinas propter adſiſtens plagas.

Lucilius pædicones, ſeu impudicos puerorum amatorculos *ſubulones* vocat, apud Auſonium. *LucilI vatis ſubulo pullipremo.* Plin. lib. 28. cap. 17. *Subulonem* vocat ceruum cui cornua non ſunt ramoſa, ſed ſubulæ inſtar ſimplicia.

SVBVS, pro ſuibus, dixerunt: vt bubus. Varro lib. 1. de R. R. cap. 38. *Quod non ſolùm ad agrum vtile, ſed etiam ad cibum, ita ſubus & bubus, vt fiant pingues.* Lucr. lib. 6.

Denique amaricinam fugitat ſus, & timet omne

Vnguentum, nam ſetigeris ſubus acre venenum'ſt:

At contrà nobis cœnum teterrima cùm ſit

Spurcities, eadem ſubus hæc iucunda videntur,

Inſatiabiliter toti vt voluantur ibidem.

SVCCENTVRIARE, centuriam implere. Plaut. Saturione: *Succenturia centum require qui te delectent domi.* Cæcil. Triumpho: *Nunc mea malitia aſtutiâ opus eſt ſuccenturiatâ.* Feſt. Gell. lib. 15. cap. 8. *Præfecti popinæ atque luxuriæ negant canam lautam eſſe, niſi cùm libentiſsimè edis, tum auferatur, & alia eſca melior atque amplior ſuccenturietur.*

SVCCERDA, ſtercus ſuillum. Titinius: *Quid habes niſi vnam arcam ſine claui, eò condis ſuccerdas.* Vocatur & *Opicerda.* Idem: *Hominem quem ſol in opicerdis conſpicit.* Lucil. Sat. lib. 30.

Hic in ſtercore humi, ſabuliſque ſimo atque ſucerdis Non.

Vt autem ſuis, bouis, muris, ſtercus, *ſucerda, bucerda, mucerda*, ſic hominis olim *homerda* dicebatur.

SVCCIDA LANA, Græcis ὄσυπος, quæ talis eſt qualis ſucciditur, hoc eſt, pinguis & ſordida. Plinius: *Succida lana reduuias ſanat ex aqua frigida.* Serenus cap. 25.

Succida lana malos remoratur ſubdita curſus.

Eidem *Succoſa* dicitur cap. 59.

Aut tu ſuccoſæ cinerem perducito lanæ,

Aut viuam ex oleo veteri componito calcem.

SVCCIDANEA HOSTIA, quæ ſecundo loco cædebatur: nam ſi primis hoſtiis litatum non erat, aliæ poſt eaſdem ductæ hoſtiæ cædebantur, quæ quaſi prioribus cæſis

luendi piaculi gratiâ ſubdebantur, & ſuccidebantur. Feſt. Gell. lib. 4. cap. 6. Plaut. Epidico: *Méne piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam, vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccidaneum?*

SVCCIDIA, à ſuibus concidendis. Varro lib. 2. de R. R. cap. 4. *Quis enim fundum colit noſtrum quin ſues habeat, qui non audierit patres noſtros dicere ignauum & ſumtuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab lanario, quàm ab domeſtico fundo.* Idem ibidem: *Queîs ſuccidias Galli optimas & maximas facere conſueuerunt.* Ibidem: *De magnitudine Gallicarum ſuccidiarum Cato ſcribit his verbis: In Italiâ Inſubris terna atque quaterna millia à villa Succij Duumuiri, ſus vſque adeò pinguedine creſcere ſolet, vt ſe ipſa ſtans ſuſtinere non poſſit, neque progredi vſquam.*

SVCCIDIA, ſucceſſio neceſſaria. Cic. de ſenectute:

Jam hortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram vocant.

SVCCINGVLVM, baltheum dixexere. Plaut. Menæchm. *Ab Hippolyta ſuccingulum Hercules æquè magno neutiquam abſtulit periculo.*

SVCCOLLARE, ſuppoſito collo fulcire. Suet. Claudio Cæſare cap. 10. *Abhinc lectica impoſitus, & quia ſerui diffugerant, viciſſim ſuccollantibus, in caſtra delatus eſt triſtis ac trepidus.* Varro lib. 3. de R. R. cap. 16. *Regem ſuum ſequuntur (apes) quocunque it, & feſſum ſubleuant, & ſi nequit volare, ſuccollant, quòd eum ſeruare volunt.*

SVCCROTILLA VOX, tenuis & alta. Titin. Geminâ: *Fœmineâ fabulare ſuccrotilla vocula.* Afranius epiſtola: *Torquebatur ſuccrotilla voce ſeriò.* Feſt.

SVCCVMBVS, inclinatus. Latinus de terminis: *Terminus ſi ſuccumbus poſitus fuerit limitem oſtendit.* Idem: *Si autem in plano ſuccumbus poſitus fuerit, vbi vallis non ſit in proximo, ante ſe claudet finem.*

SVCCVM, pro ſuccorum. Apul. lib. 10. *Alter coquus, qui ſapidiſsimis intrimentis ſuccuum pulmenta condita, vapore mollibat.*

SVCCVSSARE, ſurſum frequenter excutere, vnde *equus ſuccuſſator, & ſuccuſsor.* Accius Philocteta: *Agite ac vulnus ne ſuccuſset greſsus, cautè ingredimini.* Lucil. Sat. lib. 4.

Succuſsatoris tetri, tardique caballi.

Idem eodem libro:

Campanus ſonipes, ſuccuſsor nullu' ſequetur
Maiori ſpatio, & diuerſu' videbitur ire. Non.

Gell. lib. 1. cap. 16. Macr. Saturn. lib. 1. cap. 5.

SVCTV, pro ſucco. Varro γνῶθι σεαυτὸν:

——denique certè
Lac fultificum daret, & manſum:
Quo venarum ſanguine riuos
Compleret puer: vt crementa
Corpora fierent, vt maiora
Paruo ſuctu candida lactis.

Pro ſuctione, ſeu ipſo ſugendi actu, Plin. lib. 8. cap. 36. de vrſis: *Aliis diebus reſidunt, ac priorum pedum ſuctu viuunt.*

SVDICVLVM, flagellum: quòd vapulantes ſub eo ſudare faciat. Feſt.

SVDORVS, ſudans. Apul. Florid. *Iamque ſudoro adfatim corpore diutulè obrigui.*

SVDVM, quaſi ſine vdo, ſiccum. Lucil.

Lucil. Satyris:

Nec ventorum flamina fundo ſuda ſecundent. Non.

Tiberianus. *Aureos ſubducit ignes ſudus ora lucifer.* Fulgentius Placiad. Plautus Milite: *Curate vt ſplendor meo ſit clypeo clarior, Quàm Solis radij eſſe olim cùm ſudum eſt, ſolent.* Virg. lib. 6.

Arma inter nubes cæli regione ſerenâ
Per ſudum rutilare vident.

SVFFARCINO, ſtipo, farcio. Apul. lib. 9. *Multis exorat precibus, multiſque ſuffarcinat muneribus.* Et lib. 10. *At ego quamquam iam belluè ſuffarcinatus.*

SVFFERTIM, plenè, densè. Sueton. Nerone: *Si paulum ſubbibiſſet, aliquid ſe ſuffertim tinnituru m.*

SVFFES, dicebatur Pœnorum ſummus magiſtratus, vt Oſcorum Meddix, ſeu Mediaſtuticus. Calidius oratione in Q. Cæcilium: *Nonne vobis, iudices, igne & fumo perſequi & flammâ videtur? Senatus cenſuit referentibus ſuffetis.* Cato contra Thermum: *Suffetes euocauerunt ſtatim omnes cohortes, omnes etiã qui ſtipendia meritauere.* Feſt. Liuius lib. 8. belli Punici: *Ad colloquium ſuffetes eorum qui ſummus Pœnis eſt magiſtratus cum quæſtore elicuit.*

SVFFIBVLVM, veſtimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quòd fibulâ comprehenſum in capite virgines ſacrificantes habebant. Feſt. In lege ſcriptâ in Sacrario Opis Conſiuæ. HOC. PRÆTER. VIRGINES. VESTALES. ET. SACERDOTEM. POBLICOM. INTROIRE. NEFAS. ESTOD. IS. QVOM. INTROEAT. SVBFIBVLVM. HABETO. Varro lib. 6. Analog.

SVFFISCVS, folliculus teſtium arietinorum, quo marſupij loco vtebantur. Feſt.

SVFFLATVM, propriè dicitur tumidum & rectum, & quaſi vento quodã elatius factum. Varro Agathone: *Neque auro, aut genere, aut multiplici ſcientiâ ſufflatus, quærit Socratis veſtigia.* Non.

SVFFVERAT, ſub eodem tecto fuerat. Feſt.

SVFFVNDATVM, ſubiectum; à fundamentis. Varro ταφῇ μενίππε: *Vt antiqui noſtri in domibus lateritiis paulùm modò lapidibus ſuffundatis, vt humorem effugerent, habitabant.* Non.

SVGGRVNDIARIA antiqui dicebant ſepulcra infantium, qui nondum dies 40. implerant; quæ nec iam buſta dici poterant, cùm oſſa, quæ comburerentur non haberent; nec tumulus, cùm tanta cadaueris magnitudo non erat, vt locus tumeſceret. Rutilius Geminus Aſtyanacte: *Melius ſuggrundiarium quæreres quàm ſepulcrum.* Fulgent. Placiad. Gloſſis: *Suggrunda, ὑπόστεγον:* item φιλοκέραιμον.

SVGILLARE, occludere. Varro Geminis: *Contrà lex Mania eſt in pietate ne filij patribus luci claro ſugillent oculos.* Non. Gloſſæ: *Sugillat, πλήσσει.*

SVIPTE, ſuiipſius. Plaut. Rudente: *In clientelam ſuipte imprudens patris naufragio iecta deuenit.*

SVLTIS, ſi vultis. Cato pro L. Cæſetio: *Audite ſultis milites, ſi quis veſtrûm in bello hoc ſuperfuerit, is qui non habuerit pecuniam egebit.*

Plaut. Friuolariâ : *Sequimini me hac ſultis legiones omnes Lauernæ.* Ennius Annal.

Pandite ſulti genas, & corde relinquite ſomnum. Feſt.

Plautus Rudente : *Curate hæc ſultis magnâ diligentiâ.* Aſinariâ: *Hoc agite ſultis ſpectatores nunc iam.* Menæchmis: *Aſſeruatote hæc ſultis nanales pedes.* Sticho: *Facite ſultis nitidæ vt ædeis meæ ſint.*

SVM, pro eum. Ennius lib. 1. annalium :

At te, non vt ſam, ſummam ſeruare decet rem.

Idem lib. 2.

Accedit, ſum quæ dederat in luminis auras.

Idem epigram. ad Sancum Semipatrem:

De decuma victor tibi Luciu' Mummiu' donum

Moribus antiquis hoc pro vſura dare ſeſe

Viſum animo ſo : perfecit ſa pace rogans te

Cogendo diſſoluendi vt feliciа faxis.

SVMEN, mamma, à ſugendo. Gloſſ. θῆαρ. Lucil. lib. 4.

Quòd ſi nulla poteſt mulier tam corpore duro

Eſſe, tamen tenerom moueat ſuccuſſa lacertom,

Et manus vberior lactanti in ſumine ſidat. Non.

Idem libro eodem :

Illum ſumina ducebant atque altilium lanx.

Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 16. Plaut. Carbonariâ : *Sumen, ſueres, ſpetile, callum, glandia.* Feſt. Idem Plaut. Captiueis : *Quanta pernis peſtis veniet? quanta labes larido? quanta ſumini abſumedo? quanta callo calamitas?* Martialis lib. 18. epigram.

Eſſe putes nondum ſumen, ſic vbere largo

Effluit, & viuo lacte papilla tumet.

Hinc *Suminata*, ſus lactans. Lampridius Alex. Seuero : *Iuſſit ne quis ſuminatam occideret, ne quis lactantem.*

SVMMANALIA, liba farinacea, in modum rotulæ facta. *Sumenalia* hanc vocat Cœlius, putátque eadem eſſe quæ Græci ἀτρία dicunt.

SVMMANARE, auidiſſimè rapere : ab Plutone Summano, omnium auidiſſimo. Plaut. Curculione : *Quia veſtimenta, vbi obdormiuit, ebrius ſummano, ob eam rem me omnes ſummanum vocant.* Arnob. lib. 5. adu. gentes : *Emicuit ſummanus è terris curſu quadriiugo vectitatus.* Plin. lib. 2. cap. 52. *Romani duo tantùm ex iis ſeruare, Diurna attribuentes Ioui, nocturna ſummano.* Martian. Capella lib. 2. *Denique hæc omnis aëris à Lunâ diffuſio ſub Plutonis poteſtate conſiſtit, qui etiã ſummanus dicitur, quaſi ſummus manium.* Cic. lib. de diuinat. *Cùm ſummanus in faſtigio Iouis Opt. Max. qui tum erat fictilis, de cælo ictus eſſet.* Summanus Gloſſis προμηθεύς.

SVMMATEM DEAM, Iſidem vocat Apul. lib. 11. *Certus etiam ſummatem Deam præcipua maieſtate pollere.* Ibid. *Quibus nomen dedit proprium ſummatis Deæ auxiliaris prouidentia.* Et: *Quibus & cæteris beniuolis præceptis ſummatis Deæ recreatus animi.*

SVMMATES, potentes, qui principatum tenent. Sutrius Piſcatoriâ: *Summates viri ſimplones facti ſunt ganei.*

ganei. Fulgent. Plaut. Ciſtellariâ: *Vbi videas iſtas ſummo genere natas, ſummates matronas.* Idem Sticho: *Ergo oratores populi ſummates viri, ſummi accumbent, ego infimaties infimus.*

SVMMATVS, vt principatus, primatus. Lucr. lib. 5.

Res itaque ad ſummam fœcem turbáſque redibat
Imperium ſibi cùm ac ſummatum quiſque petebat.

SVMMVSSI, murmuratores; à *ſummuſſo*, id eſt, murmuro. Næuius: *Odi ſummuſſos, proinde apertè dice quid ſiet.* Accius Andromedâ: *Dice iam mater, non decet iam ſummaſſare.* Cœlius Agnorizomene: *Quod potes ſile, cæla, occulta, tege, tace, muſſa, mane.* Feſt.

SVMPTI, pro ſumptus. Varro Bimargo: *Cùm noniſſimè mitteret quantum ſumpti fecit.* Cæcilius Plocio: *Quid hoc futurum obſonio? & vbi tantùm ſumpti factum?* Lucil. Satyr. lib. 20.

Quid dare, quid ſumpti facere ac præbere potiſſet.

Turpil. Paraterusâ: *Eho dic mihi, an oblita obſecro es eius crebras manſiones ad amicum, & ſumpti largitatem?* Turpil. Philopatro: *Quia hos dies compluſculos intercapedo ſumpti faciundi fuit.* Plaut. Trinummo: *Quod ebibit, quod comedit, quod facit ſumpti.* Idem Caſinâ: *Præter operam reſtim ſumpti fecerim.*

SVMPTVOSITAS, prodigalitas, profuſio. Sid. lib. 9. epiſt. 6. *Et retractare quantum de bonuſculis auitis paterniſque ſumptuoſitas domeſtica charybdis abliguriſſet.*

SVMSE, pro ſumpſiſſe. Næuius Ityphallo:

Vnquam ſi quidquam filium reſciuero
Argentum amoris causâ ſumſe mutuum,
Extemplò eò te ducam vbi non deſpuas.

Agell. lib. 2. cap. 19. Lucr. lib. 1.

Omnia enim debet mortali corpore quæ ſunt,
Infinita ætas conſumſe anteacta diéſque.

Sic *creſſe*, & *ceſſe* dixit Lucretius. Et Catullus: *Aut facere ingenuæ, aut non promiſſe pudicæ*, id eſt, promiſiſſe. Varro Myſteriis: *Tum portitorem æra indixe.* Idem de remed. lib. 2. *Quem ſibi Thyeſtem ſubduxe queritur.* Terent. Adelphis: *Non tu eam modò rus produxe aiebas?*

SVNARE, deprimere. Lucil. Sat. lib. 7.

Sunauit taxim ad nares delphinus vt olim. Non.

SVPARE, nauem prymneſio illigare. Accius: *Abtorque proram, ac ſupa tortas copulas.* Hinc *obſupare*, & *diſsupare.* Plautus Ciſtellariâ: *Auecta eſt peregrè hìc habitatum.* MEL. *obſupat aquulam.*

SVPELLECTILIS, & SVPELLECTILE in recto caſu dicebatur, vnde manet *Supellectilia.* Cato aduersùs Tiberium Sempronium Longum: *Si poſſet auctio fieri de artibus tuis, quaſi ſupellectilis ſolet.* Priſc. lib. 6. Sic *immemoris, celeris, ſenis, concordis, diſcordis, plebis, ſcrobis*, ex Capro annotat Priſcianus. Eodem modo, *Mentis*, pro mens: & *oſcinis*, pro oſcen, Ennium dixiſſe prodiderunt Varro & Chariſius. In legibus quoque Numæ Pompilij dicitur: SEI. HOMINEM. FVLMINIS. OCCISIT. NE. SVPRA. GENVA.

NVA. TOLLITO. pro fulmen, &c. Et Plaut. Menæch. *Imperium tuum demutat atque edictum, Apollinis*, pro Apollo.

SVPER, pro de, ponitur nonnunquam, Græcâ consuetudine, qui τὸ ὑπὲρ, itidem vsurpant. Plautus Phasmate: *Ehe! tandem percipio super nostris te rebus loqui.* Pacuuius Medo: *Qua super re interfectum Hippotem dixisti?* Cato contra Annium: *Nemo antea fecit super tali re cum hoc magistratu vtique rem.* Plautus Aulularià: *Iuxta rem meum tenes super Euclionis filiâ.* Idem Cist. *Quid nuncias super anu?* Et Bacchid. *Misine ego ex Epheso epistolam super amicâ?* Horat. lib. 3. oda 8.

Mitte ciuiles super vrbe curas.

Virg. lib. 5. Æneid.

Nec super ipse sua molitur laude laborem.

SVPER, pro superus. Cato de R.R. *Vbi super inferque vicinus permittit.* Sic *citer agnus*, & *exter*, & *infer*, idem. Lucr. lib. 1.

——— *si partes ignis eandem*
Naturam, quam totus habet super ignis haberet.

SVPERA, pro suprà. Cic. Arato:

Iam superà cernes arcti caput esse minoris. Ibidem:

Sed tantum superà terras semper tenet ille
Curriculum. Ibidem:

Torui' draco serpit subter superáque retorquet Sese.

Prisc. lib. 14. Lucr. lib. 1.

Id quod iam superà tibi paulo ostendimus antè. Et lib. 2.

Linquit enim superà tetri primordia viri. Et lib. 3.

Nec superà caput eiusdem cecidisse vietam
Vestem. Sic lib. 4.

Id quod iam superà tibi sæpè ostendimus antè. Et lib. 5.

Cur superà bellum Thebanum & funera Troiæ. Et lib. 6.

Tum superà terram quæ sunt exstructa domorum.

SVPERANTIOR, pro superior. Lucr. lib. 5.

Cùm semel in terra fuerit superantior ignis,
Et semel, vt fama est, humor regnauit in aruis.

SVPERBILOQVENTIA. Cic. Tusc. quæst. lib. 4. *Ob scelera, animique impotentiam & superbiloquentiam.*

SVPERBITER, superbè. Næuius belli Punici lib. 6. *Superbiter contemptis, conterit legiones.* Afran. Priuigno: *Amanti illa superbiter imperat.* Non.

SVPERESCIT, pro supererit. Ennius Annal. lib. 1.

Dum quidem vnus homo Româ totâ superescit.

Accius Chrysippo: *Quin si superescit spartam atque Amyclas trado.* Fest.

SVPERFORANEVS, superabundans. Sid. lib. 1. epist. 7. *Abire degeneres & præfectoriis patribus indigni, cum hac superforaneâ trepidatione.*

SVPERRIMVS, supremus. Idem.

SVPERSTES, testis præsens. Plautus Artemone: *Nunc mihi licet quiduis loqui, nemo hîc adest superstes.* Fest. Acron. ad epist. 1. In legibus XII. Tab. SEI. QVEI. IN. IOVRE. MANVM. CONSERVNT. VTREIS. QVÉ. SVPERSTITIBVS: PRÆSENTIBVS. HANC VIAM. DICO. Cic. pro L. Murænâ.

SVPER

SVPERSTITARE, perpetuò manere. Plaut. Persâ: *Vt mihi ſuperſit, ſuppetat, ſuperſtitet.*

SVPERSTITIOSVS, fatidicus, dæmone agitatus. Manlius apud Ciceronem: *O ſancte Apollo, qui vmbilicum certum terrarum obſides, vnde ſuperſtitioſa primùm vox fera?* Varro lib. 6. Analog. Plaut. Curculione: *Superſtitioſus hic quidem eſt, vera prædicat.* Idem Rudente: *Quid ſi illa aut ſuperſtitioſa, aut hariola eſt?*

SVPERSTITO, ſaluo. Ennius Menalippo: *Regnúmque noſtrum vt ſoſpitent ſuperſtiténtque.* Non.

SVPERVACANEA dicebatur ab auguribus auis, quæ ex ſummo cacumine vocem emiſiſſet: quòd ſuper omnia vagetur, aut canat. Feſt.

SVPPAR, par, congruens, ſimilis. Apul. lib. 6. *Muſæ voce canorâ perſonabant* (in nuptiis Cupidinis & Pſyches,) *Apollo cantauit ad citharam, Venus ſuaui muſicæ ſuppari greſſu formoſa ſaltauit.* Symm. lib. 10. epiſt. 18. *Siquidem Celſus ortus Archetinio patre, quem memoria litterarum Ariſtoteli ſupparem fuiſſe conſentit.*

SVPPARA, velorum quædam ſupplementa, & ſummæ partis ſupra ipſa vela & antemnam expaſſæ, quibus iuuari nauigia ſolent quoties vis venti langueſcit. Papinius lib. 5. Siluarum:

——— *vos ſummis annectite ſuppara velis.* Lucanus lib. 5.

——— ——— *ſummaque pandens Suppara, velorum perituras colligit auras.*

Seneca lib. 11. epiſt. 87. *Solis enim licet ſupparum intendere, quod in alto omnes habent naues.*

SVPPARVS, induſium, aut camiſia puellarum. Nouius Pedio: *Supparum purum Velienſem, interim Oſcam meram.* Afranius epiſtulâ: *Taceo, puella non ſum, ſupparo ſi induta ſum.* Varro Eumenidibus: *Auroræ oſtrinum hic indutus ſupparum, coronam ex auro & gemmis fulgentem gerit, Luce locum afficiens.* Plaut. Epidico: *Supparum, aut ſubminiam, ricam baſilicam, aut exoticam.*

SVPPERNATI, quibus femina ſunt ſucciſa, in modum pernarum ſuillarum. Ennius lib. 8. ann. *His pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Pœni.* Feſt. Catullus ad Coloniam:

——— ——— *velut alnus*
In foſsâ Ligari iacet ſuppernata ſecuri.

SVPPILARE, inuolare, furari, rapere; à pilorum raptu. Pompon. Sarcinariâ: *Alterum apportat, prodigit, partem ſuppilat ſemper.* Cæcilius Nauclero: *Suppilatum eſſe eum ornamenta omnia.* Plaut. Aſinariâ: *Suppiles domi clàm vxorem tuam.* Idem Menæchmis: *Egóne hîc me patiar eſſe in matrimonio, vbi vir ſuppilet clanculum quidquid domi eſt?* Ibidem: *Pallam atque aurum meum domi ſuppiles vxori tuæ?* Et Truculento: *Hæc cùm video fieri, ſuffuro, ſuppilo, de præda prædam capio.*

SVPPLANTARE, ſub pedem ponere. Lucilius Satyr. lib. 29. *Supplantare aiunt, Græci ὑποσκελίζειν dicunt.* Cic. officiorum lib. 3. *Contendere debet quàm maximè poteſt, vt vincat, ſupplantare eum qui cum certet.*

SVPPLICAMENTVM, ſupplicatio. Apul. lib. 11. *Supplicamentis ſolemnibus de penitrali fonte petitum ſpondeum libat.*

SVPPLICIVM, pro ſupplicatione. Accius Epigonis: *Nunc pergamus vt ſuppliciis placans cælitum aras expleam.* Afranius Fratriis: *Nullam profectò acceſſi ad aram, quin Deum ſuppliciis, ſumptu, votis, donis, precibus, plorans, obſecrans, nequicquam defatigarem.* Saluſt. bello Catilinæ: *In ſuppliciis Deorum magnificè.* Plautus Rudente: *Ideo ſit, quia nihil ei acceptum eſt à periuris ſupplicij.* Gloſſæ: *Supplicium, ἱκετηρία.*

SVPPLICVE, ſuppliciter. Apul. lib. 9. *Tunc hortulanus ſupplicuè reſpondit, ſermonis ignorantiâ ſe quid ille diceret ſcire non poſſe.* Idem lib. 11. *Sed tandem Deæ monitu licèt non plenè, tamen pro meo modulo, ſupplicuè gratiis perſolutis.*

SVPPREMVM, ſignificat aut ſummum. Accius:

——*pater ſuppreme belli & armorum Mauors potens.* Feſt. Aut extremum; vt in XII. Tabulis: SOL. OCCASVS SVPPREMA TEMPESTAS ESTO. Varro lib. 5. de L. L. Gell. lib. 17. cap. 2. Plin. lib. 7. cap. 60. Aut maximum; vt cùm duos oues & triginta boues ſuppremam multam dicerent. Feſt.

SVPPVM, dixere priſci pro ſupinum: à Græco ὕπτιον. *Sicut ab ἕξ ſex; ab ἑπτὰ, ſeptem*, ab ὕλη, *ſylua* denominatum. Lucilius Satyris: *Si verò das quod rogat, & ſi ſuggeri ſuppus.* In teſſeris iactum quendam vocari *Suppum*, tradit Iſid. lib. orig. 18. cap. 65.

SVRIRE, piſces maſculi dicuntur cùm in libidinem ruunt. Apuleius Apolog. *Quoties & quid anni cuiuſque eorum generis fœminæ ſubent, mares ſuriant.*

SVRREMIT, ſuſtulit: *ſurrempſit*, ſuſtulerit: ab *emere*, quod pro accipere vſurparunt antiqui, vnde & *abemito veſtem*, Placitus dixit, pro aufer. Ennius annal.

Inque manus haſtam ſurremit. Feſt.

SVRPERE, ſurripere. Plaut. Aululariâ: *Réque omni inſpectâ compreſſoris ſeruulus id ſurpit.* Et captiueis: *Alterum quadrimum puerum ſeruus ſurpuit.* Item Pœnulo: *Ibi qui eum ſurpuit.* Cic. ad Attic. lib. 2. *Velim me ſurpi ea conditione, ſed facilè patior.* Horatius:

——*vnum me ſurpire morti.*

Idem:

Quæ me ſurpuerat mihi.

Lucret. lib. 2.

——*quapropter vbi ipſe*
Cernere iam nequeas motus quoque ſurpere debent.

SVRVS, cuius diminut. *Surculus.* Plautus: *Surus non eſt tibi.* Ennius annal.

——*vnus*
Surus ſurum ferret, emem defendere poſſet. Feſt.

SVS, a, um, pro ſuus, a, um; vide ſuis locis.

SVSCITABVLVM, incitamentum. Varro ὄν & λύρας:

Phonaſcus adſum, vocî ſuſcitabulum
Cantantiúmque gallû gallinaceus.

Non.

SVSPECTIO, pro ſuſpicio. Terent. Andriâ:

Nam quî tibi incidit iſthæc ſuſpectio.

Idem Eunucho: *Iniuriæ, ſuſpectiones,*

nes , inimicitiæ , inducia , bellum, pax rursum.

SVSPICO, pro suspicor. Plautus Casinâ: *Nunc tu Cleostrata, ne à me memores malitiosè hoc factum , aut susspices , tibi permitto tute sorti.*

SVSPIRITVS, suspirium, suspiratus. Apul. lib. 5. *Verum si rectè coniecto ab isto titubante, & sæpius vacillante vestigio, déque nimio pallore corporis & assiduo suspiritu.* Idem lib. 10. *Pallor deformis, marcentes oculi, lassa genua, quies turbida , & suspiritus , cruciatus tarditate vehementior.*

SVSVM, pro sursum , & *deosum*, pro deorsum , antiqui dixerunt. Glossarium : *Susum* , ἄνω. Varro lib. 1. de R. R. cap. 6. *Qui colunt deosum , magis æstate laborant : qui susum , magis hyeme : Verno tempore in campestribus maturius eadem illa seruntur quàm in superioribus , & celerius hic quàm illic coguntur : nec non susum quàm deosum tardiùs seruntur ac coguntur.* Hinc *susilio* , id est, sursum salio. Plautus Curculione: *Fite causà meâ lydij barbari , susilite obsecro , & mittite istanc foras.* Idem Casinâ: *Vt ille trepidabat , vt festinabat miser , vt susultabat postquam vicit villicus.*

SVSVRRAMEN, susurrus. Apul. lib. 1. de asino aureo: *Magico susurramine amnes agiles reuerti , mare pigrum colligari , ventos inanimes expirare.*

SVTELA , astutia , dolus ; à *suendo :* vnde consuti doli , Plauto in Amphitruone. Idem Casinâ: *Possísne , nécne clam me sutelis tuis Præripere Casinam vxorem , proinde vt postulas.* Et Captiueis : *Quando ego te exemplis pessimis excruciauero, atque ob sutelas tuas Te morti misero.* Glossarium : *Sutela* ἐξαπάτησις, δόλος.

SVTRIBALLVM , & VETERIBALLVM antiqui vocarunt eum , qui calceamenta rupta resarciebat. Glossarium: *ϖαλαιοράφιον, sutriballum.* Item : *ϖαλαιοράφος, veteriuallus.* Iuuenalis Sat. 3.

——— *si rupta calceus alter*
Pelle patet , vel si consuto vulnere crassum
Atque recens limum ostendit non vna cicatrix.

Ad quæ vetus commentator: *consuto vulnere* , id est , à sutriballo sutus.

SVVS , pro eius: *sibi* pro ipsi antiqui dicebant , quod tamen durum est nimis & insolens. Terent. Hecyrâ : *Mater quod suasit sua.* Virg. lib. 4. Æneid.

Tum breuiter Barcen nutritam affata Sichæi ,
Namque suam patriâ antiquâ cinis ater habebat.

Cic. ad Atticum lib. 4. *Vix tamen sibi de mea voluntate concessum est.*

S Y

SYCOPHANTIOSE , sycophantorum more , dolosè. Plaut. Pseudolo: *Ego nec sycophantiosè quicquam egi , nec maleficè , neque istum Pseudolum mortalis qui sit noui , neque scio.*

SYMBOLA, pro Symbolum. Plaut. Sticho: *Eadem symbolam dabo , & iubebo apud Sagarinum cœnam coqui.* Idem Epidico : *Paratæ iam sunt scapulis symbolæ.* Tertull. aduersùs Valentianos : *Vt nautæ ad symbolam sæpè exultant.* Apul. de Philosophiâ: *Eorum quæ pactæ sunt symbolæ.* Terent.

rent. Andriâ: *Quid Pamphilus? Symbolam dedit, cænauit.*

SYMBOLVS, pro ſymbolum. Plaut. Pſeudolo: *Epiſtolam hanc intercepi modò, & ſymbolum. Quem ſymbolum?* Ibidem: *Symbolum hunc ferat lenoni, cum quinque argenti minis.* Ibidem: *Date eum ſymbolum illi.* Et Bacchidibus: *Inſit dicere adulterinum, & non eum eſſe ſymbolum.*

SYNCERASTVM, omne edulium appellarunt, ab antiquo verbo συγχεράννυμι. Plaut. Phagone: *Honos ſyncerasto perit, pernis gloria.* Feſt. Varro lib. 6. de L. L.

SYNGRAPHA, & SYNGRAPHVS. Cic. de aruſp. reſponſ. *Alterum putabo regem, ſi habuerit vnde tibi ſoluat quod ei per ſyngraphan credidiſti.* Plaut. Aſinariâ: *Agedũ oſtende iſtum quem ſcripſiſti ſyngraphum.*

SYRVS, à Græco σύρειν, dicitur quod nos *ſcopas*, ruſtici olim *vros* vocarunt. Varro Marcipore:

Ventique ab axe frigidi ſe irruperant,
Phrenitici Septentrionum filij,
Secum ferentes tegulas, imbres, ſyros.

Non.

T.

T, Pro D, antiqui poſuere, *ſet, quot, aput*, pro ſed, quod, apud, dicentes. In libellis Velij, Romæ in regione S. Euſtachij apud familiam Alberinam: ETIAM. MIRATVS. CVM. AB. AEDIBVS. ESSEM. QVOT. EO. LOCI. SE. CONTVLISSET. QVO. DIDICI. CAVSAS. EXEMTIONIS. SET. ET. RELIGIONIS. MAGNOPERE. A DOMINO. N. IMP. IMPETRASSE. ITA. NE. QVA. MORA. VIDEATVR. PER. NOS. FIERI. In formulâ proſcripti agri: NECESSARIAM. FVISSE. AEDIFICIORVM. INSPECTIONEM. ET. LOCI. DE. QVIBVS. APVT. ME. ACTVM. EST. REIPSA. MANIFESTATVR. Sic contrà, *Quodannis*, pro quotannis. Marmor Ferentinum in via Latinâ in Hernicis: EX QVORVM. REDITV. HS. IV. MCC. QVODANNIS VI. ID. MAII. DIE. NAT. SVO. PERPET. DARETVR.

T, littera ſyllabas, quæ in eam finiunt, variabat apud veteres, hoc eſt, ancipites reddebat: vt docet Martianus Capella. Ennius lib. 1. Annalium:

Nec pol homo quiſquam faciet impunè animatus. Idem lib. 7.

Alter nare cupit, alter pugnare paratus'ſt. Idem lib. 14.

Configunt parmam, tinnit haſtilibus vmbo. Idem lib. 3.

Inde ſibi memorat vnum ſupereſſe laborem.

Lucil. Satyr. lib. 17.

Cætera contemnit, & in vſurâ omnia ponit. Idem lib. 30.

Quid ſibi vult? quare fit intro verſus vt ad te
Spectent, atque ferant veſtigia ſe omnia prorſus?

Virg. lib. 7. Æneidos:

Suſtinet, ac natæ Turnique canit hymenæos. Idem lib. 9.

Dum trepidant, it haſta Tago per tempus vtrumque. Et lib. 50.

Nec tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis. Valer. lib. 2.

Portum demus ait, hæc hoſpita credite puppis *Aduenit Lemno.*

TA.

TA

TABERNA, omne ædificium quod eſt popularis vſus, antiquis vocabatur. Varro de vitâ pop. Rom. lib. 2. *Hoc interuallo primùm forenſis dignitas creuit, atque ex tabernis laneis argentariæ facta.* Non. Horat. lib. 1. Sermon. Sat. 4.

Nulla taberna meos habeat neque pila libellos.

TABIFICABILE, tabificum, Gloſſis τηκεδονικὸν. Accius Medeâ: *Pernici orbificor liberorum letho, & tabificabili.* Cic. Tuſcul. quæſtion. lib. 4. *Atque vt hæ tabificæ mentis perturbationes ſunt.*

TABLINVM, locus proximus atrio, dictus quòd in eo rerum in magiſtratu geſtarum monumenta & publicarum rationum tabulas haberent. Feſt. Plin. lib. 35. cap. 2. *Tablina codicibus implebantur & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum.* Apul. Floridorum lib. vlt. *Medici cùm intrauerint ad ægrum vti viſant, nemo eorum quòd perpulcra Tablina in ædibus viſant & lacunaria auro oblita.* Dicitur etiam *Tabularium.* Hygen. de limit. conſtituend. *Libros æris & typum totius pertice tabellario Cæſaris inferemus.* Idem: *Quidquid aliud ad inſtrumentum menſorum pertinebit, non ſolùm colonia, ſed & tabularium Cæſaris manu conditoris ſubſcriptum habere debet.* Aggenus de finib. *Quanquam in tabulariis formæ earum plurimæ extent.*

TACITVRIRE, ſilentium appetere. Sid. lib. 8. epiſt. 16. *Etſi tacere nondum cœpimus, certè taciturire iam deliberauimus.*

TACTIO, tactus. Cic. Tuſculan. quæſt. 4. *Qualis hæc aurium, tales ſunt & oculorum & tactionum & odorationum & ſaporum.*

TACVITAS, taciturnitas. In lege Futuriâ: SVB NOCTV VOTA TRACTANTO. TIMOREM AMOVENTO. TRISTITIAM SVPPREMVNTO. PRVDENTIAM. TACVITATEM. HABENTO. TENENTO. GESTIVNTO.

TÆDVLVM, faſtidioſum, quod omnibus eſt tædio. Feſt.

TÆNIA, faſcia: Græca eſt vox ταινία, quam Verrius interpretatur ornamentum laneum capitis honorati. Ennius Alexandro: *Volans de calo cum coronâ & tæniis.* Cæcil. Androgyno: *Dum tæniam qua volnus vincirem petit.* Idem ibidem: *Sepolcrum plenum tæniarum.* Accius Neoptolemo: *Decorare eſt ſatis quam vrbem tæniis.* Feſt. Virg. lib. 5. Æneidos: *Puniceis ibant euincti tempora tænIs.* Apul. 8. *Contortis tæniis lanoſi velleris prolixè fimbriatum.* Et lib. 9. *Tæniæ ſparteæ innixus, diſcurſus alacres obirem.*

TÆPOCON, Feſtus ait Græcis fuiſſe genus ſcribendi deorſum, vt nunc dextrorſum ſcribimus. & Cicero lib. 2. de diuinat. *Sibyllam dicit quædam verba ſcripta reliquiſſe, quæ primis ſcrupulorum verſuum litteris conficerentur, atque is modus ab eodem ἀκροστιχὶς appellatur.*

TAGAX, furunculus, à tangendo. Lucil. Satyris:

Et Mutonî manu perſcribere poſſe tagacem. Feſt.

Cic. lib. 6. ad Attic. epiſt. 3. *Eſt enim leuis, libidinoſus, tagax.*

TAGO, pro tango dixerunt antiqui.

Pacuu. Teucro: *Vt ego, ſi quiſquam me tagit, tagam.* Idem Hermione: *Aut non cernam niſi tagam.* In legibus Numæ: PELLEX. ARAM. IVNONIS. NE. TAGITO. SI. TAGAT. CRINIBVS. DEMISSIS. AGNVM. FAEMINAM CAEDITO. Hinc *attigo.* Plaut. Epidico: *Cædo tu vt exſoluam: Ne attigas.*

TALASSIONEM, in nuptiis ſignum eſſe lanificij Varro ait, hoc enim nomine quaſillum, ſeu calathum, vas vtique lanificiis aptum, nuncuparunt. Solebant autem dum ad virum deduceretur noua nupta, nuces flagitare, quas pueri iacientes paſſim feliciter adclamabant, Talaſsúmque modulatis carminibus accinebant, ſicut Græci ὑμὴν ἰὼ ὑμεναὲ, ἰὼ ὑμὴν: quem morem inoleuiſſe opinati ſunt, quaſi felicem vt Thalaſſium (cui Sabina virgo honeſtæ formæ in raptu contigit) ſponſum futurum ominentur, dignámque eſſe, quæ Thalaſſio, viro admodum fortunato, nubat, his vocibus ſignificari.

TALE, pro talis. Titin. Setinâ: *Accede audacter ad ſponſum, virgo nulla eſt, tale ſi eſt.* Non.

TALEÆ, præſegmina & ſciſſiones lignorum, Gloſſis σχίδακες. Varro lib. 1. de R. R. cap. 40. *Demum in oleaginibus ſeminibus arboris videndum vt ſit de tenero ramo, ex vtraque parte æquabiliter præciſum, quas alij clauolas, alij Taleas appellant.* Cato de R. R. cap. 45. *Taleas oleaginas quas in ſcrobe ſaturus eris tripedaneas decidito.* Plin. lib. 17. cap. 17. *Seruandum in eo ante omnia, vt taleæ fiant ex feracibus arboribus nec curuæ, néve ſcabræ, aut bifurcæ.* Hinc *Intertaliare*, verbum ruſticum, quod eſt, diuidere, ſeu incidere ramum.

TALIPEDARE, vacillare pedibus, & quaſi talis inſiſtere. Luor. lib. 3.

Tum quaſi talipedans primum conſurgit, & omnes
Paullatim redit in ſenſus.

TALITER, ſic, tali modo. Symm. lib. 5. epiſt. 45. *Sed profiteor tua opera fieri, vt taliter vigeat exiſtimatio mea.* Sid. lib. 9. epiſt. 14. *Me certè taliter conſulis.*

TALLÆ, vel THALLI, folliculi in cæpis, aut allio. Gloſſarium: *Talla,* κρομμύου λέπυρον. Lucil. Satyr. lib. 5.

Flebile ſæpè ſimul, lacrymoſaque ordine tallæ. Feſt. Non.

Colum. lib. 11. cap. 3. *Talli cæparum vento proſternentur, totúmque ſemen excutietur.* Apul. 11. *Exin gaudio delibuti populares, thallos, verbenas, corollas ferentes.*

TALLIARE, ſecare: vnde *Tailler* Galli, *tagliare* Itali. Autor de finib. *Terminus ſi aliquam ſciſſuram, ſeu talliaturam habuerit, montem ſciſſum,* id eſt, *talliatum oſtendit, & limes ille finem tranſit.*

TAM, pro tamen. Næuius: *Qui ſi taceat, dum videat tam etiam ſciat quid ſcriptum ſit.* Ennius:

Ille meæ tam potis pacis potiri.

Titinius: *Benè cùm facimus, tam malè audimus, vt quidem perhibent viri.* Idem: *Quanquam eſtis nihili, tam eſcator ſimul vocis conſului.* Feſt.

TAMA, tumor pedum ex labore vię. Lucil. Satyris:

Inguen ne exſiſtat, papulæ tama, nè boa nexit. Idem.

TAMDE, pro tam. Lucil. Sat.

Quenquam conſequitur febres capitiſque dolores.

Tamde

Tamde mihi infesti, quàm Rhondes Icadióque. Fest.

TAME, in saliari carmine positum pro *tam*: sicut & *cume* pro cum: vt ait Q. Terent. Scaurus.

TAMEN, pro tandem. Pacuu. Peribœa: *Tandem obfirmato animo miteſcit metus.* Saluſt. hiſtor. lib. 3. *Nam qui enare conati fuerunt icti ſapè ferramentis nauium, tamen aut vulnerati à ſuis, aut afflicti vndarum vi, multato fœdè corpore poſtremo periere.* Non. Interdum pro ſtatim. Virg. Bucolicis:

Hìc hædos depone, tamen veniemus in vrbem.

Nonnunquam pro duntaxat. Terent. Hecyrâ: *Quod potero faciam, tamen vt pietatem colam.* Donat.

TAMINIA, vua ſilueſtris. Feſt. Plin. lib. 23. cap. 1. *Aſtaphis agria, ſiue ſtaphis quam aliqui taminiam vocant falsò, matureſcit in vindemia, nigreſcítque, cùm taminiæ rubentis norimus acinos: Labruſcam quoque ornanthem fert, hanc potius credíderim, quàm vulgus vuam taminiam vocat.*

TAMMODO, tantummodo, Prænestinis. Solebant enim cum riſu audientium decurtare Prænestini vocabula Latina, vt conſtat ex Plauti Truculento, vbi Stratilax ſeruus: *Rhabonem*, inquit, *habeto, mecum vt hanc noctẽ ſies.* AST. *Quin tu arrhabonem dicis?* S T. *Ac facio lucri, vt Prænestinis conia eſt ciconia.* Sic ibidem: *Dicax ſum factus, iam ſum villator probus*, pro cauillator.

TAMNE, pro vſque adeóne, vt Ælius Stilo, & Opilius Aurelius interpretantur. Afranius: *Támne arcula tua plena eſt aranearum.* Feſt.

TANDEM, pro tamen. Titin. Gemina: *Sin forma odioſa n, tandem moribus vt placeam viro.* Non.

TAPVLLAM legem conuiualem ficto nomine conſcripſit iocoſo carmine Valerius Valentinus: de quo Lucil. in Satyris:

Tapullam rident legem congerra opimi. Feſt.

TARDERE, pro tardare. Scal.

——— *tardet ingenuus.*

TARDITIES, & TARDOR, tarditas. Accius Diomede: *Multa amittuntur tarditie & ſocordiâ.* Varro Bimargo: *Ne me pedatus verſuum tardor.* Non.

TARDITVDO, tarditas. Accius Alcmæone: *Atque eccos ſegnes ſomno atque tarditudine.* Plaut. Pœnulo: *Quòd eſtis pigri, vincitis cochleas tarditudine.*

TARMES, vermiculus lignum exedens, aliàs *teredo* dictus. Plaut. Moſtellariâ: *Quia ædepol ambo poſtes ex infimo tarmes ſecat.* Vitruuius: *Sed ea quod habet plus caloris procreat & alit tarmitem, ab eóque vitiatur.*

TARTARINVS, horrendus, terribilis. Ennius annal.

Corpore tartarino prognata palude virago.

Varro lib. 6. Analog. probus ad eclogam 6.

TATAM, patrem, *mammam* matrem, ruſticorum pueri appellabant: vnde *atauus*, quaſi tatauus, quòd ſit tata aui. Martialis lib. 1. epigr.

Mammas atque tatas habet Afra:
ſed ipſa tatarum
Dici & mammarum maxima mamma poteſt.

TAVRA, vacca ſterilis. Varro lib. 2. de R. R. cap. 5. *Diſcernuntur in primâ,*

mâ, vitulus & vitula; in ſecundâ, iuuencus & iuuenca; in tertiâ & quartâ, taurus & vacca, quæ ſterilis eſt vacca, taura appellata: quæ prægnans, horda.

TAX, fictum à plagarum ſono verbum. Næuius Agitatoriâ:

Age ne te mihi aduerſari dicas, hunc vnum diem
De me ſequor, ſinam ego illos eſſe tax tax: poſtea
Currentes ego illos vendam niſi tu viceris. Soſipater lib. 2.

Plaut. Persâ: *Diu quòd benè erit die vno abſoluam; tax tax tergo meo erit, non curo.*

TAXARE, tangere, leuiter perſtringere, ſignare. Autor de limit. *Terminus à ferro taxatus ſi fuerit, & ſubditum nihil habuerit, Epilogonium nuncupatur.* Auctor ordin. finit. *Petræ ſi duæ aut tres vel quatuor taxatæ non perdolatæ à ferro in quadrifinio inuentæ fuerint ab Oriente per conuallia limitem oſtendunt.* Vulgo *Taxare*, eſt pretium conſtituere. Sicul. Flacc. de cond. agr. *Si vtriſque poſſeſſoribus conueniat vt finales arbores deiiciant, aut vt precia taxent.* Idem: *Modum pro modo ſecũdùm bonitatem taxabant.* Aggenus de Agrimenſ. *Nec vendentes ex exceptis ſuis, aut ementes adiicientéſque ad acceptas ſuas certum modum taxauerunt.*

TAXIM, ſenſim & occultè. Pompon. Buccone adoptato: *Clandeſtino taxim tacitè perſpectari periculum.* Lucil. Satyrarum lib. 7.

Sunauit taxim nares, delphinus vt olim. Non.

TE

TECVM, & MECVM, pro te, me. Terent. Hecyrâ: *Egi atque orani tecum, vxorem vt duceres.* Ibidem: *Quamobrem tecum orabam.* Plaut. Curculione: *Tecum oro & quæſo.* Aſinariâ: *Hoc iube petere atque orare mecum.* Caſinâ: *Atque ego cenſui abs te poſſe hoc mecum impetrare.* Ibidem: *Si is mecum oraret.* Gell. lib. 20. *Sed quæſo tecum tamen, digrediare paulliſper è curriculis iſtis.*

TEGILE, tegumentum, ſubligaculum. Apul. lib. 9. *Nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem intecti, cuncti tamen ſic tunicati.*

TEGILLVM, cuculliunculum è ſcirpo. Varro Seſquiulyſſe: *Iugere volitans miluus viſus, aquam è nubibus tortam indicat adfore, vt tegillum ſibi paſtor ſumat.* Apul. lib. 9. *Nonnulli exiguo tegillo tantummodo pubem intecti.* Plaut. Rudente: *Tegillũ eccillud vnum mihi areſcit, id ſi vis dabo, eodem amictus, eodem tectus eſſe ſoleo, ſi pluit.*

TEGVMEN, tegumentum. Apul. lib. 9. *Prænimia paupertate ne ſibi quidem, nedum mihi poſſet ſtramen aliquod vel exiguum tegmen parare.*

TELETA, expiatio dicitur, conſecratio, ſacrificium. Suidas docet teletam eſſe ſacrum maximum ac pretioſum: ex eo dictum, quòd multa in teletis abſumuntur: nam τελέειν dicũt Græci τὸ δαπανᾶν. Apul. lib. 11. *Indidem mihi prædicat quæ forent ad vſum teletæ neceſſaria.* Ibid. *Imò verò miſta ratio numinis relligioniſque eſſet, tamen teletæ diſcrimen intereſſe maximum.* Et: *Et cogor tertiam quoque teletam ſuſcitare.* Item: *Et lege perpe*

perpetuâ præſcriptis illis decem diebus ſpontali ſobrietate multiplicatis inſtructum teletæ comparo.

TEMERITER, temere. Accius Amphitruone: *Hoc in re eſt, quòd tu tam temeriter meam beneuolentiam interiiſſe es ratus?*

TEMERITVDO, temeritas. Pacuu. Duloreſte: *Egón' tyrannum noui temeritudinem?*

TEMERVS, temerarius. Accius διδασκαλικῶν lib. 2. *Ceu Euripides, qui choros temerus duxit in fabulis.*

TEMETVM, vinum. Pomponius Decimà: *Non multi temeti, ſed plurimi.* Nonius duobus doſſenis: *Sequere præ, min ate, ſequere temeti timor.* Feſt. Pl. Aulularià: *Cererin' Strobile iſtas facturi nuptias? quia temeti nihil allatum video.* Idem Truculento: *Siue adeò caret temeto; tamen ab ingenio eſt improbus.* Horat. lib. 2. epiſt. 2.

——das nummos, accipis uuas,
Pullos, oua, cadum temeti.

TEMPERI, maturè; à tempus, temperis: vt pigneris, à quo pignerare. Plaut. Aulularià: *Feſtinate nunc iam quantum lubet: Temperì poſtquam fuſtibus impleuiſti iſtorum caput.* Idem Amphitruone: *Quâ de re? num ſatis temperì? non quiuis ociùs.* Et Pſeudulo: *Temperì ego faxo ſcies, nolo bis iterare.* Rudente: *Vigilare oportet hominem qui ſua vult temperì conficere officia.* Sticho: *Atque ei dicito me hodie venturum, vt cœna coquat temperì.* Trinummo: *Temperì huic hodie anteueni.* Cato capite 2. de R. R. *Satiſne temperì opera ſient confecta.* Hinc *Temperius*, ideſt, citius, Gloſſis ἐνωρότερον. Cicero: *Memini te mihi Phaneæ cœnam narrare: temperiùs fiat, cætera eodem modo.* Ouid. lib. 4. Metamorph.

——modò ſurgis Eoo
Temperius cælo, modò ſeriùs incidis undis.

Colum. lib. 9. *Ante crepuſculum propter cibi ſpem temperius ad officium redeant.*

TEMPESTAS, pro tempore. Pacuu. Teucro: *Quàm te poſt multis tueor tempeſtatibus.* Non. Saluſt. bell. Iugurth. *Eâ tempeſtate in bello fuere plures noui.* Plaut. Moſtellaria: *Cis herclè paucas tempeſtates, Tranio, augebis ruri numerò genus ferratile.*

TENACIA, perſeuerantia, duritia: vnde *Pertinacia.* Ennius Hectoris lytris: *Duce quadrupedem iugo inuitum, doma infrenum, & iunge validè, quorum tenacia infrenabilis.* Non.

TENDOR, tenſio. Apul. lib. 4. *Lamentata ſic, & animi dolore, & faucium tendore, & corporis laſſitudine defatigata, marceſcentes oculos demiſit ad ſoporem.*

TENEBRA, tenebræ. Lampr. in Commodo: *Caligo ac tenebra in circo oborta eſt.* Gloſſarium: *Tenebra, ζόφος.*

TENEBRICVS, & TENEBRICOSVS, à tenebris. Pacuu. Duloreſte:

Nam te tenebrica ſæpè lacerabo fame
Clauſum, & fatigans artus torto diſtraham.

Accius apud Cic. Tuſc. quæſt. lib. 2.

Hæc à tartariâ tenebricâ abſtractum plagâ
Tricipitem eduxit, hydra generatum canem.

Varro lib. 3. de R. R. cap. 9. *Eas includunt in locum angustum & tepidum*

dum & tenebricosum.

TENEBRIONES, & NEBVLONES, dicti sunt qui mendaciis atque astutiis suis tenebras nebulámque obiicere incautis solent: seu quia his ad furta fugámque tenebræ ac nebulæ accommodata sunt maximè & vtilia. Afranius epistula: *Huc venit fugiens tenebrionem Tyrium.*

Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων: *Si & reus & accusator erunt tenebriones, vterque vtrumque vituperato.* Idem ταφῇ μενίππῳ: *Saltem infernus tenebrio ναὸς δαίμων teneat, atque habeat homines sollicitos quòd eum peius formidant quàm fullo vlulam.* Idem γεροντοδιδασκάλῳ: *Marcus Curius Cos. in Capitolio cùm delictũ haberet, nec citatus ciuis respondisset, vendidit tenebrionem.* Non.

TENERASCERE, tenerum fieri. Lucr. lib. 3.

Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem Confingent.

TENERITVDO, teneritas, mollicies. Varro lib. 1. de R.R. cap. 36. *Sin ſiccitates ſint, & terra habet teneritudinem ſarrire vineas.* Sid. lib. 4. epiſt. 3. *Quod & teneritudinem quamquam continuata maturitas admittit.* Et epiſt. 6. *Inchoarétque apud animorum matronalium teneritudinem ſolemnitas expetita vileſcere.* Epiſt. 9. *Auitâ teneritudine, maternâ diligentiâ, paterna benignitate.*

TENSA, vehiculum argenteum, aut eburneum, quò Deorum exuuiæ ludis Circenſibus cum pompâ ordinum & officiorum in circum & puluinar vehebantur. Sinnius Capito. Feſt. Aſcon. Liuius lib. 5. *Quæ auguſtiſſima veſtis eſt tenſas ducentibus, triumphantibúſque ea vetiſti medio ædium ſedêre eburneis ſellis.* Titin. Barbato: *Vide tenſam atque mulos, ſine cum pedibus graſſari.* Sueton. Iulio Cæſare cap. 76. *Sedem auream in curiâ & pro tribunali tenſam, & ferculum Circenſi pompâ, templa, aras, ſimulacra iuxta Deos, puluinar, ſtaminem, Lupercos, appellationem menſis è ſuo nomine, & nonnullos honores ad libidinem cepit ac dedit.* Idem Octauio Auguſto cap. 43. *Accidit votiuis Circenſibus vt correptus valetudine lectícâ cubans tenſus deduceretur.* Et Veſpaſ. Aug. cap. 5. *Nunciabantur & ex vrbe præſagia, Neronem diebus vltimis monitum per quietem vt tenſa Iouis Opt. Max. è ſacrario in domum Veſpaſiani deduceretur.*

TENTA, pro extenſa. Lucil. Satyrar. lib. 6.

Tres à Deu-calione grabati reſtibu' tenti. Idem lib. 30.

Hic & muſcipulæ tentæ atque vt ſcorpiu' caudâ Sublatâ.

Idem lib. 11.

Hic vbi conſeſſum pelléſque vt in ordine tentæ. Lucr. lib. 2.

Tympana tenta ſonant palmis & cymbala circum Concaua.

Idem lib. 6.

Denique in ore iacens rictu frons tenta manebat.

TENTAMENTVM, tentatio; tentamenti gratia, πείρας χάριν, tentandi ac periclitandi causâ. Gell. lib. 9. cap. 15. *Exponit igitur tentamenti gratiâ controuerſiam parum conſiſtentem, quod genus Græci ἄπορον vocant.* Symm. lib. 6. epiſt. 24. *Et amicitiam poſtulatam non in longi vſus tentamenta procraſtines.* Et epiſt. 66. *Ipſam hominis noſtri epiſtolam miſi, tentamenti inſolentiam de eius moribus*

bus æſtimetis.

TENTIPELLIVM Artorius ait eſſe calceamentum ferratum, quo pelles extenduntur. Afran. Promo: *Pro manibus credo ego eos habere tentipellium.* Verrius ait Titinium exiſtimare medicamentum id eſſe quo rugæ extenduntur, cùm ait: *Tentipellium inducitur, rugæ in ore extenduntur: cùm ille* προπικῶς dixerit. Gloſſarium: *Tentipellium, φάρμακον πρὸς ῥυτίδας.*

TENVS NVBIVM, pro nubibus, vſque ad nubes. Apul. Florid. lib. 1. *Aquila enimuero cùm ſe nubium tenus altiſſimè ſublimauit.* Idem lib. 11. Metam. *Et humeris dependebat pone tergum talorum genus precioſa chlamyda.* Virg. Georg. lib. 3.

Et crurum tenus à mento palearia pendent.

TENVS, gen. n. laqueus, tendicula. Plaut. Bacchid. *Nunc ab tranſennâ hic turdus lumbricum petit, pendebit hodie polcrè, ita intendi tenus.*

TEPORVS, tepidus. Sid. lib. 9. epiſt. 16. *Quam duodecimum noſtrum (quem Numæ menſem vos nuncupatis) Fauonius flatu tepore pluuiúſque natatibus maritaret.*

TERE O, pro tero. Tibullus:

Aut operi inſuetas atteruiſſe manus.

Tacit. hiſt. 2. *Mox atteritis opibus lubrico ſtatu.* Sic *congrueo.* Terent. Heautont. *Ne nos inter nos congruere ſentiant.* & *Excelleo.* Cic. Oratore: *Quantum inter omnes vnus excelleat.* Et in Lælio: *Quamuis licèt excelleas.*

TERGINVM, ſcutica. Gloſſis σκυτάλιον. Lucil. Satyr. lib. 28.

Orationem facere compendi potes,
Solui dum ſaluo tergo & tergino licet. Non.

Plaut. Pſeudolo: *Nunquam edepol voſtrum durius tergum erit, quàm terginum hoc meum.*

TERGVS, pro tergum. Plaut. Aſinariâ: *Habeo credo familiarem tergum, ne quæram foris.*

TERMENTVM, detrimentum. Plaut. Bacchidibus: *Non Pelides termento fuit, præut ego herum expugnabo meum.*

TERMES, limes qui tres pedes excedit. Vitalis & Arcadius: *Si tamen curſorius non eo lapide aut colore fuerit, quo & triſinius, aut quadriſinius, duos lapides inuenies finales, qui terminus dici non poteſt, eo quòd plus tres pedes habeat, ideóque termes dici debet.*

TERMONEM, pro termino dixit Ennius lib. 7. annal.

——— vna trabes remis roſtrata per altum
Ingenti vadit curſu quæ reddita' termo eſt.

Varro lib. 6. de L. L. Idem:

Hortatore bono, priu' quàm de finibu' termo. Feſt.

TERRA GALLIA, terra Græcia, pro Gallica, Græca. Cæſar lib. 1. de bello Gall. *Eam rem non minus ex vſu terræ Galliæ, quàm pop. Rom. accidiſſe.* Liuius lib. 39. *Si quis eorum qui tum extra terram Italiam eſſent, nominaretur.* Gell. lib. 7. cap. 5. *Hiſtrio Polus in terrâ Græciâ fuit.* Et lib. 9. cap. 4. *In montibus terræ Indiæ.* Et cap. 3. *Philippus terræ Macedoniæ rex.* Idem lib. 10. cap. 16. *Qui ex terrâ Phocide fugati ſunt.* Plaut. Trinummo: *Terram Arabiam circumuecti ſumus.* Sic Catullus, *Myrtus Aſiâ.* Varro, *Libya citrus.* Saluſt. lib. 4. *Galliæ mulieres.* Plaut. Merc. *Mulier meretrix.* Et Athenæus, ac Plutarchus, γυνὴ γαμετὴ, ideſt, *mulier vxor.* Home-

rus, νηῦσι φριμνῆσι, nauibus puppibus, dixerunt.

TERRAS FILII, pro terræ. Næu. lib. 1. belli Punici:

Titani quo modo & bicorpores Gigantes, Mimus,
Ephialtes, Rhætus, atque Purpureus, filij Terræ.

Prisc. *Cæli & terræ prolem Titanas faciunt.* Orpheus in hymnis: τιτῆνες, inquiens, γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἄγλαα τέκνα. Et Æschylus in Prometheo: τιτᾶνες οὐρανό τε καὶ χθονὸς τέκνα. *Terræ* verò & *Tartari*, Hygenus: *Ex Terrâ & Tartaro Gigantes, Enceladus, Cæus*, &c. Et Claudianus in Gigantomachiâ:

Terra parens quondam cælestibus inuida regnis
Titanique simul crebros miserata dolores
Omnia monstrifico complebat tartara cœtu.

TERRICVLÆ, & TERRICVLA. Accius, ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ: *Vbi nunc terricula sita sunt?* Idem Telepho: *Proinde tu hæc aufer terricula, atque animum iratum comprime.* Non.

TERRIFICARE, pro terrere. Lucr. lib. 1.

Et quæ res nobis vigilantibus obuia mentes Terrificat.

Idem lib. 4.

Atque eadem nobis vigilantibus obuia mentes Terrificant.

Virg. lib. 4. Æneid.

——cæcique in nubibus ignes
Terrificant animos.

TERTA, pro tersa. Varro ἔχω σε ἢ σοὶ τύχης: *Atrei terta nitet galea.* Idem in Catone, vel de liberis educandis: *Alij sunt circumtonsi & terti atque vncti, vt mangonis videantur serui.* Non.

TERTIATA VERBA, imperfecta, vix tertia parte prolata. Apul. lib. 5. *Treménsque & exsangui colore lurida, tertiata verba semianimi voce substrepens, sic ad illas ait.*

TESCA, Varro ait esse loca augurio designata; Opilius consecrata Diis, quæ non aperta sunt, sed vndique septa. In libris Pontificialibus: TEMPLVM. QVE. SEDEM. QVE. TESCVM. QVE. LOCVM. ALIQVOI. DEO. NONCVPATVM. DEDICAVERIT. VTEI. EOS. ADHIBESSIT. VOLENS. PROPITIOS. QVE. Fest. In inauguratione templi: TESCA DVMECTA SVNTO QVOAD EGO CASTE LINGVA NVNCVPAVERO. Varro lib. 6. de L. L. Hostius bello Histrico:

Per gentes latè æthereas ac tesca volabis
Templa antiqua Deûm.

Sunt & *Tesca* ardua & difficilia accessu loca. Accius Philoctetâ: *Quis tu es mortalis, qui in tesca Lemni te apportas loca?* Idem ibidem:

——qui Lemni asperа
Tesca tuere, & celsa Cabirum
Delubra tenes, mysteriaque
Pristina castis concepta sacris,
Et Volcania templa sub ipsis
Collibus.

Varro lib. 6. de L. L.

TESTATIM, minutatim, à testâ. Pomponius Verre ægroto: *Iam istam colaphis comminuissem testatim tibi.*

TESTICVLARI, iumentis maribus fœminas admouere, & contrà. Fest.

TESTV,

TESTV, pro teſta. Gloſſæ : *Teſtu, ὄστρακον*. Nummius Auellanâ : *Iunius ad ſpectacula eſt, videre in teſtu quantum ſit caput.* Flau. Caper. Afranius : *Indignum verò, dum calet teſtu.* Chariſ. lib. 1. Ouid. Faſtorum lib. 2.

Ara ſit, huc ignem curto fert ruſtica teſtu. Et lib. 5.

Et ſpumat teſtu preſſus vterque ſuo.

Cato de R. R. cap. 75. *In foco calido ſub teſtu coquito leniter.* Hinc

TESTVACEVM, genus libi quod in teſtu calido coquebatur. Varro lib. 4. analogiâ : *Libum dictum quod libaretur priuſquam eſſet coctum, Teſtuaceum, quod in teſtu calido coquebatur, vt etiam nunc Matralibus faciunt Matronæ.*

TESTVDINES, concamerata vocantur in ædificiis loca. Siſenna hiſt. lib. 4. *Caius Titinnius quidam primò ante teſtudinem conſtitit, deinde apud conſulem cauſam & excuſationem proferre cœpit.* Virg. Æneidos lib. 1.

In foribus Diuæ mediâ teſtitudine templi.

Dicitur & multitudo militum ſcutis inſtar teſtudinum tecta. Liu. lib. 1. ab vrbe : *Galli teſtudine factâ confecti ſtabant.*

TETINI, pro tenui. Pacuu. Hermionâ : *Sub iudicio quoque omnes gradus tetinerim.* Idem Medo : *Credo quorſum iter tetiniſſe aiunt?* Accius Clytemneſtra : *Vt quæ tum abſentem rebus dubiis coniugem tetinerit, nunc prodat vltorem.* Non.

TETRICVM, ſeuerum. Varro τῦ παιδὸς παιδίον, ἢ περὶ παιδοποιίας : *Etiamſi audiſſet, reddere potuiſſet mulieri tetricæ.*

TETRITVDO, & TETRITAS; deformitas, grauitas. Accius Philoctete : *Quod ted obſecro, ne iſthæc aſpernabilem tetritudo mea me inculto faxit.* Ouid. ad Piſonem :

Talis ineſt habitus, qualem nec dicere mœſtum
Nec fluidum, latâ ſed tetricitate decorum Poſſumus.

TETRO, fœdo, polluo. Pacuu. Peribœâ : *Belluarum ac ferarum aduentus ne tetret loca.* Marcell.

TETVLIT, pro tulit. Accius Andromedâ : *Donec tu auxilium Perſeu tetuliſti mihi.* Ennius lib. 1. ann.

Ilia dia nepos, quas ærumnas tetuliſti?

Cæcil. Hypobolimæo : *Ærumnam pariter tetuliſti meam.* Lucr. lib. 6.

Vt tempeſtates pluuiæ grauiore coortu
Sunt, vbi fortè ita ſe tetulerunt ſemina aquarum.

Terent. Andriâ : *Nam ſi hoc ſciſſem, nunquam huc tetuliſſem pedem.* Plaut. Rudente : *Tetuli ei auxilium, & lenoni exitium ſimul.* Ibidem : *Næ iſte haut ſcit quam conditionem tetulerit.* Idem Menæchmis : *Conditiones tetuli tortas, confragoſas.* Idem Pſeudolo : *Opémque herili ita tetulit.*

TEXTERNA, textrinum. Apul. Florid. *Veſtem de texternâ emere, baxeas de ſuterna præſtinare.*

TEXTRINVM, antiqui etiam vocabant locum vbi naues fabricabantur; & texere naues dicebant, pro fabricare. Ennius annalibus :

Idẽ cãpus habet textrinũ nauibu' lõgis.

Cic. de Orat. Virg. lib. 11. Æneid.

Bis ſenas Italo texemus robore naues.

Plin. lib. 13. cap. 11. *Ex ipſo quidem papyro nauigia texunt.* Ouid. epiſtola 15.

Texitur & coſtis panda carina ſuis.

TEXTVM, textura. Accius Ny-

Ægreſia: *Scindit aurea laterum ſexta Volcanus vorax.* Lucr. lib. 6.
Cogitur offenſare igitur pulſareque fluctu
Ferrea texta ſuo.
Idem libro eodem:
Propter diſſimilem naturam textaque rerum.
Virgil. lib. 8. Æneidos:
Haſtámque & clypei non enarrabile textum.
Martialis lib. 5. epigram.
Et nona matrum vimineo fertur texto.
Catullus:
Tinea coniungens inflexa texta carina.

T H

THALLVS, vide *Talla.*
THESAVRVS, antiquis λάκκος, id eſt, foſſa, lacus. Epitaphium Næuij ex Gellio, lib. 1. cap. 24.
Mortales immortales flere ſi foret fas,
Flerēt diuæ Camœnæ Næuiū poëtam,
Itaque poſtquam eſt Orcino traditus theſauro,
Oblitæ ſunt Romæ loquier lingua Latina.
Ennius Iphigeniâ: *Acherontem obire, vbi mortis theſauri obiacent.* Item, copia & abundantia cuiuſque rei. Plaut. Mercat. *Tu quidem theſaurum hunc mihi apportaſti mali.* Ibid. *Non hominem mihi, ſed theſaurum, neſcio quem, memoras mali.* Et Amphitr. *Teneo hunc theſaurum ſtupri.* Apul. Met. lib. 5. *Theſaurum penitus abditæ fraudis vultu lato tegentes.*
THIASITAS, ſodalitas. Feſt.
THOMICES, appellantur cannabi impolito & ſparto leuiter contorto reſtes, vnde funes fiunt. Lucilius: *Iudimus ei thomices canabinas.* Feſt. Plaut. Mercatore: *Quia negotioſi eramus, nos noſtris negotiis, armamentis, componendis thomicibus.* Plin. lib. 17. cap. 10. *Thomice moris ſpinarum circumlita. Tumiclas* vocauit Apul. lib. 8. *Et illico me tumicla ſpartea deligatum tradidit Philebo.*
THRÆCES, gladiatores, ab ſimilitudine par mularum Thraciarum. Feſt.

T I

TIMEFACTVS, perterritus. Pacuu. Peribœâ: *Triplici timefactus mœrore animus incertè errans vagat.* Lucr. lib. 2.
His tibi cum rebus timefactæ relligionis
Effugiunt animo pauidæ mortiſque timores.
TINÆ, vaſa vinaria. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. *Antiquiſſimi in conuiuiis vtres vini primò, poſtea tinas ponebant.* Non.
TINNIRE, acutè clamare. Plaut. Pœnulo: *Matronæ tacitæ ſpectent, tacitæ rideant, canorâ hîc voce ſuâ tinnire temperent.*
TINTINNABVLVM, præter volgatam ſignificationem, genus eſt vehiculi, quo ſordes euehuntur. Lucil. Satyr. lib. 15.
Tintinnabulum abeſt hinc, ſirpiculæque olerorum.
Plaut. Pſeudolo: *Lanios inde accerſam duo cum tintinnabulis, Eadem duo greges virgarum indidem vlmearum adegero.*
TIPPVLA, araneus aquatilis. Feſt. Ponitur pro re leuiſſimâ. Varro Bimargo: *Vt tippula leuis lympharum frigidos tranſit lacus.* Plaut. Pœnulo: *Noui omnes, ſunt lenæ leuiſidæ, neque*

neque tippulæ leuius pondo est, quàm fides lenonia.

TIS, pro tui. Plaut. Milite: *Lamentari ait illam miseram, cruciari, & lamentantem se affligere, quia tis egeat.* Pseudolo: *Duorum labori ego hominum parsissem lubens, Mei te rogandi, & tis respondendi mihi.*

TITANI, pro Titanes. Nævius bel. Pun. lib. 1: *Inerant signa expressa, Titani quomodo & bicorpores gigantes, Minas, Ephialtes, Rhætus atque Purpureus, filij terræ.* Prisc. Plautus Persâ: *Quid ergo faciam? Diis ne aduersor, quasi Titani cũ diis belligerem? quibus sat esse non queo.*

TITINNIRE, & TINTINARE, tinnitum edere. Nævius: *Tantum ibi molæ crepitum faciebant, tintinabant compedes.* Afran. Vopisco: *Ostiarij impedimenta titinnire audio.* Fest. Catullus ad Lesbiam:

Titinnant aures, geminâ teguntur
Lumina nocte.

TITIVILLITIVM. Fulgentius ait esse fila putrida, quæ de telis cadunt. Festus verò rem nullius omnino ponderis & valoris, vt Græcis βλίτυες, καὶ σκινδαλαφῶ. M. Cornutus in Satyrâ:

Titiuillitij sat cedo tibi.

Plaut. Casinâ: *Non ego istuc verbum emsitem titiuillitio: nam omnes mortales Deis sunt freti, sed tamen vidi ego Dijs fretos multos decipi.*

TITVLI, quasi tutuli, milites dicti à tuendo patriam. Vnde & Titi prænomen apud Romanos ortum primitus. Fest. Persius:

Hic ne more probo videas nec voce sonorâ
Ingentes trepudare titos.

T M

TMESIN, siue sectionem vocum cùm simplicium tum compositarum antiqui licenter admodum vsurparunt. Ennius lib. 6. annal.

——————— telo
Transfigit corpus, saxo cere-comminuit-brum. Idem lib. 3.
De-que-totondit agros latos, atque oppida cepit. Sempr. Gracchus:
Præfractè oblatam stultum est medisspernere - cinam.
Pomponius:
Lamen - color - tatrici mutat, lacrymis
Se falsis lauitat, emta tundit dextera Pectus.
Iulius Proclus in elegiis:
Clausa sagi - fera - nant, id est, clausa fera saginant. Calpurnius Piso lib. 2. Varro lib. 3. de R. R. cap. *Excandeme - fecerunt cupiditate.* Et: *Arehos - facies.* Idem libro 2. cap. 9.
Consue-quoque-faciunt canes vt alligari possint.
Ibidem: *Quæ sale perferre - ita - fit.* Cato: *Ferue - bene - facito.* Virgilius:
——— *Septem - subiecta - trioni.*
Cic. ad Attic. lib. 1. *Per mihi per inquam gratum feceris.* Idem lib. 5. *Per mihi erit gratum.* Salust. Catilinâ: *Cuius - rei - libet simulator.* Plaut. Amphitr. *Qua - ista - propter dicta dicuntur mihi.* Et Curcull. *Si quid super - illi - fuerit.* Idem: *Qui remcuro - publicam.* Lucilius lib. 30.
Curiatam se vni cui sit data de - quedicata. Ibidem:
Illuuies scabies oculos huic de - quepetigo *Conscendere.*

Auson.

Auſon. epiſt. 5. ad Theonem:

Lucani - villa mox potieris - aco:
Reſciſſo diſcas componere nomine verſum,
Lucilî vatis ſic imitator eris.

TO

TOCVLLIO, fœneratur, ἀπὸ τῦ τοκῦ, à fœnore. Cic. lib. 2. ad Attic. epiſt. 1. *Ad Octauium dedi literas, cum ipſo nihil ſum locutus, neque enim iſta tua negocia prouincilia eſſe putabam, neque te in tocullionibus habebam, ſed ſcripſi, vt debui, diligenter.*

TODI, genus auium parruarum: inde *todillus* dicitur, id eſt, paruus. Plaut. Syro: *Cum extritis talis, cum todillis cruſculis.* Feſt. Priſc. lib. 3.

TOGA, pro tecto poſitum accipe. Titin. Geminâ: *Syrus cum ſcorto conſtituit ire, claues illico abſtrudi iubeo, ruſticæ togæ ne ſit copia.* Non.

TOLLENNO, machinæ genus, qua trahitur aqua, alteram partem prægrauante pondere. Gloſſarium vocat κηλώνιον, vulgus *Ciconiam.* Plaut. Aſtrabâ: *Quaſi tollenno vel pilum Græcum reciproces planâ viâ.* Feſt. Liu. lib. 8. belli Maced. *Collectis rurſum animis, in ariete, tollenonibus, libramenta plumbi, aut ſaxorum, ſtipitéſve robuſtos incutiebant.* Plin. lib. 19. cap. 4. *Hortos villæ iungendos non eſt dubium, riguóſque maximè habendos, ſi contingat profluo amne, ſi minùs, è puteo pertica organíſve pneumaticis, vel tollenonum hauſtu rigandos.*

TOLLES, tumor in faucibus, cuius diminut. *Tonſillæ.* Gloſſarium: *Tolæ & Tolia,* παιδιαὶ. Feſt. Iſid. lib. 11. cap. 1. Seren. Samonicus cap. 16.

Quos autem vocitant tolles, attingere dextrâ
Debebis, quâ gryllus erat preſſante peremptus.

TOLVTILOQVENTIA, volubilitas loquendi. Nouius Gallinariâ: *O peſtifera, ſontica, fera, trux tolutiloquentia.* Marcell.

TOLVTIM, volubiliter, citò. Lucilius Satyrarum lib. 8.

Si omne iter euadit ſtudiúmque acclíue tolutim. Ibidem:
Velè tolutim ſemper hic inceſſuru' videtur.

Nouius Macco exſule: *Iturum dixî hominem in Thuſcos tolutim.* Varro Triodite Triphylio, ἀεὶ ἀρετῆς: *Sed vt equus qui ad vehendum eſt natus, tamen hic traditur magiſtro, vt equiſo doceat tolutim.* Pompon. Decumâ Fullonis: *Vbi inſilui in coleatum equuleum, ibi tolutim tortor.* Plaut. Aſinariâ: *Demam herclè iam de ordeo, tolutim ni badizas.* Plin. lib. 8. cap. 42. *Aſturcones gignunt, quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis, alterno crurum explicatu glomeratio, vnde equis tolutim carpere incurſus traditur arte.* Hinc *Tolutarius* Gloſſis βαδιστής.

TONERE, pro tonare. Plaut. Amphitruone: *Vt ſubitò, vt validè, vt properè tonit!* Ibidem: *Sed quid hoc quam validè tonit! Dij obſecro voſtram fidem.*

TONESCIT, pro tonat. Varro Vimarco: *Tunc repentè cælitum altum templum tonitrubus toneſcit.*

TONGERE, noſcere: vnde *Tongitio* Præneſtinis, id eſt, notio. Ennius lib. 17.

Alij Rhetorica tongent, & vincere volunt.

TONI

TONIMVS, pro ſonamus. Varro Eumenidibus: *Tibi tympana nō inani ſonitu Dea tonimus, Sonitum æris intonamus tibi nos ſemiuiri, Teretem comam volantem Galli tibi iacimus.*

TONITRA, pro tonitrua. Accius Troadibus: *Sed vtrum terræ motus ſonitúſne inferum Peruaſit aures inter tonitra & turbines.* Priſc. lib. 6.

TONITRALIA, cæli templa, pro cælo in quo tonitrua fiunt. Lucr. lib. 1.

Néve ruant cæli tonitralia templa ſuperne,
Terraque ſe pedibus raptim ſubducat.

TONITRVS, pro tonitru. Gloſſ. *Tonitrum βροντὴ.* Plaut. Amphitruone: *Strepitus, crepitus, ſonitus, tonitrus.* Lucr. lib. 6.

Sed tonitrum fit vti poſt auribus accipiamus
Fulgere quàm cernant oculi.

Ouid. Metamorph. lib. 2.

Vnde ſolent tonitrus & fulmina mittere terris.

TONSA, remus. Gloſſ. *Tonſa κώπα.* Ennius lib. 17.

Alius vult mari in magno tenere tonſam.

Idem lib. 7. annal.

——— *tonſam arte tenentes*
Parerent, expectarent, portiuſculu' ſignum
Quom dare cœpiſſet. Ibidem:
Pone petunt, exin referunt ad pectora tonſas. Et:
Poſte recumbite, veſtraque pectora pellite tonſis. Feſt. Lucr. lib. 1.
Diſtectare ſolet magnum mare tranſtra, guberna,
Antemnas, proras, malos, tonſáſque natanteis.

Virg. Æneid. lib. 5.

——— *referunt ad pectora tonſas.*

Idem lib. 7.

——— *in lento luctantur marmore tonſæ.*

TONSILLA, palus dolatus ad quem funis nauticus deligatur. Alij primneſium vocant. Ennius lib. 7. annal.

Tonſillis rapidè configunt littus aduncis.

Pacuu. Medo: *Acceſſi ad eam, & tonſillam læto pegi in littore.* Accius Phœniſſis: *Tacete, & tonſillas littore læto edite.* Verrius.

TONSVS, pro tonſura. Accius Amphitruone: *Sed quænam hæc eſt mulier funeſtâ veſte tonſu lugubri.* Plaut. Amphitruone: *Sura, pes, ſtatura, tonſus, oculi, naſum, vel labra.*

TOPPER ſignificat aut *citò*, in Nelei carmine:

Topper fortunæ commutantur hominibus.

Liuius Odiſſeâ: *Namque neilum peius macerat hemonem, quando mare ſæuum vires cui ſunt magnæ, topper confringent importuna vnda.* Ibidem: *Capeſſet flammam Volcani topper.* Aut *fortaſſe*; Accius Ione: *Topper vt ſit, pater iſtam eiecit domo.* Cœlius annal. lib. 7. *Eadem re geſtâ, topper nihilo minore negotio acta.* Ennius annalibus:

Topper quàm nemo melius ſcit.

Pacuuius: *Topper tecum ſit poteſtas, faxit, ſi mecum velit.* Aut *maturè*; Liuius odiſſeâ veteri: *Topper citi ad eadem venimus Circæ, ſimul duonorum portant ad naues milia.* Feſt.

TORAL, torale, inuolucrum tori, hoc eſt, ex congeſtâ plumâ aut herbâ aut arundine inuolucrum. Horat. lib. 2. Satyra 4.

Et Tyrias dare circum illota to-

ralia veſtes.

Moris autem erat, vt toralibus lectorum Conchyliatę aut Babylonicæ & pretioſiſſimæ veſtes à locupletibus dominis inſternerentur. Ouid. lib. 8. Metam. (*vluis*

——— *in medio torus eſt de mollibus Impoſitus lecto, ſpõda pedibuſq; ſalignis*
Veſtibus hunc velant quas non niſi tempore feſto
Sternere conſuerant.

TORCVLVM, torcular. Gloſſario: *Torcula*, ἐλαιοτριβεῖα. Varro γεροντοδιδασκάλῳ: *Vineis vbi ampla cella torculũ reponant.* Idem lib. 3. de R.R. cap. 2. *Nec tamen ibi ſe vidiſſe tabulam pictam, neque ſignum aheneum, aut marmoreum vllum, nihilo magis torcula, vaſa vindemiatoria, aut ſerias olearias, aut trapetas.* Cato de R. R. cap. 1. *Ad villam cùm venias videto, vaſa, torcula, dolia, multa ne ſint.*

TORES, antiqui pro torques dixerunt; vt notant Seruilius, Flauius, Pomponianus, Chariſius lib. 1.

TORMINA, morborum genera quòd torqueant. Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 2. *Quamuis idem forticulum ſe in torminibus & ſtranguriâ præbeat.* Hinc, *Torminoſus.* Cic. Tuſcul. quæſt. 4. *Itaque dicimus grauedinoſos quoſdam, quoſdam torminoſos.*

TORPEDO, pigritia. Saluſt. hiſt. lib. 1. *Hæc ſi placent ſi tanta torpedo animos obrepſit.* Lucr. lib. 3.

Quem volucres lacerant atque exeſt anxius angor
Aut aliâ quauis ſcindunt torpedine curæ.

TORPERAVIT, torpefecit. Turpilius Hetærâ: *Herus ſtupidus adſtat, ita eius adſpectus recens cor hominis torperauit amore.* Non.

TORTOR, pro torqueor. Pompon. Decumâ Fullonis: *Vbi inſilui in coleatum equuleum, ibi tolutim tortor.* Lucr. lib. 3.

Omnia iam ſeorſum cernas anciſa recenti
Volnere tortari, & terram conſpergere tabo.

TORTVM, pro tormentum. Pacuu. Duloreſte: *Nam te tenebrica ſapè lacerabo fame Clauſum, & fatigans artus torto diſtraham.*

TORVITER, toruè. Ennius annal. 1.

Aſt hic quem tu nunc tam toruiter increpuiſti.

Pomponius: *Occidit taurum toruiter me amores amauit.*

TORVS, quiuis ex loris contortus funis. Cato: *Funem exordiri oportet longum pedes LXII. toros III. habeat, lora in toros ſingulos IX. lata digitos II.* Hinc quòd à toris lecti tenderentur ab eo *Toros* vocauerunt.

TOTINGVS, tot, tam varius. Apul. Florid. *Hæc tanta ac totinga inuitamenta communia, non minus vos ad audiendum prolectant.*

TOTVS, pro omni. Apul. lib. 6. *Accumbebat ſummum torum maritus.* (Cupido) *Pſychen gremio ſuo complexus: ſic & cum ſua Iunone Iupiter, & deinde per ordinem toti Dei.* Idem lib. 10. *Quid ergo miramini, ſi toti nunc iudices ſententias ſuas precio nundinantur.* Sid. lib. 9. epiſt. 14. *Nam plerique laudabunt facundiam tuam, plurimi ingenium, toti pudorem.*

TR

TRABES, pro trabs. Gloſſæ: *Trabes,*

bes, δόκος. Ennius lib. 7. annalium:

Labitur vncta trabes remis roſtrata per altum.

Idem in Medeâ:

Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Abiegna ad terram caſa cecidiſſet trabes,
Néve inde nauis inchoandæ exordium
Cœpiſſet, quæ nunc nominatur nomine
Argo, qua vecti Argiui delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis imperio regis Peliæ per dolum.

Priſc. lib. de metris comicis.

TRABICA, nauis quòd ſit trabibus confixa. Pacuuius: *Labitur trabica in alueos.* Non.

TRACHALI, appellantur purpurarum muricúmque partes ſuperiores: vnde Ariminenſes, maritimi homines cognomen traxerunt *Trachalorum.* Feſt.

TRACTIM, ſenſim. Ennius annalium lib. 16.

——— *interea fax*
Occidit, Oceanúmque rubrâ tractim obruit æthrâ.

Macrob. Saturn. lib. 6. cap. 4. Plaut. Amphitruone: *Quid ſi ego illum tractim tangam vt dormiat?* Virg. Georg. lib. 4.

Tum ſonus auditur grauior, tractímque ſuſurrant.

TRAGVLA, genus teli, quòd ſcuto infixum trahatur. Feſt. Varro Meleagro:

Aut ille cervum qui volubilem currens
Sparo ſequutus tragulâve traiecit.

Saluſt. lib. 3. *Vt Metellus ictu tragulæ ſanciaretur.* Plaut. Caſinâ: *Ego poliſtam quoquouorſum tragulam decidero.* Idem Pſeudolo: *At volui inilcere tragulam in noſtrum ſenem.*

TRAHARII dicebantur viliſſimæ conditionis milites, qui trahis & vehiculis annonam ſiue aliud quid ad caſtra vehere ſolebant. Sid. lib. 6. epiſt. 1. *Vltimos calones tuos lixáſque non deſpicis, & ad extremos trahariorum, qui per inſipientiam ſuam, adhuc ad carnis ſarcinas ſedent crucis diu portatæ vexilla circumfers.*

TRAMA dicitur ſubtemen, quòd trameet ſtamen. Plin. lib. 11. cap. 24. *Quam non ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quædam politurę, arte ipsâ per ſe tenax ratio tramæ.* Perſius μεταφορικῶς Satyrâ 6.

——— *mihi trama figuræ*
Sit reliqua, aſt illi tremat omento popa venter.

Eſt & Frugionis veſtimentum, iuxta Varronem lib. 4. Analog. Sunt autem veſtimenta Frugionia ea, quæ *ricamata* vocant Itali, dictione Syriacâ; in quibus tramæ diuerſis modis retortæ, perplexíque ſunt mæandri. *Tramas putridas* dixit Plautus Rudente, pro rebus nullius pretij: *Nummos trecentos, tricas quadringentos, tramas putridas quingentos, caſſam glandem.*

TRANQVILLARE, quietum reddere. Plaut. Captiueis: *Ille demum antiquis eſt adoleſcens moribus, cuius nunquam vultum tranquillaui gratiis.* Cic. de fin. lib. 1. *Semper ait aliquid, quòd vi ſuâ tranquillet animos.* Horat. lib. 1. epiſt. 19.

Quid purè tranquillet honos an dulce lucellum.

TRANSENNA, funiculus extenNNn 2 tus,

tus, quo turdi capiuntur, *Tahnen.* Plaut. Bacch. *Ab trāsennâ hic turdus lumbricū petit.* Idem Persâ: *Hunc ego hominem hodie in die transennā doctis ducam dolis.* Idem Rudente: *O Gripe, Gripe, in ætate hominum multæ fiunt transennæ vbi decipiantur dolis, atque ædepol in eas plerumque esca imponitur.* Glossarium: *Transenna,* ὕφλης, παλλαγὴ μαππαείς συμεῖον.

TRAPETES, molæ olearię. Ἀπὸ τῦ τρίπειν, id est, à terendo. Varro lib. 1. de R. R. cap. 55. *Hæc de qua fit oleum congeri solet aceruatim per dies singulos in tabulata, vt ibi mediocriter fraceſcat, ac primus quisque aceruus demittatur per scrias ac vasa olearia ad trapetas.* Idem lib. 3. c. 2. *Nihilo magis torcula, vasa vindemiatoria, aut scrias olearias, aut trapetas.* Cato cap. 18. de R. R. *Trapetibus locum dextra & sinistra.* Dicimus & *Trapetum*, ac *trapetus.* Colum. lib. 12. cap. 50. *Oleo autem conficiendo molæ vtiliores sunt, quàm trapetum, quàm canalis & solea.* Virg. Georg. lib. 1.

——— *teritur Sicyona bacca trapetis.*

Cato de R. R. cap. 3. *Trapetos bonos, priuos, impares esse oportet.* Et cap. 22. *Trapetus emtus est in sinuessario nummis quadringentis.* Glossarium: *Trapetum,* ἐλαιουργεῖον, ἐλαιῶν μύλος.

TRAPEZIA, mensulæ. Autor ord. fin. *Alij autem tetrametra, id est, quibus constant mensulæ, quæ Trapezia vocantur.*

TREBAX, peruicax: vnde *Trebatij* nomen. Sid. lib. 1. epist. 11. *Colligit itaque sese trebacissimus senex, & intrinsecus æstu pudoris decoquebatur.* Hinc *trebaciter.* Sid. lib. 9. epist. 11. *Malui factum confiteri simpliciter, quàm trebaciter diffiteri.*

TREPALLVS, Priapus Glossis.

TREPERE, pro vertere, à τρέπειν: vnde *Trepidatio*, quòd in turbatione mens vertitur. Pomp.

TREPIDANTER, trepidè. Suet. in Nerone cap. 49. *Iámque equites propinquabant, quibus præceptū erat, vt viuum eum attraherent, quod vt sensit trepidanter effatus.*

TRESVIRI, triumuiri. Plaut. Amphitruone: *Quid faciam si nunc me tresuiri in carcerem compegerint.*

TRIARII, pilarij dicti, quòd in âcie tertio ordine extremis subsidio deponebātur. Plaut. *Agite nunc subsidite omnes, quasi triarij.* Fest. Liuius lib. 8. *Ad triarios cùm ventum erat qui cæteris essent subsidio, res in extremum periculum adducta dicebatur.*

TRIBVLOSVS, asper, tanquam tribulis consitus. Sid. lib. 3. ep. 2. *Aut humore imbrium putres, aut frigorum siccitate tribulosas.* Et lib. 4. epist. 3. *Et quamquam propter hamata syllogismorum puncta tribulosum, vernantis tamen eloquij flore mollitam.* Idem lib. 1. epist. 7. *Illam ipsam dissimulationem tribulosissimam fore.*

TRIBVLVM, pro tribula. Varro de R. R. lib. 1. cap. 22. *Vt ferè sunt quæ ex viminibus & materia rustica fiunt, vt corbes, fiscinæ, tribula, mallei rastelli.* Virg. Georg. lib. 1.

Tribulaque traheæque & iniquo pondere rastri.

TRIBVTVS, pro tributum. Dicitúrque vel à tribubus, vel quòd tribuatur à priuato in publicum. Cato originibus: *Ne prædia in publicum*

ll cum dirimerentur cùm tributus exigeretur. Gell. lib. 18. cap. 19. Plaut. Epidico: *At tribunus quum imperatus eſt, poteſſe pendi negant, illis quibus tributus maior penditur, pendi poteſt.*

TRICÆ, capilli quibus pulli gallinacei pedes inuoluunt, quaſi τρίχες. Plaut. Perſa: *Quomodo me hodie verſauiſti, quomodo me in tricas conieciſti.* Idem Curculione: *Quod argentum, quas tu mihi tricas narras?* Ponitur pro impedimentis & intricationibus quibuſcunque: vnde *Intricare*, & *extricare*. Varro γερόντοδιδασκάλῳ: *Putas eos non citius tricas Atellanas quàm id extricaturos.* Turpil. Demiurgo: *Iudicia, turbas, tricas, lites, contentiones maximas.* Afran. epiſtola: *Ita intricauit huius hanc rem temeritas.* Plaut. Epidico: *Aliqua ope exſoluam, extricabor aliquâ.*

TRICHILVM, & TRICHLVM, quaſi τρίχειλον, vas tria habens labra. Colum. lib. 10.

Tum modò dependens trichli, modò more Chelidri,
Sole ſub æſtiuo gelidas per graminis vmbras,
Intortus cucumis prægnánſque cucurbita ſerpit.

TRICHINVM, tardum, impeditum. Varro Eumenidibus: *Quod tum quæſtus trichinus erat, nunc eſt vber, vt quæſtus ſit magnus.* Non.

TRICONES, moroſi, duri. Lucil. Satyr. lib. 11.

Nec mihi amatore hoc opu', nec tricone vadato. Idem lib. 15.

Luciu' Cotta ſenex Craſſi pater huiu' Panati,
Magnus trico fuit nummariu' ſoluere nulli Lentus.

Iulius Capitolinus de Ælio Vero: *Vt non grauaretur nocte per tabernas ac lupanaria obtecto capite cucullione vulgari viatorio, & commiſceretur cum triconibus, & committeret rixas, diſſimulans quis eſſet.*

TRIFAX, telum tres longum cubitos, quod catapultâ mittitur. Ennius Annalibus:

Aut permaceret paries percuſſu' triface. Feſt.

TRIONES, boues vocantur qui arant terram. Varro lib. 6. Analogiæ. Gloſſarium: *Triones*, βόες ἀρχαίως. Næuius: *Trionum hic moderator ruſticus.* Hinc ſidus illud, quod, quia à figura ipſa ſimile videtur plauſtro, antiqui Græcorum ἅμαξαν dixerunt, noſtri quoque veteres à bubus iunctis *triones*, appellarunt, ideſt, à ſeptem ſtellis, ex quibus quaſi iuncti *triones* efficiuntur. Gell. lib. 2. cap. 21. Virg. lib. 1. Æneidos:

Arcturum, pluuiáſque hyadas geminíque triones.

Martialis lib. 6. epigr.

Cernere Parrhaſios dum te iuuat, Aule, triones.

TRIPECTORVS, pro tripector. Lucr. lib. 5.

Quidve tripectora tergemini vis Geryonai.

Sic vnicolorus, pro vnicolor dixit Prudentius in Hamartig.

Sic animas cali de fontibus vnicolores.

TRIQVETRA, triangula. Lucr. lib. 1.

Quorum Acragantinus cum primis Empedocles eſt,
Inſula quem triquetris terrarum geſſit in oris. Idem lib. 4.

Eſſe triquetra aliis, aliis quadrata neceſſe

ceſſe eſt,

Multa rotunda, modis multis multangula quædam.

TRISTEM HARVSPICEM, pro doctum. Varro Triodite, Triphylio, ἀπὸ ἀρετῆς: *Vt ego non metuam fulmen, haruſpicem triſtem ſimul addicit.* Lucil. lib. 28.

Adde eodem, triſtis ac ſeuerus philoſophus.

TRISTIMONIA, triſtitia. Næuius Colace: *Triſtimoniam deturbat ex animo & vecordiam.* Feſt.

TRISTITAS, triſtitia. Gloſſ. *Triſtities, λύπη.* Pacuu. Atalentâ: *Quid illud eſt? vultum allegat quæ triſtitas?*

TRISTITIAS, antiquus genitiuus, qualis frequens apud antiquos poëtas, præcipuè Næuium. Ennius lib. 7. annal.

Omnibus endo locis ingens apparet imago Triſtitias.

Calp. Piſo lib. 1. Cic. lib. 3. de oratore.

TRISTITIAS, in plural. Turpil. Leucadiâ:

Ante facta in ignem mitto triſtitias anted oſtium.

TRISTITIES, triſtitia. Apul. lib. 6. *Vbi,* inquit, *ſollicitudo & triſtities ancillæ meæ?* Idem lib. 9. *Repentè intra piſtrinum mulier reatu miráque triſtitie deformis apparuit.*

TRISTITVDO, triſtitia. Sid. lib. 8. epiſt. 12. *Vt animum meum triſtitudine grauem lectio leuet.* Apul. lib. 3. *Omnem igitur de tuo pectore præſentem triſtitudinem mitte.* Idem Apolog. *Nihil eſt in rebus omnibus tam innoxium dices, quin id poſſit aliquid aliqua obeſſe; nec tam lætum, quin poſsit ad triſtitudinem intelligi.* Symm. lib. 3. epiſt. 2. *Neque enim fas ſinit læta officia obire lugentes: fortaſſe etiam veſtram hilaritatem mea triſtitudo contraheret.*

TRISVLCVM fulgur dicitur, quòd incendat, adflet, vel terebret. Seru. Æneid. 2. Varro Bimargo: *Et pater Diuûm triſulcum fulmen, igni feruido actutum mittat in tholum Marcelli.* Ouid. lib. 2. Metamorph.

Ille pater rectórque Deûm, cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt.

TRVA, quod & *trudus*, cuius diminut. *trulla*, vas quo in culinâ aquam in lauatrinum ſolent infundere. Varro lib. 4. de L. L. Pompon. Pannuceatis: *Mulier vbi adſpexit tam mirificè tutulatam truam.* Titin. Setinâ: *Sapientiâ gubernator nauem torquet, haut valentiâ, cocus magnum ahenum quando feruit paulâ confutat truâ.*

TRVLLEVM, quo manus perluuntur. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Itaque ea ſibi modò ponere ac ſuſpendere quæ vtilitas poſtularet trulleum, matellionem, peluim, naſiternam.*

TRVO, onocrotalus. Cæcilius magnitudinem naſi irridens: *Dij immortales,* inquit, *vnde nobis prorepſit truo?* Feſt. Pomp.

TRYGA antiqui vinum appellarunt, vnde *Trygetus* adhuc dicitur.

TV

TVATIM, tuo more. Plaut. Amphitruone: *Eccere iam tuatim facis, vt nulla tuis apud te ſit fides.* Sic Valerius Max. lib. 6. cap. 3. *Vxorem, quòd vinum bibiſſet, fuſtim interemit.* Sic *templatim, vicatim, morſicatim, boatim, canatim, anſeratim, paſſeratim, ſuatim, ſiliatim, ſaltim, meatim, mucronatim, mauricatim, quadrupedatim, perple*

perplexim, secretim, suffertim, &c. dicebant antiqui, quorum magna pars extat apud Sosipatrum, Charisium.

TVBILVSTRIA, dies in quibus mense Martio sacrorum tubæ in atrio Saturio lustrabantur. Varro lib. 5. de L.L. Ouid. Fastorum lib. 5.

Proxima Vulcani lux est, Tubilustria dicunt,
Lustrantur puræ, quas facit ille, tubæ.

Idem lib. 3. Fastorum:

Summa dies è quinque tubas lustrare canoras Admonet.

TVBVRCINARI, raptim manducare. Titin. Prælia: *Tuburcinari sine me vultis reliquias?* Turpil. Boëthuntibus: *Melixa intus cessat, credo hercule helluo tuburcinatur.* Plaut. Persâ: *Tuburcinari de tuo si quid domi est.* Apul. lib. 6. *Prandióque raptim tuburcinato, me & equum, vectores rerum illarum futuros, fustibus exinde tundentes, producunt.*

TVCA, vocatur iuris condimentum; Glossario κατάχυμα ζωμοῦ: vnde *Tucetum*, Gloss. ζωμὸς παχὺς, id est, ius crassum. Callimachus:

——— *ambrosiam redolent tuceta saporem.* Persius Sat. 2.

——— *sed grandes patinæ, tucetaque crassa*
Annuere his superos vetuere, Iouémque morantur.

Apul. lib. 7. *Tuceta concinnat, opponit satullè, sed præcipuè poculis crebris, grandibúsque singulos ingurgitat.* Idem lib. 2. Metamorph. *Et quidem naribus iam mihi ariolabar tucetum perquam sapidissimum.* Et lib. 5. *Pulcherrimo triclinio, mirísque illisac beatis edulibus atque tucetis oblectabat.* Idem lib. 9. *Vina preciosa defecat, pulmenta recentia tucetis temperat, mensâ largiter instructâ.*

TVDES, vide *Tudites.*

TVDICVLARE, commouere. Varro Macipore: *Hæccine nobis bis térve tudiculasse?* Non.

TVDITARE, propellere, protundere. Lucr. lib. 2.

Nec tuditantia rem cessant extrinsecus vllam
Corpora conficere, & plagis infesta domare. Idem lib. 3.
Et quàm interuallis tantis tuditantia possint
Concursare, coire, & dissultare vicissim. Hinc

TVDIATORES, Glossis χαλκοτύποι, fabri ferrarij, seu ærarij.

TVDITARE, negotium agere. Ennius lib. 2. annal.

——— *hæc inter se tota vi tuditantes.* Fest.

TVDITES, & TVDES mallei, à tundendo: vnde *Tuditanum*, quòd tuditi simile habuerit caput, nomen accepisse existimat Atteius Capito. Virg. in Ætnâ:

Fabriles operæ tudibus contundere massas Festinant.

TVITIO, tutela. Symm. lib. 9. epist. 24. *Interea hominum tuorum cura submota est, quos & præsentia mea & iudiciaria tuitio defendet.* Idem lib. 10. epist. 36. *Socius eius qui debitum refudit impendium, tuitionem contra me de sede vicariâ postulauit.* Ibid. *Is cùm à me in sequenti tuitionis auxilium popocisset.*

TVLII, riuuli, aut vehementes sanguinis proiectiones. Ennius Aiace: *Sanguine emisso tepido tulij efflantes volant.* Fest. Græci σύριγγας vocant. Sophocles; ἔτη γὰρ θερμαὶ σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν νέφος.

TVLO,

TVLO, profero. Pacuu. Medo: *Custodite hunc ne quis eum abstulat, néve attigat.* Diomedes lib. 1. Næuius Tabellariâ: *Dotem ad nos nullam adtulat.* Lucil. Sat. lib. 5.

Sicuti cùm primùm ficus propala recentes Protulit.

id est, profert. Sic Virg. Bucolicis:

Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes. pro effert.

TVMVLTL, pro tumultus. Accius Æneadis, seu Decio: *Nihil neque periculi, neque tumulti est quod sciam.* Idem Nyctegresiâ: *Cuius vos tumulti causâ accierim, eo quòd parum aduortis.* Pompon. Piscatoribus: *Quid hoc est tumulti?* Turpilius Pedio: *Progredior foras, visere quid hic tumulti ante fores.* Ennius Hectoris lytris:

Quid tumulti est? nomen quis vsurpat meum?

Afran. Vopisco: *Hem quid hoc? pertimui: quid tumulti exaudiy?* Salust. bello Catilinæ: *Cohortes quas tumulti causâ conscripserat.* Plaut. Casinâ: *Quid intus tumulti fuit?* Terent. Andriâ: *Nihil ornati, nihil tumulti.*

TVMVLTVATIM, tumultuanter. Sid. lib. 1. epist. 5. *Quæ cuncta virgulta tumultuatim super amnicos margines soli bibuli succo fota fruticauerant.* Idem lib. 4. epist. 11. *Deputans ius loquendi viritim vicissatimque, non tumultuatim.* Et lib. 8. epist. 6. *Qui non sensim singulatimque, sed tumultuatim petitus.*

TVMVLTVO, pro tumultuor. Plaut. Rudente: *Quin tu ergo omitte genua, & quid sit mihi expedi, quid tumultues.* Ibidem: *Vt mihi dicas negotij quid sit quòd tumultues.* Macr. lib. 3. Saturn. cap. 14. *Populum Romanum obiurgauit quòd Roscio gestum agente tumultuauerit.*

TVNICARE, vestire. Varro λογομαχίᾳ: *Hæc lanigeras detondere docuit tunicareque homulum.*

TVOR, visus. Apul. de Deo Socratis: *Sed fila corporum possident rara & splendida & tenuia, vsque adeò vt radios omnes nostri tuoris & raritate transmittant, & splendore reuerberent.*

TVOR, video; tueor, defendo. Turpilius Pedio: *Tamen oculi longâ intercapedine cupidi appetunt intui.* Pompon. Maccis geminis: *Incepi contui, conspicio coleatam cuspidem.* Plaut. Asinariâ: *Ego illud argentum tam paratum scio esse filio, quàm me hunc scipionem contui.* Ibidem: *Atque ipsum hercle adeò contuor.* Septimius Serenus Falisscus epigr. ad Ianum:

Iane puer, Iane tuens, diue biceps, biformis,
O cate rerum fator, ô principium Deorum.

TVRBA, pro turbis, turbatione. Accius Athamante: *Ah dubito, ah quid agis? caue ne in turbam te implices.* Idem σατυρᾷ, vel Trophæo: *Nónne vides quantam turbam quantósque fluctus concites?* Cæcilius vmbris: *Mirum adeò nisi frater domi ebrius aliquam turbam dedit.* Turpil. Thrasyleonte: *Nemo vnquam vidit ebrium ire interdiu, neque turbam facere, neque ædes exurere.* Terent. Eunucho: *Ne quam ille insanus hodie turbam faciat, aut vim Thaidi.* Plaut. Aulularia: *Redeo intro ne quid turbæ fiat.*

TVRBELLÆ, turbæ. Plaut. Pseudolo: *Quales & quantas soleam turbellas dare.* Idem Bacchidibus: *Næ ego*

cum

eum illo pignus haut auſim dare, tantas turbellas facio.

TVRBVLENTARE, turbas excitare, turbare. Apul. lib. 2. de aſino aureo: *Quidam hoſpes miris totam ciuitatem reſponſis turbulentat.* Idem lib. 9. *Repentè ſigno dato, & clamore conferto, plagas ingerentes aceruatim, adeò me ſtrepitu turbulentant.*

TVRPARI, fœdari. Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 3. ex antiquo poëta: *Hæc vniuerſa vidi inflammari, Priamo vitam euitari, Iouis aram ſanguine turpari.* Virg. lib. 10. Æneidos: *Sanguine turpantem comptos de more capillos.*

TVRPILVCRI cupidus. Plaut. Trinummo: *Maledictitatur tibi vulgo in ſermonibus, turpilucri cupidum te vocant ciues tui.*

TVRVNDA, libum vocatur ſacrum, & panificij genus. Item offa teres, aut paſtillorum modo formata, qua ſaginantur altilia. Varro de liberis educandis: *Alij adferunt libam, aut turundam.* Idem lib. 3. de R.R. cap. 9. *Amplas ex iis omnes, euulſis ex aliis pinnis & cauda, farciunt turandis ordeaceis, partim admixtis ex farina loliacea, aut ſemine lini ex aqua dulci.* Cato cap. 89. *Farina ordeacea conſperſa turundus faciat, eas in aquam intingat, & in os indat.*

TVSSEDO, tuſſis. Apul. lib. 9. *Ceruice cariosâ vulnerum putredine, follicantes nares, languidas aſſiduo pulſu tuſſedinis hiulci. Pertuſsis*, Senecæ dicitur inueterata & pertinax tuſſis, quæ vix vnquam eliditur.

TVTANT, pro tutántur. Pomponius Patruo:

——— *non erat*
Quod corpus tremulum famula tutaret togâ.

Pacuu. Perbeâ: *Tu mulier tege te, & tuta templa Liberi.* Næu. Lycurgo: *Tuos qui celſos terminos tutant.* Plaut. Mercatore: *Inuoco vos Lares Diales vt me tutetis.* Decretum Lacienſe in Luſitaniâ, non longè à terrâ Aranâ: LVCIO. AEPVLIO. LVC. AEMIL. F. IN ACIE. MORTVO. CVI. MEMORABILI. CONTRA. VIRIATVM. FORTITVDINE. SE. EXERCERET. LACIENSES. QVORVM. REMP. CVM ADMIRABILI. OMNI. TEMPORE. CVRA. TVTARAT. BASIN. CVM. VRNA. ET. STATVAM. IN LOCO. PATRIÆ. PVBLICO. EREXERE. HONORIS. LIBERTATIS. QVE. ERGO.

TVTANTVR, paſſiuè. Plaut. Amphitruone: *Libertas, ſalus, vita, res, parentes, patria, & prognati, tutantur, ſeruantur.* Sic *Tueor*, παθητικῶς enunciauit Varro lib. 3. de R.R. cap. 1. *Itaque non ſine cauſa maiores ex vrbe in agros redigebant ſuos ciues, quòd & in pace à ruſticis Romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur.* In elogio Porcij Catonis, inuento Diacij in Hiſpaniâ: *Pareant ergo, & noſcant omnes ſenatus & pop. Romanus imperium deorum numine, & militum fortitudine & tueri & regi.* Victorinus. Eadem ratione, *Conſtiteor, fateor, loquor, moror, interpretor*, paſſiuè enunciarunt antiqui. Plaut. Epidico: *Patrem prius ſe conuenire non vult, neque conſpicari.* Cic. Agrariâ 2. *Excipere nominatim agrũ qui publicus eſſe fateatur.* Cælius ad Ciceronem: *De dominatione frequenter loqui eſt cœptum.* Idem: *Nec diu ac multum ludetur, atque ita diu*

vt plus biennium in histricis moretur. Suet. Nerone : *Verba supplicis interpretata.*

TVTANVS,& TVTILINA,Dij à tuendo. Annibalem, cùm exercitum Romanum duceret,tantus terror ex turriculamentis inuasit nocturnis, vt inde pedem attonitus referre cogeretur.Quo facto fanum ibi consecrarunt Romani,ab euentu *Rediculum* appellatum , Deum verò cui consecrarunt *Tutanum:* de quo Varro in Satyrâ , quæ inscribitur,Hercules tuam fidem:

Noctu Annibalis cũ fugaui exercitũ, Tutanus hoc,Tutanus Romæ nuncupor Hoc propter omnes qui laborant inuocant.

Tutilinæ verò ara dicata est in Auentino ad tutelam pop.Rom. de qua Varro eadem Satyrâ:*Tutilinam quam ego ipse inuoco quòd meæ aures abs te obsidentur.*

TVTVLI,vocabantur capilli, quos matresfamilias Romanæ conuolutos in capite gestabant.Varro lib. 6. de L.L.Quod nomẽ hodiéque ab tam remoto æuo , ab tam longinqua regione manet in plerisque Belgicæ locis , vbi matresfamilias capillos in duos quasi collectos classes , & fasciolis vtrimque colligatos , *Tuten* appellant. *Atheniensibus κόρυμβος , κορδύλη:* Cypriis Persis *ῥιδάκιον tutulus* dicebatur.De quo Iuuenalis:

——— *tot adhuc compagibus altum Ædificat caput.* Lucanus:

Turritaque gerens frontem matrona coronâ. Papinius:

——— *celsos procul adspice frontis honores*
Suggestúmque comæ.

Hinc *Tutulatus.* Pomponius Pamuceatis:*Mulier vbi aspexit tam mirificè tutulatam truã.* Enn.annali secũdo: *Libaque fictores,argeos & tutulatos.* Tertullianus de pallio : *Tunc certissimè supra omnes exuuias augusta vestis, supérque omnes apices ac tutulos sacer suggestus deducit oculos.*

T Y

TYMPANOTRIBA , qui creber in tympano, h. e. tormento excruciatur æneo. Plaut. Truculento: *Túne tantilli doni causâ, olerum atque escarum & poscarum , mœchum malacum,cincinnatum,vmbraticolam, tympanotribam anes ?*

V.

V, Pro B, apud antiquos positum. in verbis *Placauile , venemerenti , incomparauibilis , vruinas,Danuius , deuitus* , &c. In Pandectis Florentinis legimus *vobem,*pro bouem, in l. 1. §. 1. de abige. *mouiles,* in l. 23. eum qui ædes. §. vlt. de vsurp. *venignior,*in l.14.per seruum. §. 1. de vsu & hab. *voni* , in l. 27. si pendẽtes, in fi.de vsufr. *præstauitur,* in l. 59. in sententiis. §. vlt. de re iud.*vinas,*in l. 17. si quando,in pr. si ser.vind.In antiquo marmore,quod est Romæ ad D.Petri&Marcellini: T.P.COSMO. CONIVGI.INCOMPARAVILI. ET. T. P. CHRESTO. FILIO. DVLCISS. Et in alio marmore Romæ in ædibus Auli Delphinij: VNDIS. CYANEIS. DONVM. PLACAVILE.FECIT.CONTVCIVS.BLANDAS. PER. AQVAS. ARAM. VENERANDAM.Ibidem:ΠΑΤΗΡ ΧΑΙΡΕ,

D. M.

D. M. AVRELIVS. DIOGENETI. SACERDOTI. VENEMERENTI. F. AVRELIA CARIS. COIVX. CON. QVEM. VIXIT. ANNIS. I -- II -- Ibidem ad D. Gregorij; ACONTIO. L. RANIO. CVRATORI. VIAE. SALARIAE. CVRATORI. REIP. VRVINATIVM. In alio marmore prope Biſentium: VIRTVTI VISENT. SACRVM. In decreto Neapolitano: L. MVNATIO CONCESSIANO. V. P. PATRONO. COLONIAE. PROMERITIS. EIVS. ERGA. CIVEIS. MVNIFICA. LARGITATE. OLIM. HONOREM. DEVITVM. PRAESTANTISS. VIRO. PRAESENS. TEMPVS. EXEGIT. &c. Sic in gloſſario legimus *Vitumen*, ἄσφαλτος. *Viuices*, μάλωπες. *Vueroſum*, γόνιμον, &c. pro Bitumen, vibices, vberoſum, &, *conglouo*, *gibuero*, *glæua*, *vilis*, χολή.

V, pro O, vt contrà o, pro u, ſcripſerunt. Quintilianus lib. 1. cap. 5. *Quid o, atque u, permutatæ inuicem? vt Hecoba, & notrix, Culchides, & Pulixena, ſcriberentur?* Sic in Gloſſis *abdumen*, ὑπογάστριον: *turmentum*, βάσανος: *admuuit*, προσήνεγκεν, &c. Inſcriptio Prænestina: EXEMPL. DECR. Q. F. Q. IVNIO SILANO ET L. SEPTIMIO VALERIANO COSS. POSTVLANTE CLAVDIO MARONE VTI LVCVS AD STATVAM PONENDAM OPTIMAE MEMORIÆ VIRO QVONDAM FILIO ÆLIAVG. LIB. ANATELLONAMANTISSIMO REIP. NOSTRÆ PLACVIT ET IN HONOREM ANATELLONTIS SEMPER ET VBIQVE DE REP. OPT. MER. ET IN GRATIAM CLAVDI MARONIS LVCVM AD STATVAM PONENDAM AD ELECTIONEM IPSIVS ARBITR. DARE. Hic *Lucus*, pro locus.

V, pro Y, antiquis ſcriptum inuenitur, qui Græcas ex Romano ſermone litteras exſtirpari prorſum voluerunt. Liu. Andronicus odyſſeâ:

Quom ſocios noſtros mandiſſet impiu' Cuclops.

Ennius lib. 1. annal.

Muſæ quæ pedibus magnum pulſatis olumpum. Idem eodem lib.

Eurudicâ prognata pater quàm noſter amauit. Idem:

——— *tibi fert Deu' funera Vluſſis.* Et:

Interea fugit albu' iubar Huperioni' curſum. Idem lib. 6.

Æmoni' Purrhus vti memorant à ſtirpe ſupremo. Et lib. 14.

Vi patefecerunt Fruges,

(pro Phryges.) Idem lib. 9.

Cuclopis venter velut olim tuiſerat alti Carnibus humanis.

Et lib. 2.

Europam Libuámque rapax vbi diuidit vnda. Idem lib. 9.

——— *lucnorum lumina bis ſex.*

Idem lib. 3.

——— *poſtúmque turanni*
Tarquinij corpus bona fœmina lauit & vnxit.

V, conſonans, alteri quod vocale & purum, ſi fuerit adiectum, productionis eſt nota. Ennius Annal. lib. 8.

Adnuvit ſeſe mecum decernere ferro. Idem lib. 2.

Si quis me fuvit humanitus vt teneatis. Et lib. 19.

Nos ſumu' Romani qui fuvimus antè Rodæi. Idem:

Contempſit fontes quibus exaruvit aqua vis. Idem lib. 1.

Nam Latij popoli res atque poëmata noſtra
Cluvebunt. Et lib. 1.

——— *Saturnus quem cælu' genuvit.* Idem lib. 7.

——— *magna cum lapſu' dieij*
Parti fuviſſet.

Lucilius Satyr. lib. 30.

Quòd tuvas laudes culpas, non proficis hilum.

Plaut. Amphitruone: *Hæc vt me voltis adprobare adnuvere.* Ibidem: *Illico iubet equites dextra irruvere.* Et Aſinariâ: *Tot reddit ſpurcas, quot puras habuverit.* Idem Pœnulo: *Quo genere gnatus, qui parentes fuverint* Lucr. lib. 2.

Nam quòd fluvidum eſt, è lauibus atque rotundis. Auſonius:

Dinocheres quadro cuvi in faſtigia cono *Surgit.*

V A

VACIVVS, vacuus. Gloſſis εὔκαιρος. Plaut. Caſinâ: *Vbi bene vaciuas ædes feciſti mihi.* Ibidem: *Aures vaciuæ ſi ſunt animum aduortite.* Idem Bacchidibus: *Valens me afflictat, vaciuum virium.* Et Pſeudolo: *Fac ſis vaciuas pſeudole ædes aurium.* Idem Trinummo: *Accipite & date vaciuas aures dum eloquor.* Hinc

VACIVITAS, vacuitas. Plaut. Curculione: *Ita cibi vaciuitate venio laxis lactibus.*

VACVEFACIO, & VACEFIO, pro vacuum facio, & vacuus fio. Cic. orat. 1. in Catil. *Quid verò nuper cùm morte ſuperioris vxoris nouis nuptiis domum vacuefeciſti, nónne etiam alio incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti?* Ibidem: *Aduentu tuo iſta ſubſellia vacuefacta ſunt.* Macr. Saturnal. lib. 1. *Quod autem prætextatus veniam poſtulando mihi in cœna vacuefeciſti locum.* Lucr. lib. 6.

Hoc vbi inanitui ſpatium, multúſque vaceſit
In medio locus. Eodem libro:
Hoc ſit item cunctas in partes vnde vaceſit *Cúmque locus.*

VADATVS, obſtrictus, ſub fideiuſſione ambulans. Gloſſarium: *Vadatur, κατεγγυᾶται, μετὰ παραγγελίας συντάσσεται.* Feneſtella: *Apud quem vadatus amicitiæ nodulo tenebatur.* Fulgent. Horat. lib. 1. Satyrâ 9.

——— *& reſpondere vadatus*
Debebat, quod ni feciſſet perdere litem.

Plaut. Bacchidib. *Itaque me vadatum amore vinctúmque attines.* Idem Curculione: *Vbi tu es qui me conuadatus es Veneris vadimonio?*

VAGAS, pro vagaris. Serenus opuſculis: *Rure puella vagat viridi.* Varro Pſeudapolline, περὶ θεῶν μεταιώσεως: *Cùm ſex pueri, & puellæ pariter item ſex, aut ſeptem numero, quæ choro pari vagarunt.* Accius Tereo: *Fama ac nobilitas lata ſtirpe præclarè viget, vagat.* Idem Bacchidib. *Deinde omnes ſtirpe cùm inclyta cadmi deuagant matronæ percita tumultu.* Idem Medeâ: *Vagant, pauore pecuda in campis deſerunt.* Pacuu. Medo: *Quid tandem vbi ea eſt, quòd recepta exul*

incerto

incerto vagat. Varro Hercules tuam fidem: *Per maritimas oras quæ vagat.* Ennius Hectoris lytris:

Constitit credo Scamander, arbores vento vagant.

Turpil. Leucadia: *Vecordi vagas insania.* Pompon. Pappo Præterito: *Populi voluntas hæc est, & vulgo vagas.* Plaut. Milite: *Te alloquor vitij probrique plenam, quæ circum vicinos vagas.* Lucil. lib. 4.

Sed ne fortè putes ea demum sola vagare.

VAGERATIM, σποράδην, sparsim, vaganter. Glossæ.

VAGOR, pro vagitu. Ennius lib. 16. annal.

Qui clamos oppugnantis vagore volanti. Fest. Idem:

Clamor it ad cælum, volitátque per æthera vagor.

Varro lib. 6. de L. L. Lucr. lib. 2.

——— *miscetur funere vagor,*
Quem pueri tollunt visentes luminis oras.

VAGVLATIO, quæstus cùm conuitio. In XII. Tab. CVI. CERTOM. TESTIMONIVM. DEFVERIT. IS. CERTIS. DIEBVS. OB. PORTVM. OBVAGVLATVM. ITO. Fest.

VALENTIA, fortitudo, potentia. Titin. Setinâ: *Sapientiâ gubernator nauem torquet, non valentiâ; cocus magnum ahenum quando fert paula confutat truâ.* Næuius Danae: *Omnes formidant hominis eius valentiam.* Hinc Vrbem à iuuentute Latinâ Valentiam priùs nominatam accepimus, quàm postea Euander, quum oppidum ibi effodisset, seruatâ significatione impositi priùs nominis Ῥώμη vocauit. Inde & compositũ *Inualentia.* Apul. de Dogmate Platonis: *Inuenit ægritudinem inualentiámque & fœditatem.* Gellius lib. 19. cap. 1. *Nam morbus in lege istâ non febriculosus, neque nimium grauis, sed vitium aliquod imbecillitatis & inualentiæ demonstratur.* Glossarium: *Valentia*, ἰσχύς.

VALENTVLA, valida. Plaut. Casinâ: *Perij: vt valentula est! penè exposiuit cubito.*

VALESCO, pro conualesco. Lucr. lib. 1. & 4.

——— *interea perpotet amarum*
Absinthi laticem, deceptaque non capiatur,
Sed potiùs tali facto recreata valescat.

VALGI, qui diuersas habent suras. Nouius Militibus Pometinensibus: *Valgus, veternosus genibus magnis, talis turgidis.* Plaut. Milite: *Tunc vxor mihi insignitos pueros pariet postea; aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut bronchum filium.*

VALGIA, obtortiones labiorum: *Valgum* enim est contortum. Glossarium: *Valgium*, στρεβλόν. Plaut. Milite: *Maiorem partem videas valgis suauiis.*

VALGITER, obtortè. Petron. Arbiter: *Abraso valgiter labello.* Fulgent.

VALLESCIT, perierit; à vallo militari, quod fit circa castra; quòd qui eo eiiciuntur pro perditis habentur. Fest. *Euallefacere*, pro eiicere dixit Varro: *Retrimenta cibi quæ exierunt, per posticum euallefecerunt.*

VALVVLI, folliculi fabarum. Colum. lib. 7. *Singula capita per hiemem rectè pascuntur ad præsepia, tri-*

bus hordei, vel freſſæ cum ſuis valuulis fabæ.

VANANS, fallens. Accius Alcmenâ: *Tantum vt fruſtrando lactans, vanans protrahit.* Marcell.

VANITVDO, vanitas. Pacuu. Duloreſte:

Primum hoc abs te oro, ne mi inexorabilem
Faxis, nî vanitudine ætatem tuam
Turpaſſis.

Plaut. Captiueis: *Pol ego vt rem video, tu inuentus verâ vanitudine qui conuincas.*

VANNERE, ventilare legumina. Varro lib. 1. de R. R. cap. 52. *Ita fit vt quod leuiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, euannetur foras extra aream, ac frumentum, quod eſt ponderoſum, purum veniat ad corbem.* Dcicitur etiã μεταφορικῶς clunes laſciuè in re venereâ mouere. Lucilius Satyrarum lib. 7.

Hunc molere, illum autem vt frumentum vannere cunnis.

Idem lib. 11.

Criſſabit ac ſi frumentum clunibu' vannat.

VAPOS, pro vapor. Accius Andromedâ: *Neque terræ eſt datus, neque cineris cauſa vnquam cuaſit vapos.* Lucr. lib. 6.

Peruolitans permanat odos, frigúſque vapóſque.

Sic *panos, labos, clamos.* Næuius Lycurgo: *Iam vbi nos duplicant aduenientes timos panóſque.* Varro Manio: *Sternitur iuuencus quem labos mollem fecit.* Non. Ennius Annal. *Clamos per cælum voluendu' per æthera vagit.* Varro lib. 6. Analog.

VARARE, curuare, torquere. Antor. de lim. *Sunt & alij pontes in vicinalibus & priuatis viis, quorum aluei varantur.* Idem: *Si in agri quadratura occurrerit flumen, quod neceſſe ſit varari.* Mago & Vegoa: *Obſeruari debent & varatio fluminum, riuorum curſus.*

VARGVS, dicitur expulſus, exul. Sid. lib. 6. epiſt. 3. *Namque vnam fœminam, de affectibus ſuis, quam forte vargorum (hoc enim nomine indigenæ latrunculos nuncupant) ſuperuentus abſtraxerat.* LL. Salic. tit. 58. *Si quis corpus ſepulti effoderit, aut ſpoliauerit, vargus ſit:* id eſt, expulſus de eodem pago, vſque dum cum parentibus defuncti conuenerit. LL. Ripuariorum tit. 85. *Si quis mortuum corpus ex humo traxerit, vargus ſit, & ob hoc expulſus exſulet.*

VARI, qui ſunt obtortis plantis. Lucil. Sat. lib. 3. *Compernem aut varam fuiſſe Amphitruonis ἀκοιτιν, Alcmenam.* Plaut. Milite: *Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut prætum, aut bronchum filium.*

VARI, ſeu varri, propriè ſunt bacula furcillata & informia, vnde *Varrones* duri ac σκληροὶ homines, quos Ariſtophanes φρυνίνους vocat. Lucil. Satyris:

Varronum ac rupicum ſquarroſa incondita roſtra.

Erant & *Varij* furcillæ quibus tollũtur retia, σκαλίδια ἢ σκάμβυκες Græcis dictæ. Lucanus:

——— *diſpoſitis attollit retia varis.*

Hinc *Valgum* dicitur, quod ex varis fieri ſolitum.

VARIANTIA, varietas. Lucret. lib. 1.

——— *ne dum variantia rerum*
Tanta queat denſis rariſque ex ignibus eſſe. Idem lib. 3.
Nec reperire figurarum tot nomina, quot

quot ſunt
Principiis, vnde hæc oritur variantia rerum.
Sic *Properantia*, Saluſtius: *Incogitantia, ſeruientia*, Plautus: *Exſuperantia, imparientia, ignoſcentia*, Gellius: *Fauentia*, Accius: *Repetentia, pertinentia*, Lucretius: *Decentia, audientia, deſpicientia, diſcrepantia, curantia, negantia, profluentia*, Cic.

VARICES, Gloſſis κελωλὶ, venæ in ſuris inflexæ, vel obtortæ. Varro epiſt. ad Varron. *Nam ſi tuam rhedam non habuiſſem, haberem variees.*

VARICITVS, id eſt, cruribus diſtenſis. Apul. lib. 1. *Varicitus ſuper faciem meam reſidentes veſicam exonerant.*

VARICVS, qui longè diuaricat cruta, & paſſus metitur grandes. Ouid. de arte amandi lib. 3.
Illa velut coniux vmbri rubicunda mariti
Ambulat, ingentes varica fértque gradus.

VARIEGARE, variare. Apul. Florid. *Quid quòd & lyra eius auro fulgurat, ebore candicat, gemmis variegat.* Ibid. *Quod genus pictura Babylonica miris coloribus variegatum.*

VASTA, pro vaſtata. Accius Medeâ: *Iam hanc vrbem ferro vaſtam faciet Peleus.* Feſt. Virg. lib. 5. Æneid.
——*Vaſtos quatit æger anhelitus artus.*

VASARIVM, κυλίκιον, paruum vas. Gloſſæ.

VASCA, μιλιτικὸς αὐλὸς, tibia. Eædem.

VASTESCO, populor, deſeror. Accius Phœniſſis: *Iuſſi te proficiſci exulem quouis gentium, ne ſcelere tuo Thebani vaſteſcant agri.* Cic. de Oratore lib. 2. *Quia iam de hominum genere dicam, qui quaſi cultores terræ conſtituti non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec ſtirpium aſperitate vaſteſcere.*

VASTITAS, Gloſſis πόρθησις, vaſtatio, deſertio. Accius Aſtyanacte: *Propter te tot tantáſque vaſtitates habemus funerum.* Varro Prometheo lib. 1.
Mortalis nemo exaudit, ſed latè incolens
Barathrum inhoſpitalis campis vaſtitas.
Cic. officiorum lib. 2. *Qui collectis cæteris cauſis eluuionis, peſtilentiæ, vaſtitatis.*

VASTITIES, idem. Apuleius: *Inprimis tanti corporis vaſtities horrori fuit.* Plaut. Pſeudolo: *Harum voluptatum mihi omnium, atque itidem tibi, Diſtractio, diſſidium, vaſtities venit.*

VASTITVDO, idem. Pacuuius Teucro:
Quæ deſiderio alumnum pœnitudine
Squale ſcapreque inculta vaſtitudine.
Accius Euryſace: *Atrâ veſte & vaſtitudine tetrè formatus.* Idem Meleagro: *Quæ vaſtitudo hæc? aut vnde inuaſit mihi?* In precat. Rom. VTEI. TV. MORBOS. VASTITVDINEM. CALAMITATES. INTEMPERIAS. QVE. PROHIBESSIS. Cato de R. R. cap. 141. Feſt.

VASTRAPES, φιμινάλια. Gloſſarium.

VASVM, pro vas. Cato: *Neque mihi ædificatio, neque vaſum, neque veſtimentum vllum eſt in manu precioſum, nec pretioſus ſeruus, nec ancill*

cilla. Gell. lib. 13. cap. 22. Fabius Pictor lib. 6. *Aquam manibus pedibúsque dato: polubrum sinistra manu teneto, dextra vasum cum aquâ.* Martianus Capella lib. 3. *Vasum an vas dici debeat quæritur.* Lucr. lib. 6.

——— *quia nimirum facile omnia circum*
Collaxat, raréque facit lateramina vasi.

Plaut. Truculento: *Aut aurum periit, aut conscissa pallula est, aut empta ancilla, aut aliquod vasum argenteum, aut vasum aheneum aliquod, aut lectus dapsilis. Vasa* etiam eæ vocantur partes, quæ inter res serias nominari non debent, quásque Dea Bona è sacello suo exulare voluit. Plaut. Pœnulo: *Facio quòd manifesti mœchi haud fermè solent, refero vasa salua.* In carmine libero, seu Priapeis:

Hic legimus Circen Atlantiadénque calypso
Grandia Dulichij vasa tulisse viri.

Petronius Arbiter: *Mox manum demisit in sinum, & protracto vasculo, tam rude; hoc, inquit, bellè cras in promulside libidinis nostræ militabit.*

VATIVS, varicosus. Varro de R. R. *Sint* (canes) *cruribus rectis, & potius varis quàm vatiis.* Quod in Geopon. Ἐγκείνεσι τὸς ἔχοντας σκέλη ὀρθὰ: εἰ δὲ μὴ σκαμβότερα μᾶλλον ἢ βλαισά.

VATRAX, varicosus, pedibus vitiosis. Lucil. lib. 28.

Vt si progeniem antiquam, qua est Maximu' Quinctius
Qua varicosu', vatrax.

VB

VBER AGRI, pro vbertas agri. Symmach. epist. 7. lib. 1. *His quippe mensibus campania nitet agri vbere, & arbusti honore.* Virg. lib. 7. Æneid.

——— *non vobis rege Latino*
Diuitis vber agri, Troiæve opulentia deerit.

VBERARE, fœcundare. Plin. Panegyrico: *Et cælo quidem nunquam benignitas tanta, vt simul omnes terras vberet, foueátque.* Palad. lib. 11. *Hoc coitu steriles arbores vberantur.*

VE

VECORS, turbati & mali cordis. Pacuu. Ilionâ: *Qui veloci superstitione, cum vecordi coniuge.* Nou. Colace: *Tristimoniam ex animo deponit, & vecordiam.* Ennius apud Ciceronem, pro doloso & versuto posuit: *Vecors OEnei partu edita;* hoc est, *Deianira, OEnei filia, quæ δολόπις à Sophocle vocatur.*

VECTICVLARIA vita, furum dicitur, qui alienos vectibus perfodiunt parietes, furandi gratiâ. Cato: *Vecticulariam vitam viuere, est repentè largiter habere, repentè nihil.* Fest.

VECTIGALIORVM, pro vectigalium, Asinius Pollio frequenter vsurpauit, teste Macr. lib. 1. Saturnal. cap. 4. Suet. Octauio Augusto cap. 101. *Tertio breuiarium totius imperij, quantum militum sub signis vbique esset, quantum pecuniæ in ærario & fiscis & vectigaliorum residuis.* Idem Cæs. Caligula cap. 16.

Adiecit

Adiecit & omnem fructum vectigaliorum, & reditum medij temporis.

VECTVRAS factitare, pro baiulare. Gell. lib. 5. cap. 3. *Protagoram aiunt victus quærendi gratiâ in mercedem missum, vecturásque onerum corpore facilitauisse suo.* quod genus Græci βαστάζοντας vocant; Latinè *baiulos* appellamus.

VEGET, vegetat, vel vegetum est, erigit. Ennius lib. 8. annal.

Cum magno strepitu Volcanum ventu' vegebat. Idem Embraciâ:

Æquora salsa vegent ingentibu' concita ventis.

Pompon. Maiali: *Animos Venus veget voluptatibus.* Varro Manio: *Nec natus est, nec morietur, viget, veget.* Idem ὅν& λύρας:

Quem mobilem Dinum lirans sol harmoge
Quadam gubernans motibus diis veget. Lucr. lib. 5.

E quibus vna tamen sit & hæc quoque causa necesse est,
Quæ vegeat motu signis.

Idem lib. eod.

Et prius est armatum in equi conscendere costas,
Et moderarier hunc frenis dextráque vegere.

VEGRANDE, malè grande, paruum. Plaut. Clitellaria:

Qui nisi iteres, nimium is vegrandi gradu. Lucil. lib. 26.

Non idcirco extollitur, nec vitæ vegrandi datur.

Varro lib. 2. de R. R. cap. 2. *Quod quæ postea concipiunt fiunt vegrandes atque imbecillæ.*

VEIA, plaustrum Oscis dicitur; vnde *veitura*, id est, vectura: & *veiarij*, stipites in plaustro. Fest. lib. vlt. Varro lib. 4. Analog.

VELES, leuis armaturæ miles. Varro ἄμμου μετρεῖς, ἢ τὴ φυλαρχείαν: *Quem sequuntur cum rotundis velites leues parmis.* Titin. Barbato: *Ita spurius animatur in prælium, veles leuis recipit se, nec ferit quenquam hostem.* Salust. bello Iugurth. *Cimque his permisti velites.* Lucil. Satyr. lib. 10.

Ponè paludatum stabat rorariu' veles.

Idem:

Veles tolutim semper hic incessuru' videtur. Ouid. in Ibin:

Vtque petit primo plenum faluentis arenæ,
Nondum calfacti velitis hasta solum. Hinc

VELITARI, & velitatio, λογομαχία. Turpil. Lindiâ: *Comperce verbis velitari, & ad rem redi.* Afranius Prouigno: *Interea verbis iactare, & labris inter se velitari.* Cæcil. Pausimacho: *Velitarier restamus.* Plaut. Menæchmis: *Nescio quid velitati vos estis inter vos duo.* Idem Asinariâ: *Verbis velitationem fieri compendio volo.* Hinc *velatricus*, velitaris. Sidon. lib. 7. epist. 2. *Habet historiam iuuenis eximij, fabulam militiæ velatricæ parem.*

VELIVOLVS, celer. nauibus attribuitur, quæ remorum celeritate agitatæ volare videntur. Liu. Andr. citante Macr.

Tu qui permensus ponti maria alta veliuola. Lucr. lib. 5.

Tum mare veliuolum florebat nauibu' pandis.

Ouid. 4. de Ponto:

Et freta veliuolas nõ habitura rates.

Vetus Poëta apud Cic. de Orat. *Veliuolantibus nauibus.* Oppian. lib. 4. Cyn. λινοπτερύγων νηῶν.

VELLEVM, scorteum, quod fa-

ctum eſt ex vellere. Aſconius Pædianus, orat. 2. in Verrem: *Et crumenæ vellea & ſcorteæ.*

VELLICATIM, ſaltuatim. Siſenna hiſtor. lib. 1. *Nos vna æſtate in Aſiâ & Græciâ geſta idcirco literis continentia mandauimus, nec vellicatim ac ſaltuatim lectorum animos impediremus.* Non. Gell. lib. 12. cap. vlt.

VENALITII, venditores. Cic. orat. Cornel. 2. *Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi Venalitij mercatores ſuperarunt.* Sueton. de Claris Rhetoribus: *Venaleri cùm Brundiſij gregem venalium naui educerent.* Gloſſarium: *Venalitiarius, σωματέμπορος.*

VENATVRA, venatus. Plaut. Milite: *Viden' tu illam oculis venaturam facere, atque aucupium auribus?*

VENDAX. Cato de R. R. cap. 3. *Patremfamilias vendacem, non emacem eſſe oportet.*

VENDITATIO, oſtentatio. Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 2. *Quia etiam mihi laudabiliora videntur omnia, quæ ſine venditatione & ſine populo rectè fiunt.*

VENEREM, virili ſimul & muliebri fuiſſe ſexu tradunt nonnulli. Virgilius lib. 2. Æneidos de Venere:

Diſcedo, ac ducente Deo flammam inter & hoſtes
Expedior. Caluus:
Pollentémque Deum Venerem.

Leuinus: *Venerem igitur almum adorans, ſiue fœmina, ſiue mas eſt, ita vti alma noctiluca eſt.* Ariſtophanes Ἀφρόδιτον appellat *Venerem*: Philochorus *Lunam* affirmat eſſe; nam & ei ſacrificium facere viros veſte muliebri, & mulieres virili. Signum illius barbatum in Cypro colebatur, ſtatura viri, veſte muliebri, quòd eadem mas exiſtimaretur & fœmina. Macr. lib. 3. Saturn. cap. 8.

VENERO, pro veneror. Plaut. Truculento: *Date mihi huc ſtactam, atque ignem in aram, vt venerem Lucinam meam.* Sic *venerator*, paſſiuè extulerunt, pro color. Apul. Metamorph. lib. 11. *Seu tu cæleſtis Venus quæ coleris; ſeu Phœbi ſoror, quæ præclaris nunc veneraris delubris Epheſi.* Horat. lib. 2. Satyra 2.

At venerata Ceres vt culmo ſurgeret alto.

Virgilius Æneid. 6.

——— *curſuſque dabit venerata ſacerdos.*

Sic Varro: *Paupertas enim hæc tum non ita nutricata, vt nunc conſpicatur.* Et Cælius lib. 8. epiſt. 5. famil. *Sic multum ac diu ludetur, atque ita diu, vt plus triennium in his tricis moretur.* Cic. de Agrar. 2. *Excipere nominatim agrum, qui publicus eſſe fateatur.* Eodem modo & *Comito*, Virg. lib. 2. Æneidos, & Lucr. lib. 1. dixerunt.

VENIABILIS, veniâ dignus. Sidon. lib. 4. epiſt. 11. *Hæc apud eum culpa veniabilis erat.* Idem lib. 9. epiſt. 1. *Pariter & neſcio qualiter fieri veniabile queat.*

VENIBO, pro veniam. Pomponius Maccis geminis: *Sero eſt, ſextâ ſi placet, venibo.* Non.

VENILIA, eſt acceſſus, ſeu exæſtuatio maris: *ſalacia* autem receſſus. Varro lib. 4. Analog. *Venilia vnda quæ ad littus venit: ſalacia quæ ad ſalum redit.*

VENOR,

VENOR, circumuenior. Ennius Nemeâ: *Teneor conſepta, vndique venor.*

VENTRALIS. Macr. Saturn. lib. 7. cap. 8. *Species & aeres & calida ſuperficiem cui apponuntur exulcerant, qui integrâ virtute ſuâ ſine alterius rei admiſtione vtuntur ad noxiam, ſed ſi in ventrem recepta ſint, ſoluitur vis earum ventralis humoris alluuione, qua fiunt dilatiores. Ventralis* Gloſſis κοιλιόδυσμος, φῦσα.

VERARE, verbum eſt haruſpicum, vnde *veratores*, & *veratrices*. Ennius lib. 13. annalium:

——— *ſatin' vates verant atate in agundâ.*

Agell. lib. 18. cap. 2. Apul. lib. 9. *Magnáque cura requiſitam veratricem quandam fœminam, quæ deuotionibus ac maleficiis quiduis efficere poſſe credebatur.*

VERBERABILISSIMVS, plagis digniſſimus. Plaut. Aululariâ: *Verberabiliſſime, etiam rogitas? non fur, ſed trifur.*

VERBERARE, non ſolùm verberibus, ſed & verbis impetere dicitur. Plaut. Aululariâ: *Nam cur me miſeram verberas?* id eſt, cúrnam mihi maledicis. Non.

VERBEREA ſtatua, pro homine verberabili. Plaut. Captiueis: *Interibi ego ex hac ſtatuâ verbereâ rogitando volo ſcire meo minore quid ſit actum filio.* Idem Pſeudolo: *Sed eccum verbeream video ſtatuam vt magnificè infert ſeſe!*

VERBETEVM caput, verberibus probè contuſum. Plaut. Persâ: *Ain verò verbereum caput?*

VERBIGERARE, verbis conflictare. Apul. in Apolog. *Nimis multa oratio eſt, ſi velim memorare quæ ego contrà reſponderim, quamdiu & quotiens inter nos verbigeratum ſit.*

VERECVNDARI, verecundiâ teneri. Gloſſæ: *Verecundatur*, ἐντρέπεται. Cic. de Oratore lib. 3. *Alterum cunctantem & quaſi verecundantem incitabat.* Idem Hortenſio: *Hi noſtri amici verecundantur, capti ſplendore virtutis.* Plaut. Trinummo: *Verecundari neminem apud menſam decet.*

VERECVNDITER, verecundè. Pompon. Macco: *Indidem prætereuns dominus vidit ſenem in ludo, non verecunditer docentem diſcipulum, verùm ſcalpentem nates.* Non.

VEREDI, qui vehunt, hoc eſt, trahunt rhedas. Martialis lib. 14. epigr.

Stragula ſuccincti venator ſume veredi,
Nam ſolet à nudo ſurgere ficus equo.

VEREOR, paſſiuè. Afran. Conſobrinis:

Heu iſthæc parentum eſt vita bilis liberis,
Vbi malunt metui quàm vererier à ſuis.

Sic Saluſtius, *dilargitis proſcriptorum bonis.* Gell. lib. 15. cap. 13. Et Verrius: *Sæuitiáque eorũ abominaretur ab omnibus.* Item Canutius: *Turpe eſt propter venuſtatem veſtimentorum admirari, & propter turpiſſimè vitam actam contemni.* Metellus: *Vt aliis plerumque obuenienti magiſtratu ob metum, ſtatuæ pollicẽtur.* C. Memmius: *Quàm ſtultè conficta, quàm apertè ementita ſunt.*

VEREOR TVI, pro te. Afran. Simulante: *Tui veretur, me ad te miſit oratum.* Idem Emãcipato: *Optan-*

dum vxorem quæ non vereatur viri. Accius Alphesiboëa: *Si tui veretur progenitoris cedò.* Varro Sardis Venalibus: *Non te tui ſaltim pudet, ſi nihil mei reuerearur?* Pacuu. Hermionâ: *Nihil te populi veretur, qui vociferaris in via?*

VERETILLVM, vide *Virginal.*

VERGERE, fundere. Lucretius lib. 5.

Illi imprudentes ipſi ſibi ſæpè venenum Vergebant.

Virg. lib. 6. Æneidos:

——— *inuergit vina ſacerdos.*

Plaut. Curculione: *Ipſum expeto tangere, inuergere me in eius liquores.*

VERIVERBIVM, verus ſermo. Plaut. Captiueis: *Tunc repertus es etiam Philocratem, qui ſuperes veriuerbio?*

VERMEN, pro vermis. Lucr. lib. 5.

Donec eos vitâ priuarunt vermina ſæua
Expertes opis, ignaros quid vulnera vellent.

VERMICVLARE, veteres dixerunt, minuta opera facere; & vermiculata opera, paruis teſticulis elaborata, (qualia ſunt, quæ nunc à muſæis *Muſæacea* vocant) eaque in parietibus; nam quæ in lignis fiebant, *ſegmentata*; quæ in pauimentis, *Teſſellata* appellabantur. Plinius: *Vermiculatis ad effigiem rerum & animalium cruſtis.* Lucilius Satyris:

Quàm lepidè lexes compoſtæ! vt teſſerulæ omnes
Arte, pauimento, atque emblemate vermiculato.

Cic. de orat. lib. 3. Non. Quintilianus lib. 19. cap. 4. Plin. lib. 36. cap. 25.

VERMICVLARI, vermes, ſeu teredines propignere. Plin. lib. 17. cap. 24. *Vermiculantur magis minúſve quadam, omnes tamen ferè, idque aues caro corticis ſono experiuntur.* Quod Theophraſtus: Ἅπαντα ὡς εἰπεῖν καὶ σκώληκας ἔχει, πλὴν τὰ ὑφ' ἑλάτης, τὰ ὃ πλείστους. Ibidem: *Nam vermiculationem & poma ipſa per ſe quibuſdam annis experiuntur mala, pira, meſpila, punica.* Quod Theoph. οἱ ὃ καρποὶ σκωληκόεντα τινῶν, οἷον ἀπίου, μηλέας μισπίλης, ῥοᾶς. Gloſſarium, *Verminat*, σκωληκιᾷ.

VERMINA, dolores corporis cum quodam minuto motu, ac ſi à vermibus ſcinderetur. Græcè τρόφος. Plinius: *Magi eo vermina & dyſenteriam curari putant.* Idem morbus *vermicatio* etiam dicitur. Plin. lib. 30. cap. 14. *Iumentorum vrinæ tormina, veſpertilione adalligato ſiniuntur; vermicatio ter circumlato verendis palumbo.*

VERMINARI, tanquam vermibus torqueri. Pomponius Hirnea Pappi: *Decumus menſis eſt poſtquam factum eſt, ita fit, ita ſemper ſolet, decumo menſe demum turgens verminatur, parturit.* Martialis lib. 14.

Si tibi morosâ prurigine verminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.

VERNÆ, ex ancillis verno tempore nati. Gloſſis, *Verna*, οἰκογενής. Lucilius:

Verna ſacer cupit hæc.

Plaut. Amphitruone: *Hic qui verna natus eſt, queritur.* Ibidem: *Cùm cruciatu iſthæc tuo, verna, verba funditas.* Symm. lib. 7. epiſt. 6. *Nam callidus vernula, quod ſemel pertidit,*

bis

bis recepit.

VERNILITER, adulatoriè, à vernis. Cæcil. Venatore:

Credo, hoc nimis tandem fit verniliter.

Horat. lib. 1. Satyrâ 6.

——— *nec non verniliter ipſis*
Fungitur officiis.

Plaut. Bacchid. *Quibus ingens in animo vtibile eſt, modicum & ſine vernilitate.*

VERNISERA, menſalia auguria. Feſt. De his Plin. lib. 28. cap. 2.

VERRVNCO, verto. Pacuu. Peribœâ:

Precor veniam, petens vt quæ ago, egi axo verruncent bene. Accius Æneadis, ſeu Decio:

Te ſancte venerans precibus inuicte inuoco,
Portenta vt populo & patriæ verruncent bene. Idem ibidem:
Propinqua hæc bona verruncent populo.

Cicer. lib. 1. de diuinat. Afran. Diuortio:

Et pomi verruncent curſuram ſimul. Non.

VERSI, verſorum, pro verſus, verſuum. Liuius Polymetris: *Omnes ſunt denis ſyllabis verſi.* Valer. Phormione: *Quid hîc cum tragicis verſis & ſyrma facis?* Laber. Lacu Auerno: *Verſorum non numerum numerò ſtuduimus.* Sic *Quercorum*, pro quercuum. Cic. de Orthographiâ: *Ibi quercorum rami ad terram iacent, vt ſuis quaſi capreæ ex ramis glande paſcantur.* Priſc. lib. 6.

VERSIPELLIS, qui ſæpius ſe immutat, alios atque alios aſſumens vultus. Lucil. lib. 26.

Qui cum verſipellis fio, qui cum commuto omnia.

Plaut. Amphitruone: *Ita verſipellem ſe facit quando lubet.* Idem Bacchidibus: *Verſipellem conuenit eſſe hominem pectus cui ſapit.* Et Persâ: *Ne capillus verſipellis fiat.* Gloſſæ: *Verſipillo, κυνάνθρωπος.*

VERSVM vocabant ruſtici, cùm ſulco ad finem perducto iterum reditur eò, vnde arationis principium ſuſcipiebatur, quòd verſum peragere dicitur Plinio lib. 18. Ab eo, vt ait Pauſanias, βουστροφηδὸν γράφειν dicebant, cùm vno verſu peracto in pagina inde ſumitur initium ad alium progrediendi, vt in aratro. Quod nos contrà facimus: nam verſu peracto idem ſemper initium tenemus progrediendi. Varro lib. 5. de L. L. *Solſtitium ait vocari, cùm ſol ad verſum proximum ſtet.* Idem lib. 1. de R.R. cap. 10. *Modus quibus metirentur rura alius alios conſtituit: nam in Hiſpaniâ vlteriore metiuntur iugis, in Campaniâ verſibus, in agro Romano ac Latino iugeris.*

VERSVTILOQVVS. Cicer. de orat. lib. 3. ex vetuſto poëta: *Nam non vis huius me verſutiloquas malitias?*

VERTICVLI, articuli. Lucil. Sat. lib. 4.

Hæret verticulis adfixum in poſteriore
Parte, atque articulis quòd nobis talu' genuſque. Non.

Gloſſæ: *Verticuli, σπόνδυλοι.*

VERTILABVNDVS, vertigine correptus. Varro: *Et ſic ad vos citius opinione vertilabundus decidi.*

VERVACTVM, quid ſit docet Plinius lib. 18. cap. 19. *Quidam ab æquinoctio verno proſcindi volunt agros: quódque vere ſemel aratum eſt, à temporis argumento veruactum vocatur.* Colum. lib. 1. cap. .. *Maiores*

quæstus antiquis retulerunt, quæ nunc nobis præbent amplissima veruacta.

VERVINA, aliàs verutum dictum, iaculi genus. Galbius Bassus Satyrâ : *Veruinâ confodiende, non te nauci facio.* Fulgent. Plaut. Bacchidibus: *Si tibi machæra est, & nobis veruina est domi, qua quidem te faciam, si me irritaueris confossiorem soricinâ naniâ.*

VERVTVM, quòd alij veruinam nominant, telum est breue atque acutum. Glossarium, βετρῶτα εἶδ& ἀκοντίδ. Salust. lib. 3. *Saxaque ingentia & axe iuncta trabes per pronum incitabantur, axibúsque eminebant in modum ericij militaris veruta binum pedum.* Varro ὄν& λύρας: *Nempe sues siluaticos in montibus sectaris venabulo, aut ceruos, qui tibi nihil mali fecerunt verutis, ah artem præclaram!* Lucr. lib. 4.

Vix absunt nobis missus bis mille sagittæ,
Vix etiam cursus quingentos sæpè veruti.

Plaut. Truculento: *Sed verutum sine dum petere, siquidem belligerandum est tecum.*

VERVTVS, veruto armatus, βελοφόρ&. Virg. Georg. lib. 2.

Assuetúmque malo Ligurem Volchúmque verutum.

VESCOR, pro vtor. Pacuu. Armorum iudicio: *Qui viget vescatur armis, vt percipiat præmium.* Idem Chryse: *Fugimus qui arce hac vescimur.* Nouius Macco exsule: *Cur is istuc vadimonia suum vestimentum vescitur.* Accius Phœnissis: *Num pariter videor patris vesci præmiis?* Idem Armorum iudicio: *Cadit Achilli, inclitis armis vesci studet, vt ea cuncta optima is læuia præ illis putat.* Cic. de finibus bon. & mal. lib. 5. *Si gerundis negotiis posset orbatus paratissimis vesci voluptatibus.* Virg. libro 1. Æneidos:

Quem si fata virum seruant, si vescitur aurâ Ætherea.

Lucr. lib. 5.

Quóve modo genus humanum variante loquela
Cœperit inter se vesci per nomina rerum.

VESCOR, pro video. Accius Athamante: *Priusquam infans facinus oculi vescuntur tui.* Non.

VESCVLVS, gracilis & malè curatus. Afran. sororibus:

At puer est vescis imbecillus viribus.

Ouid. lib. 2. Fastorum:

Nunc vocor ad nomen, vegrandia farra coloni
Quæ malè creuerunt, paruaque vesca vocant.

Sid. lib. 8. epist. 16. *Non tantum dictio exossis tenere delumbis, quantum vescula torosa, & quasi mascula placet.*

VESCVM sal. i. edax. Lucr. lib. 2.

Nec mare quæ impendent vesco sale, saxa peresa
Quid quoque amittant in tempore cernere possis.

VESCVS, nimis obscurus, parcus, valdè tener. Glossarium: *Vesces*, ὀλιγόστ&. Lucil. lib. 26.

Quàm fastidiosum ac vescum, cum fastidio viuere.

Gell. lib. 16. c. 5. Virg. Georg. lib. 3.

Interea pubi indomitæ non gramina tantùm,
Nec vescas salicum frondes vluámque palustrem.

VESPERNA, cæna erat antiquis, quòd non nisi vesperâ aduentante sumeretur. Cæna verò iisdem dicebatur

batur, quod nunc prandium vocamus.

VESPERVGO, heſperus. Plaut. Amphitruone: *Nam neque veſperugo, neque Vergiliæ occidunt.*

VESPILIONES dicũtur qui funerandis corporibus officium gerunt, quòd veſpertino eos tempore efferant qui funebri pompa duci propter inopiam nequierunt. Martialis lib. 2. epigr.

Qui fuerat medicus nunc eſt veſpillo Diaulus;
Cœpit quo poterat clinicus eſſe modo.

VESTIBVLVM, quod vel veſtæ ſacrum, vel ianuam veſtiat. Ouid. 5. Faſt.

Hinc quoque veſtibulum dici reor, vnde precamur:
Quæ famur, veſta eſt, quæ loca prima tenet.

Græcis πρόθυρον, quòd pænè expreſſit Plaut. Moſtell. *Videri veſtibulum ante ædes, & ambulacrum cuiuſmodi.*

VESTICEPS PVER, pubes, qui veſtem iam cepit: veſtis autem dicebatur lanugo, ſeu prima barba. Virg. lib. 8. Æneidos:

Aurea caſaries ollis, atque aurea veſtis. Idem eodem lib.
Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuentus.

Gell. lib. 5. cap. 19. *Iúſque iurandum à Q. Mutio Pontifice maximo conceptum dicitur, quòd in arrogando iuraretur, ſed arrogari non poteſt niſi iam veſticeps.* Sid. lib. 1. epiſt. 2. *Barba concauis hirta temporibus, quàm in ſubdita vultus parte ſurgentem ſtupitus tonſor aſſiduus genis vt adhuc veſticipibus euellit.*

VESTISPICI, veſtium inſpectores. Afran. Vopiſco: *Noui non inſcitulam ancillulam veſpere, & veſtiſpicam.* Plaut. Trinummo: *Nox datur, ducitur familia tota veſtiſpici, vnctor, auri cuſtos, flabelliferæ, ſandaligerulæ.*

VETER, vetus. Accius Hecubâ: *Veter fatorum terminus ſic iuſſerat.* Priſc. lib. 6. Ennius annal. lib. 1.

Quum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo.

Priſc. lib. 3. Varro lib. 6. de L. L. *Teſca dumeta ſunto quoad ego caſtè lingua nuncupauero. Olla veter arbor, quiſquis eſt quàm me ſentio dixiſſe, templum tectúmque eſto in ſiniſterum.*

VETERINA, animalia quæ vecturæ adhibentur, vt equi, boues, aſini. Gloſſæ: *Veterina beſtia.* ὑποζύγιον. Cato ea appellauit à vehendo: Opilius dici putat quaſi *venterina*, vel *vterina*, quòd ad ventrem onus religatum gerant. Varro lib. 1. de R. R. cap. 38. *In prata enim vel optimum vt cæterarum veterinarum, quæ ordeo paſcuntur quod multam facit herbam.* Plin. lib. 8. cap. 42. *Equo ferè qui homini morbi, præterquam veſica conuerſio ſicut omnibus in genere veterino.* Idem lib. 11. cap. 46. *Vngula veterino tantùm generi renaſcuntur.* Lucr. lib. 5.

Ne fortè ex homine & veterino ſemine equorum
Confieri credis centauros poſſe. Ibid.
Eſt genus omne quòd eſt veterino ſemine partum. Hinc

VETERINARIVS, ἱππίατρος, Gloſſis.

VETVSTISCERE & VETERASCERE. Nigidius comment. lib. 10. *Dicemus quæ vetuſtate deteriora fiunt vetuſtiſcere, quæ meliora inueteraſcere.*

VIARE,

VI

VIARE, proficiſci, ire. Apul. 6. *Quis enim viantum vectorem ſuum non libenter auferet ſecum?* Idem Florid. *Vt fermè religioſus viantum mos eſt.* Symm. lib. 1. epiſt. 80. *Dicis viandi negotio impeditam diu operam ſcribendi.* Sid. lib. 4. epiſt. 3. *Quòdque deinceps nullas viantum volas mea papyrus onerauerit.*

VIAS, pro viæ. Enn. lib. 7.

——— *dux ipſe vias.*

Sic Liuius odyſſeâ: *Atque eſcas habemus mentionem.* Idem ibidem: *Nam Diua Monetas filiam docuit.* Ibidem: *Mercurius cùmque eo filius Latonas.* Næu. lib. 1. bel. Pun.

Rhætus atque Purpureus filij terras. Ibidem:

Ei venit in mentẽ hominum fortunas. Priſc. lib. 6.

VIATICATVS, viatico inſtructus. Sid. lib. 6. epiſt. 10. *Tanquam opiparè viaticatus cùm gratiarum actione remeabit.*

VIBICES, Gloſſis μώλωπες, plagarum vulnera. Plaut. Fugitiuis: *Age, euge, ſpecta, vibices quantas.* Perſius Satyra 4.

Si puteal multâ cautus vibice flagellas.

VIBRISSÆ, dicti pili in naribus, quòd his euulſis caput vibretur. Gloſſarium: *Vibrucæ,* τρίχες ῥινός.

VIBRISSO, vocem in cantando criſpo. Titinius:

Si tibi erit cantandum facito vſque exuibriſſes.

Virg. lib. 2. Æneidos:

Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

VICATIM, per vicos. Siſenna hiſtor. lib. 3. *Cùm complures menſes barbâ immiſſâ lugubri veſtitu & tonſo capillo populus vicatim flens vnà cùm liberis circumiret.* Sueton. Caligulâ cap. 31. *Biſque victorem ſine morâ conſtringi iuſſit, & pannis obſitum vicatim circumduci, ac mulieribus oſtendi, deinde iugulari.* Plin. lib. 6. cap. 26. *Meſopotamia tota vicatim fuit diſperſa, præter Babylona & Ninum.* Gloſſæ: *Vicatim,* κωμηδόν.

VICEM MEAM, pro, mea vice. Plaut. Moſtell. *Ecquis homo eſt, qui hodie ſeſe excruciari meam vicem poſſet pati.* Liuius: *Suam vicem magis anxius quàm eius.* Idem: *Clamor vndique ab ſollicitis vicem imperatoris militibus ſublatus eſt.* Cic. lib. 1. epiſt. 9. fam. *Noſtram vicem vltus eſt ipſe.* Curtius lib. 7. *Is tum flere cœpit, & os ſuum conuerberare mœſtus, non ſuam vicem.* Plaut. Rud. *Si appellabit quempiam, vos reſpondetote iſtinc iſtarum vicem.* Et Capt. *Quin malè occidam oppetámque peſtem heri mei vicem.* Sic Lucret. lib. 6.

Inde bonam partem in lectum mœrore dabatur. Et lib. 3.

——— *hæc volnera vitæ*
Non minimam partem mortis formidine aluntur.

VICINARE, appropinquare, vicinum eſſe. Sidon. lib. 2. epiſt. 3. *Cui continuatur vicinante textrina cella pluuia diſcriminata tantum pariete caſtrenſi.* Idem lib. 2. epiſt. 10. *Conſtantij & Secundini vicinantia altari baſilicæ latera clareſcunt.* Et lib. 2. epiſt. 11. *Si nobis pro ſitu, ſpatiis regionum vicinaremur.* Idem lib. 7. epiſt. 2. *Vt diuerſorio quadam fœmina vicinaretur.*

VICINITAS, vicinia. Apul. de dogm. Platonis lib. 1. *Ne importuna vicinitas rationem constitutam desuper cunctorum saluti in ipsa cogitationum vicinitate turbaret.*

VICISSATIM, viciſſim, per vices. Plaut. Pœnulo: *Ad argumentum nunc viciſſatim volo remigrare, vt æquè ſitis mecum huius reignari.* Idem Sticho: *Noſmet potius oneremus viciſſatim voluptatibus.*

VICISSITAS, viciſſitudo. Accius Phœniſſis: *Viciſſitatémque imperandi tradidit.* Non.

VICTV, pro victui. Lucil. Satyr.

Quòd ſumptum atque epulas victu præponis honeſto.

Sic idem, *anu noceo*, inquit, pro anui. Et C. Cæſar in Anticatone: *Vnius arrogantiæ ſuperbiæque dominatúque.* Et in Dolobella: *Honori erant & ornatu.* Agell. lib. 4. cap. 16. Virg. itidem Georg. lib. 4.

Quòd nec concubitu indulgent. Et,

——— *téque aſpectu ne ſubtrahe noſtro.* Item,

Parce metu citherea.

Cæſar de bello Gall. lib. 7. *Cuius conſenſu ne orbis quidem terrarum obſiſtere poſſit.* Idem lib. 1. *Qui ſummo magiſtratu præerat.* Ibidem: *Cùm exercitu frumentum metiri oporteret.* Saluſt. Iugurth. *Non ſe luxu atque inertiâ corrumpendum dedit.* Terentius: *Veſtitu nimium indulges.*

VICTVIS, & VICTI, pro victus. Varro de vita pop. Rom. lib. 1. *Primùm de re familiari ab patribus, ſecundò de victuis conſuetudine, tertiò de diſciplinis priſcis neceſſariis vitæ.* Plaut. Captiueis: *Pro victi quotidiani ventrem ad me adferas.*

VIDELICET, videre licet. Plaut. Sticho: *Videlicet illum fuiſſe parcum ſenem, qui dixerit.* Ibidem: *Videlicet illum fuiſſe nequam adoleſcentem.*

VIDVBIVM, τρόσιμον χῆρος. Gloſſæ. Sid. lib. 6. epiſt. 2. *Cui filij, nec pòſt multo nepotis amiſsi duæ pariter plagæ recentes ad diuturni viduij vulnus adduntur.*

VIDVITAS, & VIDVERTAS, calamitas, inopia, orbitas, quòd viduet bonis. Plaut. Rudente: *Nunc id eſt, cùm omnium copiarum atque opum, auxilij, præſidij, viduitas nos tenet.* Cato de R. R. cap. 141. *Vti tu morbos viſos inuiſóſque, viduertatem, vaſtitudinémque prohibeſſis.*

VIDVITAS, χηρεία. Apul. lib. 3. Metam. *Miſeremini indignè caſorum iuuenum, noſtræque viduitati ac ſolitudini de vindicta ſolatium date.* Idem Apolog. *Decreuit Pudentilla ſibi diutius in viduitate non permanendum.* Ibid. *Mulier ſanctè pudica tot annos viduitatis ſine culpa, ſine fabulâ, deſuetudine coniugis torpens.* Et: *Qui viduitatem eius violarent.*

VIERE, adligare: vnde *vimina.* Enn. Aſoto: *Ibant malacam viere venereamcorollam.* Varro lib. 1. Analog. Idem lib. 1. de R. R. *Vt habeas vimina vnde viendo quid facias.* Gloſſarium: *Vietor, ὑποπλόκων.*

VIETVS, ſine vi. Gloſſis μεμαρασμένον. Varro lib. 1. de R. R. cap. 59. *Ne cùm humorem amiſerint pertinaci vento vieta fiant.* Terent. Eunucho: *Hic eſt vetus, vietus, veternoſus, ſenex.* Lucr. lib. 3.

Nec ſupra caput eiuſdem recidiſſe vietam Veſtem.

VIGILAX, vigilans, diligens. Sid. lib. 5. epiſt. 2. *Namque in paginis eius vigilax lector inueniet veriora nomina camænarum.* Et lib. 8. epiſt. 12. *In feſcennina vernans verbis,*

æſtuans votis in bucolica, vigilax, parcus, carminabundus.

VIGILIVM, pro vigilia. Varro Endimionibus: *Animum meum mitto ſpeculatum toto orbe, vti quid facerent homines quando experrecti ſiĕt, Me faciat certiorem, ſi quis ſumeret Me melius operam, vt eius conſilio ocius Vigilium adminicularem noſtrum, qui videt Alium curuantem extrema noctis tempora.*

VIGORATVS, audax, fortis. Apul. lib. 9. *Hac opportunâ fallaciâ vigorati iuuenis inductus, imò ſublatus, & ad credulitatem delapſus Barbarus.*

VILITANT, vilem faciunt. Turpilius Lindiâ: *Quin moncam, quin clamem, quin querar tua vitia quæ te vilitant.*

VILLICARI, & VILLICARE, ruſticari. Turpilius Hetærâ: *Hîc villicor ante vrbem, nunc rus eo.* Idem Paraterusâ: *Ego etiam non hîc villicabor Phœdria.* Afranius Suſpectâ: *In Arpinos iam quantum fieri pote explodam hominem, vt villicetur.* Pomp. Ergaſtulo: *Non longè ab vrbe villicari quò herus rarenter venit, Non villicari, ſed dominari mea eſt ſententia.* Cato oratione vti baſilica ædificetur: *Antequam is villicare cœpit. Atta Tyrone proficiſcente: Pater villicatur tuus, iam mater villicata eſt.* Priſc. lib. 8.

VINALIA FESTA, quibus vinum nouum Ioui libabant, Græcis ἀθωσγία. Plin. lib. 18. cap. 29. *Vinalia priora quæ ante hos dies IX. Kalend. Maij deguſtandis vinis inſtituta.* Ibidem: *Extra has cauſas ſunt vinalia altera quæ aguntur ad XIII. Kal. Septembr.*

VINCIAM dicebant continentam; vnde Vinciam Potionem, laqueum appellauit Plautus, quòd vinciat & conſtringat. Plaut. Sticho: *Nunquam ædepol me viuum quiſquam in craſtinum proſpiciat diem, nam mihi iam intus potione vinciâ onerabo gulam.*

VINDICERE, pro vindicare. In XII. Tabulis: NI IOVDICATOM. FACIAT. AVT. QVIS. ENDO. IOVRE. EM. VENDICIT. SECVM. DVCITO. Lucr. lib. 3.

Ipſe ſui miſeret, neque enim ſe vindicit hilum,
Nec remouet ſatis è protecto corpore.

VINDIGESTÆ, τὰ ἐν ἀμφισβητήσει πράγματα, res controuerſæ. Gloſſarium.

VINNVLVM, venuſtum, illecebroſum. Plaut. Aſinariâ: *Compellabo blanditer oſculando, oratione blandula, venuſtulâ.*

VIOCVRVS, quaſi vitam curans. Gloſſis ὁδῶν ἐπιμελητής. Varro lib. 4. de L.L. *Quis enim non videt vnde aurifodinæ & viocurus?*

VIOLACEVM, violæ colore. Cornelius Nepos: *Me iuuene violaceâ purpurâ vigebat.* Plin. lib. 9. cap. 39. Hinc *Violarius*, qui violaceo imbuit colore. Plin. Aululariâ: *Flammearij, violarij, coriarij.*

VIRATIVS, qui eſt magnarum virium. Varro Meleagro: *Si non malit vir viratiam vxorem habere Atalantam.* Non.

VIRESCO, vires recolligo. Furius Poëmatis:

Excreſcunt animi, vireſcit volnere virtus.

Gell. lib. 18. cap. 11.

VIRGATOR, qui virgis cædit. Plaut. Aſinariâ: *Vbi ſæpè cauſam dixeris*

dixeris pendens aduersùs octo astutos, audaces viros, valentes virgatores.

VIRGINAL, virginis αἰδοῖον: sicut *veretillum* viri. Sunt & *veretillum* ac *virginal* eiectamēta marina, earum rerum magnitudine ac specie: illud Italis *Cazo di mar* vocatur, hoc *Pota di mar*. Apul. in Apolog. *At quæsisse me fingeretis ad illecebras magicas, duo hæc marina veretillum & virginal.* Phædrus fab. 71. *Adplicuit virginale generi masculo, Et masculina membra applicuit fœminis.*

VIRGINDEMIA, virgarum ob verbera apparatus. Varro Agathone: *Quid tristiorem video te esse, quàm angit hæc Lampadion? quid familiaris filius? Amat, hæc spes est auxilij argentaria: ideoque scapulæ metuunt virgindemiam.* Plaut. Rudente: *Vt tibi vlmeam vberem esse speres virgindemiam, & tibi euenturam esse hoc anno vberem messem mali.*

VIRGINES, non solùm puellæ, sed etiam pueri dicuntur inuestes: nam & qui ex ephebis excesserant, *deuirginati* dicebantur. Varro περὶ ἐξαγωγῆς: *Quid magnum interesset, puerum vtrum esset deuerginatum vsurus, an μόνον ἔφασας purus dum cogito.* Nonius: *Imò & matres aliquando validioris ætatis virgines appellatas inuenimus.* Virg. in Bucolicis, de Pasiphaë, quæ trium erat liberorum mater:

Ah virgo infelix, quæ te dementia cepit?

VIRIATVS, robustus, magnarum virium. Lucil. Sat. lib. 2.

Inuiriatum hunc in fauces inuasse animámque Elisisse illi.

Idem lib. 26. *Contrà flagitium nescire bello vinci à barbaro viriato Annibale.*

VIRICVLÆ, vires pusillæ. Apul. lib. 11. *Nam viriculas patrimonij, peregrinationis attriuerant impensæ.*

VIRICVLVM, κέστρον, cestrum, cælum. *Encaustо duo fuisse pingendi genera antiquitus constat; cerâ, & in ebore cestro, id est, viriculo, donec classes pingi cœpere.*

VIROSÆ, virorum appetentes fœminæ, luxuriosæ. Afran. Diuortio:

Vigilans ac solers, sicca, sana, sobria,
Viriosa non sum: & si sim, non desunt mihi
Qui vltro dent: ætas integra est formæ satis.

Lucilius lib. 7. Satyrarum:

Dixi: ad principium venio, vetulam atque viriosam
Vxorem cædam potius quàm castrem egomet me.

Apul. 9. *Scæua, scæua, viriosa, ebriosa, peruicax, in rapinis turpibus auara.*

VIS, pro vires. Salust. lib. 3. historiarum: *Malè iam adsuetum ad omnes vis controuersiarum.*

VIS, pro vix. Turpilius Lindiâ: *Profectò vt quisque minimo cōtentus fuit, ita fortunatam vitam vixit maximè, vti Philosophi aiunt isti, queis vis sat est.* Varro lib. 2. de R. R. cap. 1. *Cùm portam sessum vis è re venissemus, ni medici aduentus nos inretisset.*

VISCERATIM, per viscera. Ennius Andromedâ: *Alia fluctus differt, dissipat viscera tim membra, maria salsa spumant sanguine.* Non.

VISCERATIO dicebatur crudæ carnis in populum distributio, quæ olim Romæ solebat ab principibus vrbis fieri. Liuius lib. 8. *Et populo visceratio data, à M. Flauio, in fu-*

nere matris. Suet. Iul. Cæſare, cap. 38. *Adiecit epulum ac viſcerationem, & poſt Hiſpanienſem victoriam duo prandia. Viſceratio* etiam Gloſſis ἀρτόκρεας. Item *Viſcerationem*, εὐφροσύνην. Et aliæ Gloſſæ: *Viſceratio*, διανομὴ κρέως.

VISCVM, rete. Varro Parmenone:

Lepuſculi timentes hoc quadrangulum,
Dedit Diana, rete, nexile, ἀρχύας,
Viſcum, ſagenam, lineámque compedem.

VISCVS, eris (cuius pluralis viſcera.) dicitur quidquid intra cutem pellémve animalis eſt. Lucil. Sat. lib. 14.

Idne ægrè eſt magis an quòd pane & viſcere priuo
Quod viſcus dederas primum, hoc in viſcere largi. Lucr. lib. 1.
Viſceribus viſcus gigni, ſanguénque creari
Sanguinis inter ſe multis coeuntibu gut tis.

Tranquillus Vitellio cap. 13. *Ne quidem temperauit, quin inter altaria ibidem ſtatim viſcus & farra pænè rapta è foco manderet.* Serenus cap. 42.

Aut nitido ranæ decoctum viſcus oliuo.

VISSIO, βδόλος, peditus, emiſſio ſpiritus ex inferiore gutture. Gloſſarium.

VITABVNDVS, vitans. Saluſt. hiſtor. lib. 3. *Ea inter molem atque inſulam mari vitabundus claſſem hoſtium peruenit.* Liuius lib. 5. belli Punici: *Hanno ex Brutiis profectus cum exercitu, vitabundus caſtra hoſtium conſuléſque.*

VITAS, in numero multit. Apul. lib. 11. *Nam in eorum vitas, quorum ſibi ſeruitium Deæ noſtræ maieſtas vindicauit, non habet locum caſus infeſtus.*

VITILE, quod lentum eſt, vieríque facilè poteſt. Plin. lib. 13. cap. 4. *Folio latiore ac molli ad vitilia vtiliſſimo.* Quod Theophraſtus: πλάτυ γὰρ καὶ μαλακὸν ἔχουσι τὸ φύλλον. διὸ καὶ πλέκουσιν ἐξ αὐτῶν τάς τε σπυρίδας, καὶ τὰς φορμούς. Varro lib. 3. de R. R. cap. 16. *Vitiles fimobabulo oblinunt intus & extra ne aſperitate abſterreantur.*

VITILIGO, in hominis corpore dicitur macula, tanquam farinulæ adſperſæ: vnde Græcis ἄλφος. Lucil. Satyris:

Hæc odioſa mihi vitiligo eſt, non dolet inquit. Feſt.

Apul. Apolog. *Corporis primorem cutim vitiligine inſignit, & omnimodis maculationibus conuariat.* Vitiliginis tres numerat ſpecies Celſus. *Vitiligo*, inquit, *quamuis per ſe nullum periculum adfert, tamen fœda eſt, & ex malo corporis habitu fit. Eius tres ſpecies ſunt: Alphos vocatur vbi color albus eſt, ferè ſubaſper, & non continuus, vt quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur. Melas colore ab hoc differt, quia niger eſt, & vmbræ ſimilis; cætera eadem ſunt: Leuce habet quiddam ſimile alpho, ſed magis albida eſt, & altius deſcendit, in eáque albi pili ſunt, & lanugini ſimiles.*

VITIOSITAS, κακία. Cicero: *Huius virtutis contraria eſt vitioſitas: ſic enim malo quàm malitiam appellare eam, quam Græci κακίαν appellant: nam malitia certi cuiuſdam vitij nomen eſt, vitioſitas omnium.*

VITREA, vitra. Sic. Flaccus de cond. agror. *Aliquibus verò aut cineres,*

res, aut carbones, aut teſtas, aut vitrea fracta, aut oſſa ſubcenſa, aut calcem, aut gypſum inuenimus. Author de terminis: *Calcem, aut gypſum, aut carbones, aut vitrea fracta, aut teſtam tuſam.*

VITVLARI, voce lætari, παιανίζειν. Ennius:

Habet is coronam vitulans victoriâ.

Nævius Lycurgo:

Vt in venatu vitulanter ex auiis
Locis nos mittant poleris decoratos feris.

Varro rerum diuinarum lib. 15. *Pontifex in ſacris quibuſdam vitulari ſolet, quod Græci παιανίζειν vocant.* Plaut. Persâ: *Opes, ſpes, bonas copias commodanti lubens, vitulórque meritò.* Hyllus libro de diis, Vitulam ait vocari deam quæ lætitiæ præeſt. Piſo putat Victoriam nominari, quòd poſt victoriam certis ſacrificiis fiat vitulatio; volúntque nonnulli ſic dictam quòd cauſa ſit vitæ tolerandæ, ideóque huic Deæ pro frugibus, quæ vitam ſuſtentant, fieri ſacra, quò reſpexit Maro in Bucolicis, eclogâ 3.

Cùm faciam Vitulâ pro frugibus ipſe venito. Macr. lib. 3. cap. 2.

VITVPERONES, vituperatores. Gell. lib. 19. cap. 7. *Quòd vituperones ſuos ſubductis ſupercilij carptores appellauit.* Sid. lib. 4. epiſt. 12. *Cui datum eſt ſaltibus gloriæ proterere poſſe ceruices vituperonum.* Idem lib. 8. epiſt. 1. *Sed plus cauendum eſt, ne in aliquos forſitan incidamus vituperones.*

VIVATVS, vigens, vegetus, à vi magnâ. Lucr. lib. 3.

Denique corporis atque animi viuata poteſtas
Inter ſe coniuncta valent, vitáque fruuntur.

Idem eodem libro:

Præterea ſi iam viuato corpore nobis
Inferri ſolita eſt animi viuata poteſtas.

VIVEBO, pro viuam. Nævius de Pathicis: *Tibi dum viuebo, fidelis ero.*

VIVESCERE, vitam acquirere, creſcere. Lucr. lib. 4.

Vlcus enim viueſcit, & inueteraſcit alendo,
Inque dies gliſcit. Ibidem:
Quod cupido infixum cordi viueſcit, vt ignis.

VIVIRADIX, μόχλευμα, φυτευτήριον, viua planta. Cicero: *Sarmenta, viuiradices, propagines, nónne ita afficiunt, vt quemvis cũ admiratione delectent?* Quod Gaza ita interpretatur: ὄζοι καὶ ὑπόῤῥυζοι καὶ ἀπώρυγες, οὐχ ὕτω πως διατίθησιν, ὡς μὴ ἂν θαύματος ἄνευ τέρπεσθαι μηδὲ ὁντινανοῦν.

VL

VLLA metus, pro vllus. Ennius Annalibus:

Nî metus vlla tenet, ritè in virtute quieſcunt.

VLLÆ, pro vlli. Lucr. lib. 1.

——— *neque ſunt igni ſimulata, neque vllæ*
Præterea reji, quæ corpora mittere poſſunt.

Sic Corn. Nepos in Thymoleonte: *Ex maximo bello tantum ocium totæ inſulæ conciliauit.*

VLLI, pro vllius. Plaut. Truculento: *Quaſi verò corpori reliqueris tuo poteſtatem coloris vlli capiendi.*

VLLO, pro vltus fuero. Accius Epigone: *Qui niſi genitorem vllo, nul-*

lum meis dabo finem miſeriis.

VLMITRIBA, qui virgis exercetur vlmeis. Plaut. Persâ: *Etiámne dicis vbi ſit venefice? Neſcio inquam vlmitriba tu.*

VLS, & cis, pro vltra & citra. Varro lib. 4. de L. L. *Sacerdotes vniuerſi à ſacris dicti: Pontifices à poſſe & facere. Pontifices ego à ponte arbitror: nam ab iis ſublicius eſt factus primùm & reſtitutus ſæpè, quòd eo ſacra & cis & vls Tiberim non mediocri ritu fiant.*

VLTIME AFFECTVS, ad extremas redactus. Apul. lib. 1. Metamorph. *Atque omnibus priuatus tandem euado, & vt pote vltimè affectus ad quandam cauponam Meroën anum, ſed admodum ſutulam deuorto.*

VLTROTRIBVTA, impenſas & adtributiones operum publicorum faciendorum mancipibus & redemptoribus certâ mercede locatorum dixerunt. Liuius lib. 39. *Vectigalia ſummis pretiis, vltrotributa infimis locauerunt.* Idem lib. 43. *Qui publica vectigalia & vltrotributa conduxiſſent.* Seneca de Beneficiis lib. 4. cap. 1. *Cùm virtutem nec lucrum inuitet, nec damnum abſterreat, adeoque neminem ſpe ac ſollicitatione corrumpat, vt cuncta in ſe impendere iubeat, ac ſæpius in vltro tributis ſit.*

VLVLABILIS, miſerabilis. Apul. 4. *Et ſemianimem ex edito deſpexit, vlulabili cum plangore ad eum ſtatim extitit.* Et lib. 5. *Quòd ſono penetrabili vocis vlulabilis per prona delapſa amens & trepida Pſyche procurrit è domo.*

VM

VMBO, Græcis ἄμβων, quidquid extumidum eſt & prominet. In montibus loca ſublimia ita vocat Statius Thebiade:

Stant iuga & obiectus geminis vmbonibus agger
Campum exire vetat. Idem:
——— *vaſto metuenda vmbone ferarum*
Excutiens ſtabula.

Idem Achilleide:

——— *vndiſonæ quam circuit vmbo Maleæ.*

Et in Hercule Surrentino:

——— *ſolidus contrà riget vmbo maligni Montis.*

Item in viâ Domitianâ:

Tunc vmbonibus hinc & hinc coactis.

Sidon. lib. 4. epiſt. 20. *Quorum lux in orbibus niuea, fulua in vmbonibus.* Hinc in clypeis *vmbones* appellantur, quos vocat ὀμφάλους Polyb. lib. 6. Suet. Iulio Cæſare, cap. 68. *Memorabile illud Cynegeri exemplum imitatus tranſiliuit in nauem, vmbone obuios agens.*

VMBRALITER, adumbratim. Sid. lib. 2. epiſt. 10. *Quam iſta hæc quæ imaginariè tantùm & quodammodo vmbraliter effingimus.*

VMBRATICOLA, & vmbraticus, homo ignauus qui in lucem prodire non audet. Plaut. Truculento: *Tùne tantilli doni causâ mœchum malacum, cincinnatum, vmbraticolam, tympanotribam amas?* Idem Curculione: *Quid refert me feciſſe regibus vt mihi obedirent, ſi hic me hodie vmbraticus deriſerit?*

VN

V N

VNÆ figuræ, pro vnius. Lucr. lib. 2.

Vt ſæpè ex aliis formis variiſque figuris
Efficitur quiddam quadratum, vnæque figuræ.

Sic Cælius lib. 5. hiſtoriar. *Nullius aliæ rei niſi amicitiæ eorum causâ.* Afran. Suſpectâ: *Adeò vt te ſatias caperet totæ familiæ.* Saluſtius Catilinâ: *Sine populi iuſſu nullæ earum rerum conſidi ius eſt.* Priſc. lib. 6.

VNCINATVS, ab vnco. Cic. Academic. lib. 4. *Nec vt ille qui aſperis & lævis & hamatis vncinatiſque corpuſculis concreta hæc eſſe dicat.*

VNDVLATVS, purus. Varro de vitâ pop. Rom. lib. 2. *A quibuſdam dicitur eſſe virginis Fortunæ ſimulachrum, ab eo quòd eſt duabus vndulatis togis apertum, perinde vt olim reges noſtri vndilatas & prætextas togas ſunt ſoliti habere.* Marcell.

VNEDO, pomum inhonorum, terreſtribus fragis ſimile; dictum quòd vnum tantùm mandi poſſit. Græci κόμαρον, & μεμαλκυλον vocant: arbor quoque ipſa *vnedo*, à noſtris *arbutus* appellata; ipſaque poma *arbuta* dicuntur Virgilio. Plin. lib. 15. cap. 24. *Aliud corpus eſt terreſtribus fragis; aliud congeneri eorum vnedoni, quod ſolum pomum ſimile fructum terræ gignit.* Plinius *vnedonem* dicit, quod Theophraſtus ἀνδράχνλω. De myrrhe arbore: *Corticem habet lævem ſimilémque vnedoni*, quod Theophraſtus: φλοῖον ὃ ἔχει λεῖον, ὅμοιον τῇ ἀνδράχνῃ. Idem Plin. de malo Aſſyriâ: *Folium eius eſt vnedonis, intercurrentibus ſpinis.* Quod Theophraſtus: ἔχει φύλλον μετὸ ὅμοιον, καὶ χεῖρον ἴσον τῷ τῆς διδράχνης. Quidam putant vnedonem non eſſe arbutum, ſed eam arborem quam *Neflier* Galli, nos Meſpilum vocamus. Galenus lib. 6. Pharm. ſimpl. *Epimelin arborem* ait *eſſe aſperam, malo agreſti ſimilem, cuius fructus vnedo vocatus, capiti noxius ſit, & ſtomacho inimicus.*

VNGVEDO, vnguentum. Apul. lib. 3. Metamorph. *De quris vnius operculo remoto, atque indidem egeſtâ vnguedine, diúque palmulis ſuis adfrictâ.*

VNGVEN, vnguentum. Lucil. Satyr. lib. 4.

Tyſiphone reſidet pulmonibus, atque ad id vnguen
Excoctum attulit Eumenidum ſæuiſſima Erynnis.

Virg. lib. 4. Georgicorum:

——— *& pinguesvnguine ceras.*

Perſius Satyrâ 6.

Fœniſecæ craſſo vitiarunt vnguine pultes.

Cato cap. 79. *In ahenum caldum vnguen indito.*

VNGVLATVM, vngues magnos & aſperos habentem vocauit Cato. Feſt.

VNGVLVS, Oſcorum linguâ annulus dicitur. Pacuu. Ilionâ: *Repugnanti ego porrò huic detraxi vngulum.* Idem Atalantâ: *Suſpenſum lævo brachio oſtendo vngulum.* Ibidem: *Hic eſt vngulus quem ei detraxi ebrio de digito.* Feſt. Plin. lib. 33. cap. 1. *Miror Tarquinij ſtatuam ſine annulo eſſe, quamquam & de nomine ipſo ambigi video: Græci à digitis appellauere apud nos priſci vngulum rocabant.*

VNGV

VNGVSTVS, fustis vncus. Fest.

VNI, pro vnius. Titinius Barbato: *Quod quidem pol mulier dicet, nam vni collegij sumus.* Sic *soli*, pro solius. Cato lib. 1. originum: *Nam de omni Tusculanâ ciuitate soli Lucij Manilij beneficium gratum fuit.* Prisc. lib. 6.

VNICVM, antiqui dixerunt, quod nos singulare, egregium & præclarum. Afran. Brundisinâ: *Quis tam sagaci corde atque ingenio vnico?* Turpil. Demetrio: *Homo vnicâ naturâ & singulariâ.* Cic. de Senectute: *Quanta in Attilio Calatino, in quem illud elogium vnicum.* Plaut. Asinariâ: *Nam Poëta es prorsus ad eam rem vnicus.*

VNISTIRPIS, μονόῤῥιζος. Plinius: *In longitudinem excrescunt abies palma cupressus, & si qua vnistirpia.* Quod Theophrastus: Ἔστιν οὖν τὰ μὲν εἰς μῆκος αὐξητικὰ, μάλιστα μόνα, οἷον ἐλάτη, φοῖνι, κυπάρισσος, καὶ ὅλως τὰ μονοστελέχη, καὶ ὅσα μὴ πολύῤῥιζα, μηδὲ πολύκλαδα.

VNITER, coniunctè. Lucr. lib. 3.

Nil tamen hoc ad nos qui coitu coniugióque
Corporis atque animæ consistimus vniter apti.

Idem eodem libro:

——— *cùm corporis atque animai*
Dissidium fuerit, quibus è sumus vniter apti. Et lib. 5.
Ex ineunte ævo coniunctam atque vniter aptam
Partibus aëris mundi. Ibidem:
Propterea quia tam coniuncta atque vniter apta est.

VNIVIRA, quæ vni tantùm viro nupsit: quod Græci dicunt μοναν-δρεῖν. Tert. lib. de monogamia: *Fortunæ muliebri coronam non imponit nisi vniuira.* Romæ in antiquo monum. RENATVS VOLVSIAE IVSTAE MATRI CARISSVMAE. OMNIVM FAEMINARVM SANCTIORI VNIVIRAE.

VNOSE, simul, comprehensim. Pacuu. Ilionâ: *Occidisti vt multa paucis verba vnosè enunciem.* Non.

VO

VOCALES geminatas, cùm longa scribenda esset syllaba antiquos vsurpasse docent. Quintil. lib. 1. orat. instit. & Victor. Afer de orthographia. Næuius principio belli Punici primi: *Quei terrai Latiaai hemoones tuseerun vireis fruudésque Poenicas faabor.* Idem: *Saacra ordine in mensa Penaatium Deoorum poonuntur.* Idem: *Faato Roomæ fiunt Metelli consules.*

VOCARE, conuiuij verbum. Plaut. Stich. *Nulli negare soleo, si quis inuocat.* Ter. Eun. *Quæ, cùm amatores vocant, ligurriunt.* Hinc Catullo vocationes simpliciter pro inuitationibus, & Oppiano 3. ἀλιευτ. κλητὴρ, vocator. Vide eleganter multas conglobantem Io. Lud. de la Cerda in lib. 1. Æneid.

VOCAMEN, nomen, vocatio. Lucr. lib. 2.

——— *& Bacchi nomine abuti*
Mauolt, quàm latius proprium proferre vocamen.

VOLATICVS, volatilis. Cic. de aruspic. resp. *Illius furentes ac volaticos impetus in seipsos posse conuerti.*

VOLENTIA, voluntas. Salust. hist. lib. 4. *Multisque suspicionibus volentia plebi facturus habebatur.*

Hinc

Hinc *beniuolentia*, & *maliuolentia*.

VOLGARIVS, pro vulgaris. Nou. Zonâ: *Atque facilitatem video veteris volgariam.* Afranius Priuigno:

Dehinc temeritatem repudio volgariam.

Turpilius Trasyleonte: *Non est mediocris res, neque volgaria fallacia hæc.* Sic *Articularius*, *peculiarius*, pro articularis, peculiaris. Cato de R. R. *Morbum articularium nulla res tantùm purgat.* Pomponius ad Sabinam lib. 7.

Res tamen in causâ peculiariâ manent.

Apul. Apologiâ: *Earum alteram volgariam quæ sit percita populari amore.*

VOLIM, pro velim. Lucilius Satyr. lib. 27.

Idola atque atomos vincere Epicuri volim.

Plaut. Asinaria: *Meo modo loquar quæ volim, quoniam intus non licitum est mihi.* Idem Captiueis: *Nunc illud est cum me fuisse quàm esse multo mauolim.* Lucr. lib. 2.

Atque animi tactus liber quò peruolit ire.

VOLONES, dicti milites qui post Cannensem plagam vsque ad octo millia, cùm essent serui, voluntariè ad militiam obtulerunt. Liuius lib. 3. belli Punici: *Vt Tirones (ea maxima pars volonum erat) discerent signa sequi.*

VOLSELLA, λαβίδιον, instrumentũ quo capillus euellitur. Glossarium: *Vulsella*, τριχολαβίς, ἀχανθολαβίς. Plaut. Curculione: *Ita me volsellæ, pecten, speculum, calamistrum meum bene me amas sint, meaque excutia, lintéumque extersum.*

Martialis lib. 9. epigr.

Pungéntque sæua Cana labra volsellæ,

Curios, Camillos, Quintios, Numas, Ancos.

VOLSGRÆ, aues dicebantur, quæ se vellendo malum edebant auspicium; has *fucillantes* augures vocabant: de quibus Æschylus in Persis:

Μεθύστερον ὃ κίρκον εἰσορῷ δρόμῳ
Πτεροῖς ἐφορμαίνουσα, καὶ χηλαῖς κάρα
Τίλλουσα. Et Statius:

——*simul ora recuruo*
Vngue secant rabidæ, planctúmque imitantibus alis
Exagitant Zephyros, & plumea pectora cædunt.

VOLTA, pro vultus. Ennius annali primo:

Quis pater aut cognatu' volet nos contratueri?
Auersabuntur semper vos, vostraque volta. Non.

Lucretius lib. 4.

Vt patribus patri, & quod vtriusque figuræ
Esse vides, partim miscentes volta parentum.

VOLVERE, verbum Fatorum, seu Parcarum, quæ voluunt & nent fila: Græcis νήθειν καὶ κλώθειν. Philost. κεκλωσμένα, fato destinata, voluta, glomerata, neta. Hinc Plautus traxit hunc sermonem, in Menæchm. *Quem ego hominem, siquidem viuo, vita deuoluam sua.* Vita enim conuolutione & glomeratione staminis producitur, & fit longior; sed fit breuior cùm iam stamẽ conuolutum deuoluitur, vt præcidatur. Parcæ siquidẽ, quasi perparcæ, auaræ, & parùm liberales, cùm

finis vitæ approximat, ſtatim filum ſecant, neque minimum vitæ concedunt vltra fata deſtinata.

VOLVP, iucundum. Plaut. Aſinariâ: *Hic ſenex ſi quid clam vxorem ſuam fecit volup.* Et Menæchmis: *Vt tibi ex me ſit volup.* Idem Rudente: *Volup eſt cùm iſtoc vobis ex pietate veſtra obtigit.*

VOLVPE, iucundè. Plaut. Milite: *Te Palæſtrio volupe eſt conueniſſe.* Ibidem: *Si illis ægrè eſt mihi quod volupe eſt, meo remigio rem gero.* Idem Rudente: *Bene factum, & volupe eſt, hodie me his mulierculis te tuliſſe auxilium.* Et Moſtellariâ: *Victitabam volupe parſimoniâ ac duritiâ.* Et Sticho: *Vt mihi volupe eſt Pamphilippe, quia vos in patriam domum rediiſſe video.*

VOLVPTABILIS, gratus. Plaut. Epidico: *Voluptabilem mihi tuo aduentu adtuliſti nuncium.*

VOMAX, impurus. Sidon. lib. 8. epiſt. 3. *Duæ quæpiam anus Gethides, quibus nihil vnquam litigioſius, bibacius, vomacius erat.*

VOMICA, locus concauus, vetuſtate exeſus. Item hulcus. Cic. de naturâ Deorum: *Nec prodeſſe volunt Pheræo Iaſoni, qui vomicam eius aperuit, quam medici ſanare non potuerant.* Plaut. Persâ: *Vomica eſt, preſſare caue, nam vbi quis malâ tetigit manu, dolores cooriuntur.* Serenus Samonic. cap. 40. *Vomica qualis erit, vel eidem proxima quædam.*

VOMITARIA, in ſpectaculis dicimus vnde homines glomeratim ingredientes in ſedilia ſe fundant. *Vomere* enim antiquis *fundere*. Ennius:

——— *& Tyberis flumen vomit in mare ſalſum.* Virgilius:

Mane ſaltantum totis vomit ædibus vndam.

VOPISCVS dicitur, qui ex duobus conceptibus, vno per abortum excluſo ad partum legitimum deducitur. Plin. lib. 7. cap. 10. *Vopiſcos appellabant è geminis qui retenti vtero miſcerentur, altero interempto abortu.* Cognominatus hoc eſt nomine Flauius hiſtoriographus, qui vitas conſcripſit Imperatorum.

VOPTE, pro, vos ipſi, Cato poſuit. Feſt.

VORSORIA, funis nauticus quo velum vortitur. Plaut. Mercatore: *Hic ventus nunc ſecundus eſt, cape modò vorſoriam.* Idem Trinummo: *Cape vorſariam, recipe te ad herum.*

VOTITVM, religione prohibitum. Plaut. Aſinariâ: *Deme iſtuc; equidem illum moueri geſtio: nolo illam cauſam habere & votitam dicere.*

V R

VRBANATIM, vrbanè. Pompon. Aleonibus: *Ruſticatim ego illam tangam, nam vrbanatim neſcio.* Non.

VRBICAPVS, qui capit vrbes. Plaut. Milite: *Age mi Achilles, fiat quod te rogo, ſerua illam pulcram pulcrè, exprome benignum ex ted ingenium, vrbicape occiſor regum.*

VREDO, lentigo, libido. Apul. lib. 4. *Per ego te*, inquit, *maternæ caritatis fœdera deprecor, per tuæ ſagittæ dulcia vulnera per flammæ iſtius mellitas vredines.* Idem lib. 8. *Paſſimque circumfuſi nudatum ſupinatúmque iuuenem exſecrandis vredinibus flagitabant.* Eſt & *vredo*, ὁ ναυθμός,

θμός, exustio herbarum & arborum. Plinius: *Ægrotant, & cùm alsere, læsis vredine attonsarum comis.* Quod Theophrastus: ἀμβλύνται γὰρ αἱ ὀφθαλμοὶ τῆς προτοτομῆς.

VRGVIT, pro vrget. Sicut *stridit, ridit, vindicit*, &c. Glossarium, *Vrguet*, ἐπείγει. Lucr. lib. 6.

Præterea ventus cùm per loca subcava terræ
Conlectus parti ex vnâ procumbit, & vrguit
Obnixus magnis spelunca viribus altas.

VRIGO, ardor libidinis, tentigo. Apul. 1. Metam. *Ac mox vrigine percita cubili suo applicat.*

VRINARI, in aquam mergi. Cic. Academ. lib. 2. *Si quando enim nos demersimus vt qui vrinantur aut nihil superum, aut obscurè admodum cernimus.* Hinc *vrnæ* dictæ, quòd vrinent in aquâ hauriendâ. Varro lib. 4. de L. L.

VRRVNCVM, pars spinæ ima. Varro lib. 1. de R. R. cap. 48. *Illud quòd in summâ spicâ iam maturâ, quod est minus quàm granum, vocatur frit, quod infima spica ad stramenti culmum summum, item minus quàm granum, appellatur vrruncum.*

VRVO, seu VRBO, circumdo. Glossarium: *Vrbata*, περιεσφαγισμένα. Ennius Andromedâ: *Circum sese vruat ad pedes quadringentos caput.* Fest.

VRVVM, siue VRBVM (vtrumque enim inuenimus) dicitur τὸ ἀνάσιμον in superiorem partem reflexum. Inde qui in aquâ merguntur, vt iterum sursum versus existant, *vrinare* dicuntur. Varro lib. 4. analogiæ: *Vrinare est mergi in aquam, factum ab vrbo, quod ita flexum, vt redeat sursum versum, vt in aratro.*

VS

VSIO, vsus. Varro ταφῇ μνήμης: *Diogenem litteras sciisse, dum vsioni quod satis esset.* Gellius lib. 4. cap. 1. *Longæ vsionis gratia contrahuntur & reconduntur.* Cato cap. 145. *Si viride oleum fiet, facito accedat oleum, & sal suæ vsioni quod satis siet, & vasa viminea.*

VSVALIS, vsitatus proletarius. Sidonius lib. 4. epist. 10. *Reliquas denuo litteras vsuali (licèt accuratus mihi melior non sit) sermone contexo.*

VSVRA, vsus. Accius OEnomao: *Atque hanc postremam Solis vsuram cape.* Plaut. Ampithruone: *Vsuramque eius corporis cepit sibi.*

VT

VTER, & VTERVM, pro vterus. Cæcilius Vmbris: *Nunc vter crescit, non potest celari.* Turpilius Philopatro: *Disperij misera, vterum cruciatur mihi.* Afranius Vopisco:

Sedit vterum, nondum omnino tamen. Non.

Plaut. Aulularia: *Perij mea nutrix, obsecro, vterum dolet.* Apul. Apologia: *O infelix vterum tuum Pudentilla! ô sterilitas liberis potior! ô infausti decem menses!*

VTIBILIS, vtilis. Plaut. Menæchmis: *Serui qui culpâ carent & metuunt, hi solent esse heris vtibiles.* Idem Milite: *Magis adrem non potest esse vtibile.* Et Trinummo: *Vide si hoc vtibile magis atque in rem deputas.* Idem Bacchidibus: *Quibus*

ingens in animo vtibile eſt modicum. Sic Gloſſæ : *Docibilis*, διδακτικὸς, pro docilis. Et Siluius Mæcenas epigrammat. ad Cybelem matrem :

Ades huc, ades Cybele, Dea, montigena Dea :
Age tympano ſonante quate flexibile caput.

Apul. 6. *Videt alias ſpicas flexibiles in coronâ.* pro flexiles.

VTO pro vtor. Cato de R.R.c. 96. *Eodem modo in omnes quadrupedes vtito, ſi ſcabræ erunt.* Sic *vtor* paſſiuè. Nouius Ligariâ Licinariâ: *Quia ſupellex multa, quæ non vtitur, emitur tamen.* Gell. lib. 15. c. 13. Plaut. Aſinariâ : *Vbi illa quæ dedi antè? abuſa ſunt.* Varro : *Vtile vtamur potius quàm ab rege abutamur.* Sic Verrius : *Sæuitiáque eorum abominaretur ab omnibus.* Et Ennius : *Aſſectari ſe omnes cupiunt.* Laberius: *Vxorem tuam, & meam nouercam à populo lapidibus conſectari video.*

VTOR, cum caſu accuſandi. Titinius lib. 5. *Vti eum oportet libertatem qui ſapit.* Nouius Zonâ : *Facilitatem video vteris vulgariam.* Lucil. Satyrarum lib. 14. *Quem metuas ſæpè, interdum quem vtare libenter.* Plaut. Bacchidibus : *Nóſque aurum abuſos.* Idem Pœnulo : *Profectò vteris vt voles operam meam.* Et Persâ : *Nam hoc argentum alibi abutar.* Item Sticho : *Poſticam partem magis vtuntur adium.* Terent. Eunucho : *Operam abutitur.*

VTRIA, pro vtres. Lucilius Satyris :

Andronicus Flacci teget vtria.

VTRIMQVESECVS, ex vtraque parte. Apul. lib. 9. *Tunc gliſcit violentior vtrimqueſecus contentio.* Idem lib. 10. *Et vtrimqueſecus iactatæ crebiter laterum mutuæ viciſſitudines.* Ibid. *Vt ritè & more maiorum iudicio reddito, & vtrimqueſecus allegationibus examinatis.* Et : *Sed bene quod vtrimqueſecus ſermone prolato, iacturæ remedium quæritur.*

V V

VVLGA, capacitas cum laxitate. Varro ſexageſimo : *Eò vt viaticum ex arculâ adderem in vulgam.* Lucilius Satyrar. lib. 2.

——— *dabit in vulgam penetrare piloſam.*

VVLGARE, vile habere, & quaſi in vulgus dare. Ennius Annalibus:

——— ——— *quæ ſcis*
In vulgum vulgas, artémque exprómis inertem.

Virg. Æneidos lib. 10.

——— *quid me alta ſilentia cogis*
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?

Liuius lib. 1. ab Vrbe : *Sunt qui Laurentiam vulgato corpore lupam inter paſtores vocatam putent.* Plaut. Amphitruone : *Cúmque me abſente corpus vulgauit ſuum.*

VVLGVS, ſexu maſculo vſurpat Virg. lib. 2. Æneid.

——— *hinc ſpargere voces*
In vulgum ambiguas.

Tacit. 3. hiſtor. *Facundia aderat, mulcendíque vulgum artes & auctoritas.* Accius Epig. *Arguos fremere bellum, & velle vi vulgum violet.*

VVLPINARI, ἀλωπεκίζειν, aſtutè deludere, & inſidias declinare; ab intorto vulpium curſu. Varro Myſteriis :

Vulpinare modò & concurſa qualibet, erras.

Hinc

Hinc *vulpinaris*, & *vulpio*, quod eſt doloſus, impoſtor. Apul. Magiâ: *Etiam cùm matri blandirere, tamen iam tum vulpionem fuiſſe & impium.* Idem lib. 3. Metam. *Ain*, inquit, *vulpinaris amaſio, méque ſponte aſciam cruribus meis illidere compellis.*

VVLTVOSVS, triſtis. Cic. de oratore: *In quo cùm effeceris, ne quid ineptum ſit, aut vultuoſum.* Apul. lib. 3. *Longè diſſimilis aduenit, non lætâ facie, ſed vultuosâ fronte, rugis inſurgentibus.* Sid. lib. 1. epiſt. 11. *Aly triſtes vultuosique iunctis mihi lateribus incedere.*

VVLTVRVS, pro vultur. Ennius Annali ſecundo:

Vulturus in ſiluis miſerum mandebat hemonem;
Heu quàm crudeli condebat membra ſepolcro. Priſc. lib. 6.

VVLTVRIVS verò dixere Cic. in Piſonem. Lucil. lib. 1. Apuleius lib. 4. 6. & 10. Metamorph. Liuius lib. 27. Plaut. Curculione & Moſtellaria, Chariſius lib. 1. &c.

X Y

XYSTVS, locus ad exercitationes corporis, quas Græci περιπατίδας, Latini *ambulationes* vocant: Græci *Xyſtum*, porticum vocant ampla latitudine athletis per hyberna tempora exercendis accommodatam. Xenophon: ἐν τῷ ξυστῷ περιπατεῖν. Cic. in Bruto: *Cùm ambularem in xyſto, & eſſem ocioſus domi.* Hinc *Xyſtici* dicuntur athletæ, in xyſtis pugnantes. Suet. Octauio Auguſto cap. 45. *Nec tamen eo minùs aut xyſticorum certationes, aut gladiatorum pugnas ſeueriſsimè ſemper exegit.* Idem Galbâ: *Vt & ſi quid ſcenici aut xyſtici donatum olim vendidiſſent, auferetur emptoribus.* Et: *Non tam ſtatuarum & tabularum pictarum ornatu ades ſuas, quam xyſtis & nemoribus excoluit.*

Z A

ZAMIA, damnum, calamitas, à ζημία. Plaut. Aululariâ: *Diues pauperi vbi manum iniicit benignè, ibi onerat aliquam zamiam.* In pinu arbore quæ ſint *Zamiæ* indicat Plinius lib. 16. cap. 26. *Quo menſe ex ea* (pinu) *nux decerpitur, eodem matureſcit alia, & ſic diſpenſatur, vt nullo non menſe matureſcat: quæ ſe in arbore ipsâ diuiſere vocantur Zamiæ, lædúntque cæteras, niſi detrahantur.*

Z E

ZETÆ, (quæ in vſu noſtrâ tempeſtate non ſunt, veteres autem frequentiſſimas in domibus habebant) loca erant in variis partibus domus; ad quæ per meatus quoſdam intra parietem relictos, qui *Tubuli* dicũtur, adſcendentes ex imo ſpiritus frigidæ aut calidæ aquæ in pauimento inferiore ſparſæ, locum ipſum aut tepefaciebant, aut refrigerabant, prout ratio temporũ exigere videbatur: neque enim tũc ignis erat vſus in cubiculis, nec ædes ſpiracula habebant, vnde fumus exiret, quæ nunc vulgus alieno nomine *caminos* vocat, dici autem Latinè *infumibula* poſſunt. Plin. lib. 5. epiſtolarum: *Contra mediam ferè porticum Zeta paululum recedit.* Lamprid. Heliogabalo: *Eſt in Zeta dormitorium cubicu-*

lum, quod diem, clamorem, ſonum, excludit. Hinc diminutiuum *Zetecula.* Plinius: *Mox zetecula refugit quaſi in cubiculum.* Sid. lib. 8. epiſt. 16. *Nam per armariola & zetecu-culas noſtras non permanſerunt digna prolatu.* Idem lib. 9. epiſt. 11. *Vt eum non amplius zetecula tua, quàm memoria includat.*

ZO

ZONATIM, in gyrum. Lucil. Sat. lib. 6.

Zonatim circa impluuium cinerarios eludebat. Non.

FINIS.

SVPPLEMENTVM ANTIQVARI,

SEV

Plurimarum vocum exoletarum & insolentiorum, ex Glossariis Græcolatinis, ab HENRICO STEPHANO editis passim excerptarum, farrago:

Digesta à IANO LAVRENBERGO.

SUPPLEMENTUM
ANTIQUARII
SEU
Plurimarum vocum evolutarum & indolentiorum, ex
Glossariis Graecolatinis, ab HENRICO STE-
PHANO editis partim excerptarum, farrago:

SVPPLEMENTVM ANTIQVARI.

A.

ABORIGO, αὐτόχθων: indigena.
Abstenis, νηφάλιος, ὁ ἀπέχων: sobrius.
Abutero, παραχρῶμαι: abutor.
Accitus, κατάκλησις: accersio.
Acetat, ὀξίζει: acescit.
Aciarium, ῥαφιδοθήκη: acuum theca.
Acinaticium, ὀξωδές: acidum.
Aciscularius, λατόμος: lapicida.
Aciſculum, σκάφιον, ἢ τοὶ ὄρυξ κηπευτικὴ: matula, ligo.
Acrimonium, πικεία: amaritudo.
Acrum, δεμύ: acre.
Acuciator, ἀκονητής: cociarius.
Acucla, ῥαφίς: acicula.
Adfectuoſus, συμπαθής: condolens.
Adferial, ὕδωρ τὸ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον: aqua quæ ad ſepulcra fertur.
Adloncinacio, συνεχὴς ὑπέρθεσις: continuacio.
Adſectacio, ἐπανακολούθησις: ſequela.
Aerum, ὄροβος: eruum.
Agripomum, φθινόπωρον: autumnus.
Alapare, ῥαπίζειν: verberare, alapam impingere.
Alapator, καυχητής: gloriator, iactator.
Albianus, λευκόχρως: album habens corpus.
Albura, λεύκωμα: albumen.
Alcioſus, δύσρυγος: rigidus, perpetuò frigens.
Alemonium, τροφή: alimentum.
Aletudo, τροφή: eſca.
Alipilarius, δρωπακιστής: qui vnguentis corpus depilat.
Alipimo, πίπρω: volo, alis vtor.
Allubio, προσθήκη ποταμοῦ: aluuies.
Alor, κοπισμός, luſus aleæ.
Aluetum, ῥίτζον: riuus.
Amarica, πικραία: amaritudo.
Ambago, περιοδεύσιμος τόπος: amfractus.
Ambubia, μιχώεια: intybus.
Amellum, μελόφυλλον: meliſſophyllum.
Amiterminus, ὅμορος: finitimus, confinalis.
Anabla, ὄφελον....
Anaxant, ὀνομάζουσι: nominant.
Ancita, ἐνδόταλα: intima.
Ancræ, & *ancria*, ἄγκεα, αὐλῶνες: valles, conualles.
Ancus, κύλλος, λοξός: mancus, mutilus.
Andrum, ῥοδοδάφνη: radix, roſa.
Anet, χηρᾷ: ſeneſcit.
Angario, ἀγγαρεύω: cogo, adigo.
Angla, ὀγές; ὡς νέβλος: menſa triangularis.
Anglobes, πόπανον εἶδος: placenta.
Anguicia, μήδεια: medea.
Anguſtiportum, στενωπός: angiportus.

Animecum, ἰσοψυχόν: vnamine.
Animeſco, θυμῶμαι: iraſcor.
Anitas, γραύτης, anilitas.
Annas, νῆττα: anas.
Annatus, δακτυλοφόρος, συμποδιαστής: annulatus, compeditus.
Anniculus, ἐνιαύσιος: annuus.
Annucula, γραῦς: anus.
Antarium, ἀνταρμός....
Antas, γερουσία: ſenatus.
Antelato, προτίθημι: præfero.
Anticeps, δίσημος: anceps.
Antigena, ὁ προγενητής: priùs natus.
Antillare, θηλεύεσθαι, παλλακεύεσθαι: ſcortari.
Antioper, πρὸ τούτου: antehac.
Antiſecus, ἔμπροσθεν: ante, olim.
Antites, γερουσίαι: ſenacula.
Antroſa, ὀρχήστρια: ſaltatrix.
Antus, ἄντυξ: ora, antes.
Anxietudo, ἀχθός, ὀδύνη: ſarcina, dolor.
Apertilis, ἀνοικτός: apertus.
Apertularius, θλάσμα ἔχων ἵππου: equus contuſione laborans.
Apertularius, θυρωρενοίκης: ianitor.
Apicus, ὀππικιστής, ὡς Ἰουβεναλίου: opicus.
Apnades, θηρκλεῖον: vaſis argentei genus.
Appia, εἶδος σκεύους: vaſculum.
Appulo, προσπελάζω: appello.
Apſis, προσφατόν, νεαρόν: recens.
Aptra, ἀμπελόφυλλα, ὡς Τίτινιος: pāpini.
Aquamilina, ὑδρόμυλη: molaaquatica.
Aquemolus, ὑδραλέτης: molitor aquarius.
Aqueo, ὑδρεύομαι: aquor, haurio.
Aquilio, κέντρον βοῶν καὶ σκορπίων: ſtimulas, aculeus.
Arbares ſodales, lib. de offic. proconſul. οἱ περὶ τῶν ὁρῶν διαγινώσκοντες δικασταί: finitores, terminorum & finium arbitri.
Arbellum, βασανιστήριον: tormentum.
Arbetes, δένδρα: arbores.
Arbipendium, πλέθρον: menſura agri, iugerum.
Arboretum, δένδρων ὁ τόπος: locus arboribus conſitus.
Arbuſculoſus, σωδένδρος: ramoſus.
Arcarius, ὁ ἐπὶ τῶ δημοσίας τραπέζης: qui præeſt fiſco publico.
Arcetat, κρύπτει: occultat.
Arcilla, πηλὸς λευκή: argilla, terra alba.
Arcina vlua, ἀνθηλή: pannicula.
Arciuus, εἰρκτικὸς, κωλυτικός: arcens, prohibitorius.
Arcum, τόξος: arcus.
Arcutes, τοξόται: ſcorpionarij, ſagittarij.
Areſcit, πλανᾶται: errat.
Aretillum, ἀρωπελὸ ὄρασον....
Argiarra, ἀφιδρύματα: ſimulacra.
Argula, πλαισῶν ἀφή....
Armicuſtos, ὁπλοφύλαξ: armorū cuſtos.
Armilium, σκεύος: vaſum.
Armites, ὁπλῖται οἱ ἐν ἐσχάτῃ τάξει: milites in vltimo agminis ordine.
Armites, παράταξις ἔνοπλος: acies armata.
Armicia, θυσία: hoſtia, victima.
Armoracia, ῥαφανίδες: raphani.
Arnia, πρυστέλλιον....
Arſibilis, καύσιμος: cremabilis.
Arta, στενωπά: anguſtiæ, angiportus.
Arto, ἁρμάζω: congruo.
As, αὐτάς: eas.
Aſcilla, μαχάλη: ala, axilla.
Aſcura, ἀσκοπυτίκιν: vas vinarium.
Aſia, ῥάμμα: filum, acia.
Aſigna, κρέα μεμιγμένα: viſcerata, carnes in populum diſtributæ.
Aſpratura, κόλλυβος: collybus.
Aſpretudo, τραχωμα τῦ ὀφθαλμοῦ, τὸ ἄγριον: palpebrarum ſcabrities.
Aſprobitura, ἀσπρότης: candor.
Aſprum, δηνάριον λευκόν: nummus albus.

Aſſacella,

Assacella, ἀφιδρωτήριον: sudatorium.
Assarium, ἀσσάριον, δοκιόν, γεμμίον: trabes, teruntius.
Astrama, σανίς, ὑποπόδιον: assер, scabellum.
Atanuuius, ἅγιον ἱερέως σκεῦος: vas pontificale.
Atramentale, μελανδόχιον: atramentarium.
Atritudo, μελανία: nigredo.
Atturacio, λιβανοκαῖα: sacrificium ex thure.
Atubus, μολίλος, μόγγος: blæsus.
Aucat, περισπᾶ: circumflectit.
Aucellus, στρουθίον: auicula.
Auclator, ὑπερέτης: accensus, minister publicus.
Auctuacio, ἀθροισμός: auctus, congregatio.
Auellanum, λεπτοκάρυον: corylum.
Auideo, ἀπλησιάζομαι: auidus sum, insatiabilis.
Auliones, αὐλυταί: tibicines.
Aurunculus, ἡλοβίνη: furunculus.
Austrans, νοτίζων, ὑγραίνων: humectans.
Auxillæ, μικρόπτερα, ὡς βάρρων: auiculæ.
Axedo, ἐμβολόν: τὸ εἰς τὴν ἄξονα ἐμβαλλόμενον ξύλον: lignum quod axi immittitur.
Axites, ἀποτελεσματικαί: actiosæ, superstitiosæ.

B

Babit, γαυριᾷ: gloriatur.
Bacle, ὑποδήματα γυναικεῖα σκηνικά: cothurni muliebres.
Bacculum, κυπαλόν: baculus.
Baleari, σφενδονῆσαι: balearicâ, seu fundâ iacere.
Balineum, βαλανεῖον: balneum.
Ballatum, βλήχηθμος: balatus ouium.
Ballistra, σφενδόνη, μάγγανον πολεμικόν: funda, machina bellica.
Ballistrarij, σφενδονῆται: funditores.
Ballo, βαλλίζω: iacio.
Balnitor, βαλανεύς: balneator.
Baluca, χρύσαμμος: arena aurea.
Bandum, λιγνόν: mobile, flexibile.
Barbamentum, γενεῖον: barba.
Barbo, βάκηλος: stolo, stolidus.
Barbarra, ἄφρων: ἀγόνη: morio.
Barbatoria, φωγοροκυεία: ars barbitonsoria.
Bardatus, νάννος, τὸ σκεῦος: nasiterna, nanus.
Bardei, Γλλυειοὶ ἡῦλοι, οἱ καὶ ἀγωνισάμενοι ὑπὲρ Γταλίας καὶ Κίννα καὶ Μαρίου στρατευσάμενοι, καὶ ὃν τύτε τυραννῆσαι καὶ τῶν δεσπότων: τύτες Σερτώριος δόλῳ περικυκλεύσας ἀνεῖλε.
Bardes, ἰλλυειός ἡῦλος, δορύξηνος: calo.
Bardit, ἔλεφας κράζει: elephas vocē edit.
Bargenna, πεχροφόρος: vespillo.
Barginna, προσφώνησις βαρβαρική: adclamatio barbara.
Barisa, εἶδος ποτηρίου: vasis genus.
Barosus, συβαρός, βάκηλος: stultus, arrogans.
Barus, πυρρός: rufus, burrus.
Basilicarius, μαλακὸς ἀγοραῖος: sordidus, vilis, forensis.
Bassilitas, παχύτης: crassitudo.
Bassulus, παχύς, ὑποκοριστῶς: crassulus.
Bassus, παχύς, ἔγχυλος: crassus, succidus.
Batum, πράσον: porrum.
Bellonarij, οἱ θεοφορούμενοι, lib. de offic. proconsul. fanatici.
Belluile, θηριώδες: belluinum, ferinum.
Beluus, θηριώδης: efferus.
Beneuentanum, ἱέρματος εἶδος Βαβυλονικοῦ: strati genus Babylonici.
Berbix, πρόβατον: ouis, veruex.
Bessim, δίμοιρον: bimembre.
Betoraces, ἄκανθαι: spinæ.
Betus, πάλαιος: priscus.

Bibibile, ποτιμον: potabile.
Bibilles, δίμαλλοι, δίκρατοι: amphitapæ.
Bibolnes, δίπτωτοι: bifidi.
Bibonius, λολυπότης: bibax, potator.
Bicerres, δίμαλλοι: amphitapæ.
Bicoxum, δίμοιρον: bimembre.
Bigradum, δίβαθμον: bipes.
Bilabrum, δίχειλος: duo habens labra.
Bilex, ἄνεμος: ventus.
Bilex, δίμιτος: duplex ligamen habens.
Bilices, δίπτυκτοι: duplicati.
Binio, δινημμία, δίωβόλιον: denarius.
Biplex, δίπλους: duplex.
Biſanus, χοῖρος ἐξάμηνος: porcus ſemeſtris.
Biſpello, νεκροφόρος: veſpillo.
Blandor, γόης, ὁ κόλαξ: ambitioſus, adulator.
Blattela, θρόμβος αἵματος κογχυλίων: gutta ſanguinis conchyliorum.
Blattica, idem.
Blax, βάκηλος, μῶρος: ſtultus.
Bob, βόλβια: bulbitum.
Boccola, εἶδος ἀγγείου: vaſum.
Bolanæ, μετάφραξαι, ϖαλιγκάπηλοι: propolæ.
Bolbitum, βόλβιτον: fimum bubulum.
Bolites, μορφαὶ εἰς θυσίαν: ſpectacula ad ſacrificium pertinentia.
Bolunda, ὄλωθος: gruſum.
Bombites, μύρμηκες: formicæ.
Bominatores, θορυβοποιοὶ, θρύλλον ϖοιοῦντες, ἢ ταραχὴν: tumultuatores.
Bonifacies, εὐπρόσωπος, formoſus, hilaris.
Bonifatus, εὔμοιρος: felix.
Bonimoris, καλότροπος: benè moratus.
Bor, ὁ τὸς ϖόδας φλεγμαίνων: pedes inflammans.
Boticio, βίωνω: mergo.
Bouilium, βοοστάσιον: bouile.
Breuiarium, ἐπιτομὴ: epitome.
Briſa, τέμφυλον: vinacia.
Brutes, τριβόλοι: tribuli.
Bubal, βοεῖον: bubalum.
Bubulcarius, βοώτης: bubulcus.
Bucilla, ψωμός: buccella.
Bucinium, σάλπιγξ: tuba.
Bulli, χρυσοκάνθαροι: inſectum.
Burdit, ψηρλιᾶ, γαυειᾶ: exultat, ſuperbit.
Buſtra, βυσσία: bubilia.
But, μῖσος: nugæ.

C

Cabernum, τρίπημα: foramen, cauerna.
Cabidarius, καβιδάριος....
Cacaturit, σχέλτιᾶ: profluuio alui laborat.
Cacuere, παρακαλῆσαι: aduocare.
Cacumbeat, διαλάσῃ: permutet, cambiat.
Caductor, κήρυξ, ὁ ὑπὲρ εἰρλώνης ἀποστελλόμενος, καὶ τὸ κηρύκειον φέρων: caduceator.
Calatiæ, ἀναιδεῖς, αἰσχροὶ, ἀπὸ τῦ θερμαίνεσθαι: impudentes.
Cærimonia, δημήτρια: Cereris ſacra.
Cæſulum, κυανόν: ceruleum.
Calata comicia, ἀρχαιρέσια, δὶς τῦ ἔτους γενόμενα: ſacra pontificalia.
Calcia, λάξ: calx.
Calculoſitas, λιθίασις: morbus calcularis.
Caldacia, σωκεράσιον: calda aqua.
Caldarius, θερμοδότης: caldam præbens.
Caliclare, τραπεζόφορον: in quo calices ſeruantur.
Caliclarium, ποτηριοθήκη: poculorum theca.

Calien

Caliendrum, κόσμος κεφαλῆς: capitis ornatus.
Calius, σποδὸς, τέφρα: cinis.
Caltudia, ἑορτή: festum.
Calua, ποντικὰ πεφρυγμένα: nuces auellanæ tostæ.
Camax, κοντός: contus, sudis.
Cambio, ἀναλλάσσω: permuto.
Cambitas, ἀντικαταλλογὴ: commutatio.
Campiductor, ὁπλοδιδάσκος: dux exercitus.
Campsa, καμπτρὰ: carceres, vnde equi currunt.
Campsarius, καμπτροποιός: qui carceres fabricatur.
Camtus, καυθὸς ὀφθαλμοῦ: angulus oculi.
Canaptura, λυχναψία: accensio lychni.
Canaster, μιξοπόλιος: canescens.
Candelabra, λαμπάς: fax.
Cantitas, ποσότης: quantitas.
Canumentum, βερῦτα, εἶδος ἀκοντίου: verutum.
Canutus, πολιός: canus.
Capillatus, κομήτης ἀστὴρ: cometa.
Capta, ἡ ἀπὸ προγόνων οἰκεῖα: domus hæreditaria.
Caquilus, ἀετός: aquila.
Caresco, στέρομαι: careo.
Carmentalia, ὑμνολογία: cantio.
Carminè, σαρκικῶς: carnaliter.
Carquila, κρεάδιον: caruncula.
Carpies, ῥυπαρὸς πόκος: sordidum vellus.
Carrecta, φραγμός: sepes.
Carruonum, αἰσθύλη: fuligo, carbo.
Carticula, δεῖπνον: cæna.
Casana, σκέπη πλοίου: operimentum nauis.
Cases, *huates iares*, ὑφάσματα ἀράχνων: telæ aranearum.
Casiuor, τυρός: caseus.
Casso, στέρω: priuo.
Castitor, ἁγνεύω: sum castus.
Catillem, δικασκαλίαν, παίδευσιν: doctrinam.
Catulaster, βάπαις: adulescentulus.
Catulinum, σκυλάκειον: caninum.
Cauerola, ζώγριον: spelunca ferarum.
Cauponarius, κάπηλος: copo.
Cauponium, πανδοχεῖον: diuersorium.
Cebulus, κυφός: gibbosus.
Celeripes, ὠκύπους: celer.
Cellaromarium, ταμεῖον: cellarium.
Censitor, ἀπογραφεύς, τιμητής: censor.
Ceriber, ἐγκέφαλος: cerebrum.
Cereroſius, δημητριόληπτος: cerritus, insanus.
Ceriforus, κηριάπτης: sacrificans, ceram conficiens.
Cermentorium, ἀπόμαγμα: abstergimentum.
Cerniculum, σύγκρισις: discerniculum.
Certamino, διαφιλονικέω: contendo.
Certitas, βεβαιότης: certitudo.
Ceterus, λοιπός: reliquus.
Cetumcrudum, ὠμοτάριχος: edulium ex thynni piscis carne salitâ, quod veneti Moronam appellant.
Cicinia, θεὰ κωμῳδῶν: Dea cynædorum.
Cicinni, βόστρυχες: cirri, capilli crispi.
Ciliatus, εὐοφρύς: pulcher superciliis.
Cillo, προκέφαλος: qui capite est acuminato.
Cimico, κολάζω: blandior.
Cimnifo, γυναικῶν κοσμήτης: ciniflo.
Cimussa, ψιμύθιον, σμά: plica.
Cimussator, ψιμυθιστής: plicator.
Cinædus, λευκομέτωπος: candidam habens frontem.
Cinctorium, παραζώνιον: cingulum.
Cindator, γόης: subdolus, fallax.
Ciner, κόνις: cinis.
Cingillus, στράφιον, ζώνιον: paruum cingulum.

Cinias, ἐπισωμίον: ſupercilium.
Cinus, τέφρα: cinis.
Cippus, κορμὸς ποδοκάκη: inſtrumentum quo noxij conſtringebantur: Cicero ſoleas ligneas vocat.
Circellum, κεγκίον: circulus.
Circitor, κυκλευτής, κελευτής: circulator.
Circitura, περιοδία: circuitus.
Circumtallum, σφυδρόν....
Circuo, κυκλεύω, circumeo, luſtro.
Circutat & circat, κυκλεύει: circumit.
Ciſci, ἐντός: cis.
Citrum, ἑσπέριον: heſperium, ſerotinũ.
Ciuiſa, σπρὰ: plica.
Clabata, ὀχετός: riuus.
Clarigatio, ἐνεχυριασμός: pigneracio.
Clarigo, ἐνεχυριάζω: pignero.
Claritas, λαμπρότης: candor, ſplendor.
Claſſicarij, σαλπιγκταί: tubicines.
Claudaſter, ἀννισίχωλος: claudus.
Clientia, προσφυγή: profugium, clientela.
Cloax, καναλισκός: canaliculus.
Clores, ἰάπιξ ἄνεμος: corus.
Clura, κερκοπίθηκος, πίθηκος: ſimia.
Coccigat, κωλαίνει: claudicat.
Cociatria, μεταβλητικὴ: ars permutandi merces.
Codra, κόδρα: quadra.
Coënaclarius, γαθμῶχος: hoſpes.
Coëtus, ἥσυχος: quietus.
Cohiuum, κάλυξ ῥόδου μεμικώς: calix, roſa clauſa.
Cola, ῥωγυλόγυ ἐργατεῖον, πιεστὴρος κηνῶ: ἐν β. γεωργικῶν: vindemiatoris inſtrumentum, prelum.
Coliorius, ὄφις χέρσυδρος: coluber, ſerpens tam in terra quàm aqua viuẽs.
Colipilarius, ἡροπακιστής: depilator.
Colla, θυσία ἱερέων: ſacrificium.
Colleum, ταύρεος ἄσκος: culleus.
Collibum, τέλεσμα μικρὸν, κάλλυσμος: precium permutationis.
Collifana, φρύγατα ἱερέα: ſacræ oues.
Collubium, σύγχυσις: confuſio.
Colobium, κολόβιον: ſubicula.
Colophus, κόγδυλος: articulus.
Colucula, ἡλακάτη: helacata.
Columella, ἐπιστύλιον: columna.
Combino, ζευγίζω: coniungo.
Comiſator, καταφαγάς: comeſor, vorax.
Comiſor, ἐσκωμίζω: comeſſatum eo.
Comiſſa, συμβολή: ſymbolum.
Commiſculus, κοινός, commiſtus, communis.
Commolo, σωαλίζω: vnâ molo.
Commomonentum, ἀρχεῖον: baſilica, palatium.
Compagitus, ἁρμολόγησις: cõpaginacio.
Compedo, ποδίζω: compedio.
Comperio, γινώσκω: compertum habeo.
Compeſcacio, σωφρονισμός....
Compilacio, σύλησις: ſacrilegium.
Complacuo, ἐναρεστῶς: placitè.
Compulſit, σωμήλασιν: compulit.
Concana, σωδεῖπνος: conuiua.
Concibus, σώσιλος: commenſalis.
Concubo, σωκαναλίνομαι: concumbo.
Condator, σωτελεστής: municeps.
Condauit, προσένειμεν: diſtribuit.
Confarreatus, σωζεώσεως χάριν ζευχθείς: conuictor.
Confuraneus, σωΐλεχνος: coartifex.
Coniſto, ἐμπλήκτος: ſtolidus.
Coniuum, κάλιξ ῥόδου μεμικώς: calix, cohiuum.
Commineſco, ὑπομιμνίσκω: reminiſcor.
Compaginatus, σωάρμοσις: coagmẽtatio.
Conpagino, σωαρμόζω: copulo, coniũgo.
Conputeo, προσύζω: putreſco.
Conquaterno, ζευγνίζω μὴ τέσσαρα: quaternatim iungo.
Conſalaneus, σώλαλος: conmarinus.
Conſcaptium, μετάφρενον: ſcapula.
Conſcapula, κύγχη: dorſum.
Conſcarifico, καταξύω: derado.

Conſe

Conſecraneus, συμμύστης: ſymmyſta.
Conſortis, σωάκληρος: conſors.
Continoſus, μηνύρικτος: cerritus.
Conſuetudinarius, σωνήθης: conſuetus.
Conuiuax, ὁμόβιος: coætaneus, vnà viuens.
Copadum, τεμαχός: fruſtum.
Coponicula, καπηλιόν: cauponula.
Cordiatus, καρδίακος: cardiacus.
Cordidicia, ῥυπαεία: pædor, ſqualor.
Coriet, ῥάπῃ: conſuat.
Cornum, κέρας: cornu.
Corporicida, μακελλίης: lanius.
Corporoſus, ἔφσωμος: pinguis, craſſo corpore.
Corſum, εἰς ποῖον μέρος: quorſum.
Coſſuo, ῥάπῃω: ſuo, conſuo.
Cotis, ἀκόνη: cos. Item, ὀργή: ira.
Couinus, κάρρον καθεδρωτόν: arcerra.
Crementum, προσθηκή: auctus.
Crepuſum, ὄμφαξ: vua acerba.
Crucifico, σαυρῶ: crucifigo.
Crupes, χοινία: funiculi.
Cruppa, κάλος παχύς: rudens.
Crupta, βαίτης: tunica pellicea.
Cruſtalum, ψόφος ποδῶν: ſtrepitus pedũ.
Cucina, μαγειρεῖον: carnificina, culina.
Cuculio, σλεπαστόν: lectica pellibus tecta.
Cudo, ἄκμων: incus. Item εἶδος πετάσου: galea pellicea.
Cuſæ, καμαείαι: fornix.
Cuicui, ὅτιν δήποτε: cuicunque.
Culbicio, στραγγυρία: ſubſtillum.
Culbo, στραγγυρῶ: ſubſtillo.
Culdex, πτέρνος: calx, calcaneum.
Cullicolum, θυλάκιον: culeus.
Cultra, μαχαιρεία κείρεως: nouacula, culter tonſorius.
Cultrus, μαγείρου σφαγύς: ſeceſpita, ſecuris poparum.
Cuma, ἀσπάραγος: aſparagus.
Cupella, βάθλιον: gaulus.
Cupidicinus, τριχέδεσπνος: cupidus cænæ. ſic appellarunt antiqui eum qui tardior ad cænam veniebat; ab aduerſo ſenſu: quaſi feſtinanter accurrens ad cænam.
Cupillum, γευστρίδιον: ſipho quo ex vaſe vinum hauritur.
Cupplanto, συμποδίζω: impedio.
Curcio, ἔχιδνα: vipera.
Curmen, ζύθος ἀπὸ σίτου: cereuiſia, pœtus ex ordeo.
Currax, ἅρμαξ: curſor.
Currulus equus, ἁρμικὸς ἵππος: tolutarius.
Curulus, θρόνος ἡγεμονικός: ſella curulis.
Cuſio, ἀσειράπλω: conſuo.
Cuſit, ῥάπτει: ſarcit.
Cuſor, ἐλάτης χρύσου ἢ ἄλλης ὕλης: fur auri, aut alterius materiæ.
Cuſpus, ξύλινον σανδάλιον: calceus ligneus.
Cuſſio, ἡ μονήτης: percuſſio monetæ.
Cuſus, ξύλου σκώληξ: coſſus.
Cutulus, ἄγκων: cubitus.
Cylleus, βόρβορος: cænum.

D

Damnabilitas, καταάκρισις: damnacio.
Damnaticium, κατάδικον: damnatum iudicio.
Dapet, εὐωχεῖται: conuiuium præbet.
Daps, εὐωχία: epulum ſacrum.
Dardinarius, παντοπάλης, παντομισθόλος, σιτοκάπηλος: negociator, rei frumentariæ diuenditor.
Dauus, ἄφρων, ἄπειρος: ſimplex, ſtultus.
Decemplum, δεκαπλοῦν: demplum.
Decemprimus, δεκαπρῶτος: decurio.
Decium, καλὸν, ἀγαθόν: bonum.
Decoramentum, κόσμημα: decorum.
Decret, δογματίζει συλλογίζει: decernit.
Decubis, μνηστήρ, ἀπόκοιτος: procus, adulter.

Dec

Decudia, ἐριχηλία: nugæ, irritamenta.
Decurionatus, δεκαδαρχης: decurio.
Dedeum, φονικω ....
Defantia, ἀποτροπή, φόνος: infamia.
Defouentum, κεφάλεια, ἢ θλησιοιῶ: fors.
Defrensa, ἄρπρα τετειρημένη....
Defustat, ξυλοκοπεῖ: fustibus cædit.
Dehonestamentum, ἀτιμία, contumelia.
Delerus, ληρῶν, παράληρος: delirus.
Delerat, ἢ παρακόπτει, ληρεῖ: nugator, delirat.
Delicium, πταῖσμα: error, delictum.
Deliquat, διυλίζει, διηθεῖ: defecat, percolat.
Delliones, τύραννοι: tyranni.
Deluca, μυκτήριον....
Demiculus, σκυφιὸν μικρὸν: scyphulus.
Demolit, καθαιρεῖ: demolitur, diruit.
Demulcia, ἐκλογὴ ἀπὸ πολλῶν: electio, delectus.
Dentex, σιωδὸς, φάγρος: pagrus piscis.
Deprecat, αξιοῖ: deprecatur.
Depugis, κατάπυγος, καταπύγων: cynædus.
Despalat, διασπᾷ: diuellit.
Destinus, μονότονος: peruicax.
Destra, δεξιὰ: dextra.
Deuirginator, διαπαρθενευτής: virginum corruptor.
Deuirgino, διαπαρθενεύω: deuirginata, διεφθαρμένη, corrupta.
Dexum, δεξιάν: dextrum.
Dianunt, δίδωσιν: dant.
Decennis, δεκαετής: decennis.
Dicentarius, λεκτής, ῥήτωρ δικανικός: rhetor, cauſidicus.
Dicibile, λεκτόν, ῥητόν: dicendum.
Dieculum, ἡμερίδιον: diecula.
Diespiter, χάρων: Charon.
Difficulto, δυσκολαίνω: grauor.
Disrax, διπρόσωπος: biceps.
Digestum, διάλογος: disputacio.
Dignorant, ἀναπτύσσει, διαγινώσκει: explicat, dignoscit.
Diota, οἰνοφόριον, ἀμφόριον: vas cum duabus ansis.
Directio, ἀποκατάστασις: restauracio, in integrum directio.
Disceptim, σαφῶς, φανερῶς: dilucidè.
Discordale, διχογνωμικῶς: discorditer.
Disperile, ἄζυγον, ἄνισον: inæquale, dissimile.
Dispex, ὀξυβλέπτης: acutè cernens.
Dispensor, ἑτερογνώμων: dissentiens.
Dissum, ἀκέραιον: integrum.
Distipulum, καταλυθέν: dissolutum.
Distrigilare, ἀμβλύνειν: lacerare.
Distulerare, ὑπερτιθέναι: differre, prolatare.
Diuatus, ὁ τῆς θείας μνήμης: beatæ memoriæ, Diuus.
Diuellio, πόλεμος: bellum.
Diuersoriarius, πανδοχεύς: caupo, hospes.
Diuinasso, μαντεύω: diuino.
Diuius, δυσόδευτος....
Diurnum, ἡμερολόγιον: calendarium.
Docibilitas, ἐλλογιμότης παιδεύσεως? elegantia doctrinæ.
Doctrinum, διδασκαλεῖον: ludis literarius, schola.
Documentacio, ὑποθεσία: institutio, correctio.
Dogarius, βυττοποιός: doliarius.
Domi corruptor, οἰκοφθόρος: corruptor domus.
Domicus, οἰκεῖος: domesticus.
Domnadius, σαθμοῦχος: paterfamilias.
Domitus, δάμασις....
Dor, δίδωμαι: à quo dicitur daris, datur.
Dossum, ἴσχιον: lumba.
Dropacista, δρωπακιστής: depilator.
Druppa, γεργέσιμος, ἐλαῖα μέλαινα: oliua quæ in arbore maturuit.

Dubietas,

Dubietas, ἀμφιςολία: ambiguitas.
Dubingenioſus, ἄφυὴς: degener, ingenio tardus.
Dubinus, διανὸς: dubius, duplex.
Ducator, ἄγων, προηγέμων: ductor, princeps.
Duicenſus, δευτερὸν ἀπογεγραμμένος: qui cum prole in ciuitatem adſcriptus eſt.
Duillium, τυραννὶς: tyrannis.
Duitas, δυὰς: binio, numerus binarius.
Dulcacium, γλυκύπικρον: dulceamarum.
Dulcitudo, γλυκύτης: dulcedo.
Dulcium, πλακοῦς: placenta.
Dunicum, ἄχρις τοῦ: donec.
Duo, χαίρω: gaudeo.
Dupia, εἶδος σκεύους: vaſis genus.
Dupliones, διπλοῖ: duplices.
Duracinum, πλωράσινον....
Duritas, σκληρότης: duricia, rigor.

E

Ebulum, ἑλλέβορος: helleborus.
Eccire, ἰδοὺ: ecce.
Ecta, φλυκτὶς ἄρτου: puſtula in pane.
Efficacitas: ἐνεργία: efficacia.
Effigium, ἀποτύπωμα: effigies.
Effugacio, ἀποφυγὴ: effugium.
Effuſorium, ἔκχυσις: effuſio.
Egeſtuoſus, ἐνδεὴς: egens, indigus.
Egrimonium, ἀῤῥωςία: morbus, infirmitas.
Eiucarum, εἶδος σκεύους: vaſis genus.
Eiuncidum, ἐκλεπτωθὲν: extenuatum, gracile.
Eiunat, νηςεύει: ieiunat.
Elatiua, ἐκφορικὰ: quæ efferuntur.
Elentherium, κάθιμα, ἀβελτέριον: monile, inauris.
Elicatores, ὑδρόσκοποι: aquarioli.
Elicutum ſit, ἐκβιαςθὲν: vi electum.
Elimes, ἄποικος, παρώνιος: extorris, peregrinus.
Eliminauerunt, ἐξέβεσαν: eiecerunt.
Elix, ἀναπνοὴ ὀχετοῦ: fiſtulæ aquæductus.
Elluatus, κάκοσμος: ſpurcus.
Elludies, ἀρυσία: aratio.
Elubiones, ἀβελκυσμοὶ: eluuiones.
Eluies, σέλμαλα: tranſtra, tabulata nauis.
Eluſco, μονοφθαλμὸν ποιῶ: oculum excludo.
Embryum, ἔμβρυον: fœtus imperfectus.
Empticius, ἀγοραῖος: venalis.
Enendo, ἄκμων: incus.
Endocautum, ἰσφαλιμένον: incautum.
Endocluſa, ἐγκεκλεισμένη: incluſa.
Endodecauit, μηνύσει: indicauit.
Endofeſtabat, ὀργίζετο: infeſtabat.
Endopetitus, ἀνωθὲν ἐνδοτέρω: impetitus.
Endoplorat, ἐπικάλεσαν: implorat.
Endoriguum, ἔνυδρον, καταύδρον: irriguum.
Eniſacrum, ἐρυσίπελας: eryſipelas, ſacer ignis.
Enixiſſima, ἀσφαλεςάτη: tutiſſima.
Ennipater, Ἔννιος πατὴρ: Ennius pater.
Ennomio, γραφεὺς κληρονόμων: notator hæreditatum.
Entoridea, ἐν τῷ μεταξύ: interea.
Enuleſtio, & *enuleſtum*, τέλμος, ὄσπριον: legumen.
Enulus, νόθρος: hinnulus.
Enuunt, ἀπονεύουσι: innuunt.
Epicrocum, πλαυγές: lucidum.
Equicium, σωιππία, ἀγέλη ἵππων: grex equorum.
Equies, ἔξοδιον: exitus.
Equinus, ἱππικὸς ἄνθρωπος, equeſter, eques.

Equi pero, ἐξισόομαι: æquiparo.
Erciſcunda, διαίρεσις: diuiſio.
Erculus, ἡρακλῆς: Hercules.
Eremodicium, ἐρημοδίκιον.
Erudna, Ἶσις: Iſis.
Eſcendit, ſumbaínei: deſcendit, acidit.
Eſco, γυψῶ: gypſo ſuperinduco.
Eudum, δεῦρο ὦδε: heus.
Euiriatus, ἀπόκοπος, ὁ εὐνοῦχος: ſpado.
Exanclat, ἀρύεται: haurit.
Exagies, ἀρτοῦ ἐστυπή: panis ſubactio.
Exoaturio, ἐκζέω: efferueo.
Exceptorium, ἐκδοχεῖον: vaſculum.
Excerebro, ἐξεγκεφαλίζω: cerebrum excutio.
Excipulum, ἐκδοχεῖον: promptuarium.
Excuuiat, ἐκκοῖλοῖ: excubat.
Exercipes, ταχιδρόμος, δρομεύς, κύρσωρ: curſor.
Exfotuit, ἐξέθαλψε: fouendo excluſit.
Exiguitas, ἐλαχιστότης: breuitas.
Exnudius tertiana, ἀπὸ τρίτης ἡμέρας: nudius tertius.
Exomnio, ὀνυπνίζομαι: euigilo.
Expalmo, ῥαπίζω: alapo, palmis percutio.
Expatrauit, ἐπολέσεσεν: perpetrauit.
Expatro, ἐκκηρύττω ἀπὸ συνουσίας: exheredo.
Experdens, λησής: latro.
Exprimacio, ἔκφρασις: expreſſio, eloquutio.
Expulpo, ἐξσαρκῶ: carnem exſcindo.
Exſim, εὐθέως: extemplo, ſtatim.
Exterminium, ἀφανισμός: interitus, exterminacio.

F

Fabatrum, φάβα κόκκος: granũ fabę.
Fabea, παιδίσκη: puella.
Faberra, φάβα: faba.
Fabeus, παῖς: puer.
Fabonialis, ζεφύρεος: zephyrius.
Facionarius, σωσκευαστός: factitius.
Facunditas, εὐγλωττία: facundia.
Falarus, ἀμφιτραχήλιον: collare.
Falcones, δάκτυλοι ποδῶν ἔσω βλέποντες: digiti pedum interius curuati.
Famex, θλάσμα: contuſio.
Famoſitas, ἀτιμία, κακοφημία: dedecus, ignominia.
Farres, πολτός: puls.
Farſa, ναχλή: nacta.
Faſilia, λοβοί: ſiliquæ.
Fatuor, μωραίνω: deſipio, ſtulteſco.
Faucillare, στραγγαλῆσαι: ſuffocare, ſtrangulare.
Fauello, ὁμιλῶ: ſermocinor, confabulor.
Fauo, εὐφημῶ: faueo.
Febrio, πυρέσσω: febri laboro.
Feducia, ὑποθήκη: pignus.
Feduciat, ὑποτιθέται: oppignerat.
Feduciatus, ὑποτιθέμενος: oppignoratus.
Fedunculus, πιστός: fidelis.
Felax, αἴλουρος: felis, catta.
Femus, μηρός: femur.
Fenebris, δανειστικός: fœneraticius.
Ferunia, φλεγμονή: tumor, inflãmacio.
Ficetum, συκῶν ὁ τόπος: locus vbi creſcunt ficus.
Fidicino, λυείζω: fidibus cano.
Fiſcalion, τὸ βασιλικόν: fiſcus.
Fiſcia, φίσκος, ὁ συκήγορος: fiſcus.
Flagurrit, φλέγει: flagrat.
Floriunt, θάλλουσι: florent.
Florus, ἀνθηρός: viridis, floridus.
Fluor, ῥεῦσις: fluxus.
Fluſculus, κόκκος: granum.
Focio, ψωμίζω: adeſco, allicio.
Foculat, θωπεύει: adulatur.
Foraculũ, τέρετρον: perforaculũ, terebra.
Forba, θυσία ἐγκύμονος βοός: fordicidia.
Forſico, ψαλίζω: forfice ſcindo.
Fornex, & fornicaria, πόρνη: ſcortum quod ad fornicem ſtat.
Foronia, κλέπτρια: lauerna.
Fortitas, ἀνδρεία: fortitudo.

Forus,

Forus, κατάστρωμα: superius nauis tabulatum, fori, gatrides.
Fragmen, κλάσμα: fractio.
Frax, τρυγία οἴνου: fex vini.
Fretus, πεποίθησις: fiducia, persuasio.
Frigius, φρύξ: Phrygius, Phryx.
Fringillus, σπίνος: fringilla.
Frontinet, πτερύσσεται: alas mouet, volaturit.
Fructum hoc, καρπός: fructus.
Frumen, τέρας: monstrum, portentum.
Funalium, ἐλλύχνιον: ellychnium.
Fundibali, λιθόβολοι: funditores.
Funesco, πένθω: lugeo.

G

Gallesco, χαίρω, γηθομαι: lætor, vitulor.
Gallicula, τροχάδες: rotæ.
Gallula, κηκίδες: gallæ.
Galuus, χλωρός: luteus.
Gammus, πλατύκερως: patalis.
Ganearius, ἀκόλαστος: lasciuus, libidinosus.
Gannator, χλευαστής: irrisor.
Ganta, χηναλώπηξ: penelops, vulpanser. (Gallis creuant.)
Gau, ξίφος: ensiculus.
Gaudifico, χαροποιῶ: lætifico.
Gauescite, χαίρετε: gaudete.
Gauiso, χαίρω: gaudeo.
Gauma, ὄργανον τεκτονικὸν: instrumentum fabrile.
Gausarus, ἐνδρομίς: vestimenti genus.
Gengibiæ, ὄλα ὀδόντων: gingiuæ.
Genicus, γυνικὸς: generalis.
Genitare, γέννειν: gignere.
Genta, γαμβρός: gener.
Genuale, γονατόδεσμος: fascia curalis.
Genuarius, γονυπετής: in genua procidens.
Genuclat, γονατίζει: genua flectit.
Gerrio, σερυνίω: gestio.
Gillo, βαυκάλιον: gaulus, baucalium.
Gingula, ὄλα τῶν ὀδόντων: gingiuæ.
Gitter, μελάνθιον: nigella, git.
Gladiosus, ξιφήρης: ensifer, sicarius.
Glauia, βῶλος: gleba.
Glaris, μυθολόγος: fabulator.
Glama, λήμη: gramia, lippitudo.
Glidium, παγῶδες: rigidum.
Glimerit, προσίθεσιν: addit.
Glix, ἱππέρως: equi sælis.
Gloriat, αὐχεῖ: gloriatur.
Glossula, λέξις: dictio.
Glumea, χλωρὰς. . . .
Glutinamentum, κόλλημα: cõglutinatio.
Gluttit, κρόκα ὄρνις: gallina glotit.
Gluttus, βρόγχος: guttur.
Glutum, *glutis*, κόλλα: gluten.
Gnaritur, γνωείζεται: cognoscitur.
Gnarrat, διηγεῖται: narrat.
Gnarurat, γνωείξει: cognoscit.
Gnatare, παιδοποιῆσαι: liberis operam dare.
Gnaticidium, τεκνοκτονία: parricidium.
Gnot, οἶδεν: nouit.
Gnotus, διάγνωσις, γνῶσις: cognitio.
Gorgo, ἀναμφιβόλως: certè.
Gorgus, ἀναμφίβολος: indubius.
Granitum, κοκκῶδον: grana multa habẽs.
Gras, χάεις: gratia, grates.
Grassa, βάδισμα, βῆμα: gressus.
Grasso, παχύνω: incrasso.
Graulus κοιλεός: culeus.
Gredimunda, βαδίζουσα, ingrediens.
Gremini, οἱ σκεῖζοντες τὰς ὅρους λίθοι: limites.
Greuus, πυκνός: densus, spissus.
Groppus, σκιλλός: aridi.
Grullatores, πανικοφορῦντες: bominatores.
Grulli, εἶδος πλοίου: nauigium.
Gruma, γνῶμων: norma ad mensurandos agros.
Grumat, μετρεῖ: metitur.
Grunda, στέγα, καὶ τὸ ὑπερῷον πυλιῶνος

ἐξέχων : tectum, contignatio : & quod ſupra veſtibulum extat.
Grupes, γρῦπες : gryphes.
Gubernium, κυβέρνιον : gubernacio.
Gubila, λαιμός : gula.
Gulatores, λάγνοι, καταφαγάδες : gulones.
Gulis, ἀλλάλωλος : vorator, helluo.
Gurgulio, οἰκημάτιον βραχύ : caſula.
Guturoſus, λαίμαργος : guloſus.

H

Habus, φαλὸς : exilis, ſplendidus.
Hædulat, παίζει : vitulatur, libidinatur inſtar hædi.
Hælix, ἀναστὸν ὀχετῦ : elix, ſulcus aquarius.
Halares, ἱππέων ταξίαρχοι : alares equites.
Haſolda, ἡδασία....
Haſtina, ὅπλου, ἀκόντιον : haſta, telum.
Hattubus, μογιλάλος : blæſus.
Hauritorium, ἀντλητήριον : hauſtrum.
Hecura, αὔλαξ : ſulcus.
Hemero, ἅρπαξ : raptor.
Hercicitus, διαίρεσις ὑπαρχόντων : diuiſio hæreditatum.
Heya, ἄγε : eia.
Hibernium, ὀψοχειμασία : hybernacio.
Hicta & hecta, ὑμὴν ῥοιᾶς....
Hirſiculus, δασύτριχος : piloſum habens culum.
Hitta, ὑμὴν : hymen.
Hittio, ἰχνεύω : inueſtigo.
Hittus, φωνὴ κυνῶν : canum vox, hirritus.
Horripilo, ὀρθοτριχῶ : erectos habeo capillos.
Hoſtum, ξυλὸν : lignum.
Huates, *iares*, ὑφάσματα ἀράχνης.
Humido, διαβρέχω : irrigo.
Humilitudo, ταπείνωσις : humiliacio.

I

Iactural, ἐπιζήμιον : damnoſus.
Iambricat, σκέπει, καλύπτει : tegit, operit.
Iambrices, καλυπτῆρες : tegmina.
Iantat, ἀκρατίζει : ientat.
Iantilia, λίθοι τραχεῖς διοκυπτόμενοι : ſaxa aſpera, ocres.
Iduum, ὅμοιον : ſimile.
Iecorus, ἀστυνόμος : ædilis, curator vrbis.
Ignarures : ἀγνοοῦντες : ignari.
Ignos, ἄγνωστός : ignotus.
Im, αὐτόν : ipſum.
Imbricitur, ἀμβρῦται, βρέχεται : pluit.
Imina, ἡμίξεστον : hemina.
Imperſicium, ὑπερῷον : ſuperficies.
Impubens, ἄνηβος : impubes, qui nondum exceſſit ex ephebis.
Inanitrices, δυὸ ἀδελφῶν γυναῖκες.
Inars, ἄτεχνος : iners, imperitus.
Inburuclum, ἐνεύρυκλον....
Incapabilis, ἀχώρητος : incomprehenſibilis, immenſus.
Incapito, ἐπάρχομαι : incipio.
Incaſtus, ἀνάγνος : impurus, non caſtus.
Indampnus, ἀζήμιος : indemnis, innoxius.
Indigenitus, αὐτόχθων : indigena.
Indolorius, ἀνάλγητος : ſtupidus, carens dolore.
Indu, ἔνδος : in, intus.
Induperat, ἐπιτάσσει : imperat.
Induſſatum, ἐπιδαψιλευθὲν : abundans.
Inedax, ὀλιγοφάγος : parum comedens.
Inertitudo, ἀδρανία : inertia.
Infe, ἄρξον : incipe, infit, incipit.
Infendere, ἐπιτεῖναι : ἐκλιματίσαι : increſcere, infrondeſcere.

Infen

Infenditor, σωσίπολις: patronus, defensor.

Inferilia, καταχθόνια: infernalia, subterranea.

Infermito, πίσσω: subigo farinam.

Inficiat, ἀπαρνεῖται: negat, inficiatur.

Infidia, ἀπιστία: perfidia, infidelitas.

Ingloria, ἀδοξία: dedecus, ignobilitas.

Ingreſſunt, ἐπιβαίνουσι: ingrediuntur.

Inguiſſatus, τετρωμένος: vulneratus.

Iniclaris, ἠλακάτη: fuſus, colus.

Iniuſticium, ἀδικία: iniuſticia.

Inlecebro, ἐνεδρεύω: inſidior.

Inliciò, παρανόμως: illicitè.

Inlictum, σύσκευη: apparatus.

Innodati, γέσμιοι: vincti.

Innox, ἀβλαβής: innoxius.

Inpeccatus, ἀπταιστος: irreprehenſibilis.

Inpremia, σκιαγραφία: adumbracio.

Inprocerata, ταπειναὶ, εὐτελῆ: humilia, facilia.

Inproloquibilis, ἀλάλητος: inenarrabilis.

Inproperium, ὄνειδος: probrum.

Inpuges, ἄπυγος: qui eſt tritis natibus.

Inpurimum, ἀκάθαρτον: impurum.

Inqueritus, ἀζήτητος: indiſcuſſus.

Inquietudo, ὄχλησις: moleſtia, turbatio.

Inrigitax, ἀρδευτής: irrigator.

Inriſus, ἀγέλαστος: inriſibilis.

Inſalus, ἀβέλτερος: abſurdus.

Inſcidus, στυφὸς οἶνος: ſtringor vini.

Inſecus, ἐγγύς, inſequens.

Inſolo, ἡλιάζω: aprico.

Inſtinguit, παροξύνει: inſtigat.

Inſublum, ἄτλιον ἔνθα ὑφαίνουσιν αἱ γυναῖκες, liciatorium, vnde tela mulieres texunt.

Inſularius, ἐνοικολόγος: inquilinus.

Int, πορεύονται: eunt.

Interanea, ἔντερα: inteſtina.

Interata, ἐξεντερισθέντα: exenterata.

Interciſimen, διακοπή: interciſio.

Interdiarius, ἡμεροκλέπτης: fur diurnus.

Interdies, δι' ἡμέραν: interdiu.

Interdita, μεσοδάκτυλα: medium digiti.

Interfor, διαλαλῶ: interloquor.

Interget, ἀπομάσσει: abſterget.

Intertrimenta, ἀπωσίαι: defectus, detrimenta.

Intimat, παραγγυεῖ: indicat, oſtendit.

Inuenalis, ἄνωνατος: non venalis.

Inuerteſco, παλαιῶ: inuerto, inueteraſco.

Inuilio, εὐτελίζω: vilipendo.

Inuilitare, εὐτελίζειν: adtenuare.

Inuolumen, ἐνείλημα: inuolucrum.

Ioculax, γελοῖος: ridiculus.

Iolinta, Ἥρα: Iuno.

Ipſiplices, αὐτόπλοκα φύλλα: conuoluta folia.

Ipſud, αὐτό: ipſum, iſtud.

Ir, θέναρ: vola manus, hir.

Iraſcebor, ὀργισθήσομαι: iraſcor.

Irquis, πᾶς ὄρχιν ἠβῶσαι: hirquitallus.

Iror, ὀργίζομαι: iraſcor.

Iſtæ, χαῖται: ſetæ.

Iſter, ἔθος, συνήθεια: conſuetudo.

Iſtita, ἀκροζώνη: extremitas zonæ.

Iugaris, ζευγηλάτης: bubulcus ruſticus.

Iungla, ἡνίαι ζευτικαὶ: habenæ iugales.

Iurctum, τύμβος: ſepulcrum.

Iuſcellarius, ζωμευτής: cocus.

Iuuenalis, νεωτερικός: iuuenilis, nouicius.

Iuuentent, νεωτερίσωσι: innouent.

L

Labratorium, πλύσιμον: balneare labrum.

Labratum, ἀσπαστικὸν βασιλέως, φίλημα βασιλικὸν: salutatio & osculum regium.

Labrosus, φόχειλος: chilo, labro.

Lactigulosus, λιπογάλακτος: subrumis.

Lacunarium, ὀρόφωσις: laquear.

Lacorus, λίμνη: lacuna, palus.

Lætrum, ἀεισερὸν: lævum, sinistrum.

Lamæ, πηλώδεις τόποι: lutosa loca, lacunæ.

Lamentum, θρῆνος: luctus, lamentacio.

Lancla, λεπάνη: lanx, patina.

Lancula, πλάστιγξ: lanx.

Landica, ἐσχαρίδιον: thuribulum.

Languitas, *languitudo*, ἀῤῥωστία: infirmitas, morbus.

Lanilutor, ἐριοπλύτης: fullo.

Lanipendius, σταθμοῦχος ἐριδίων: caupo lanarius.

Lanne, λοβοὶ: lobi, fasceoli.

Lapidicasor, λατόμος: lapicida.

Lapsile, ὀλισθρόν: lubricum, lentum.

Lapsuosus, ὀλισθηρός: lubricus.

Largo, δαψιλεύομαι: largior, largus sum.

Laridus, ξηρός: aridus.

Larsus, χάροπος: venustus, glaucus.

Latinare, ῥωμαΐζειν: latinè loqui, latinizare.

Latroniculator, λησταδιώκτης: latronum sectator.

Latura, φόρετρον: vectura, merces.

Laucia, ἐνδομυχία: supellectile.

Lecebra, δελεάσματα: illecebræ.

Legiscrepa, νομοδιδάσκαλος: legisperitus.

Legula, μύστρον: mystrum, mensuræ genus.

Lencio, ἐν τοῖς πένθεσιν, ὀρχήμων: tempore luctus saltans.

Lepor, λαγωός: lepus.

Liaculum, λιαντὴρ: vitiligo.

Liberarius, γραφεὺς: librarius.

Libor, ῥεῦμα, ἐπιποδάγρας: fluxus.

Libralo, χοινικίς: modiolus.

Librias, πλακοῦς: placenta.

Libripens, ζυγοστάτης: ponderibus præfectus.

Licentiosus, παῤῥησιαστικός: liberè loquens.

Licinus, ἀνάῤῥιξ. . . .

Ligurio, λιχνός, λίμβος: helluo, gluto.

Ligurius, λίμβος: gulo.

Limatur, ζητεῖ: rimatur, quærit.

Limphor, ἐνθουσιῶ: insano.

Linguacio, γλωσσολομία: linguo, γλασσοτομῶ.

Lingus, λύγξ, θυεῖον: linx.

Linitextor, λινυφὸς: linio.

Lintreum, σκαφή: alueum, scafa.

Lintrius, μονόξυλον: linter, scapha.

Lista, γραμμὴ: linea.

Litua, σάλπιγξ: tuba.

Lituo, σαλπίζω: tubicino, tuba cano.

Loculentus, εὔλαλος: eloquens, loquax.

Lomentarius, σμηγματοπώλης: smegmata venders.

Lomento, σμῶχω: abstergeo.

Lomentum, σμῆγμα: scapa, purgamentum.

Longare, μηκύνειν: augere, producere, prolongare.

Lorifer, θωρακόφορος: loricum ferens.

Lucarius, θωρακοποιὸς: armorũ faber.

Lucerius, ζεύς: Iupiter.

Lucifera, ἑκάτη: Hecate.

Lucilli, γλουτόκομοι: loculi.

Lucinosus, ὁ *lucinus*, φωσφόρος: lucidus.

Ludimentum, παιδία, τὸ παίγνιον: lusus.

Luicio, ἔκλυσις: pensio.

Lumbrus, ἕλμινς, εἶδος: lumbricus.

Lumi

Luminamentum, χαράκτηρ: vultus, character.
Luscinus, ἀηδών: luscinia.

M

Macritas, λεπτότης: macies.
Macta, ψιαθος: teges.
Macusta, βαύκη: baucalium.
Manianum, ἐξώστρα: machina scenica.
Magidem, μάκτραν: mactram, offram, mensulam.
Magimaste, μεγάλως: magis.
Magmatarius, μυρεψικός: vnguētarius.
Magmentarius, ἐφ' ὃ τὰ σπλάγνα τιθέμενα τοῖς βωμοῖς προσφέρουσι: qui exta ad altare pro sacrificio fert.
Magniloquax, μεγαλορημών: magniloquus.
Maioracio, ἄθροισις: congregacio.
Malagranatum, ῥοιά: malum punicum, granatum.
Malchio, ἀνδής: morosus, truculentus.
Malebarbis, σπανοπώγων: glaber.
Maleloquax, κακήγορος: maledicus.
Malicies, κακότης: malicia.
Malicordis, πονηροκάρδιος: malignus.
Maliuolosus, κακόβουλος: maleuolus.
Mallo, μᾶλλον βούλομαι: malo.
Maluginosus, κακεντεχής: subdolus.
Mamaculus, σπᾶμα: actus.
Mancio, περίστυλον: peristylium.
Manculo, πειράζω: tento.
Mandalus, κάτοχος, κατόχευς: imbricitor.
Mandibulum, φάτνωμα: laquear.
Manganum, μάγγανον: obba.
Manicillium, χειρίδιον: manus parua.
Manicium, χειρίς: manuela, mantile.
Manna, δεσμὴ: manipulus.
Mannua, δράγμα: dragma.
Mannuæ, δεσμαὶ: fasciculi.
Manu inspex, χειροσκόπος: chiromātes.
Manupletium, χειροπλήθες: magnum, manum implens.
Manusio, συλλογή: caterua, multitudo.
Marcerat, τήκει, τηκεδών: tabescit, macerat.
Marcerus, & *marcidus*, τηκεδώς, νωθὴς ἀποκραιπάλης: languidus à crapula.
Margella, κοράλλιον: corallium.
Margus, τραπέζιον τ ναυτῶν: nautarum mensula.
Marsa, ἀπισσοπύρας: ? qui venatur
Marsio, ὀφιοδιώκτης: ? serpentes.
Martellus, σφυρά: marculus, malleus.
Maspina, ἱερὸν ὀστοῦν: coxendix.
Masturbo, δέφω, καὶ δέφομαι: excorio pudenda, ἐστὶ δὲ ῥῆμα νοικόν.
Matra, μήτρα: matrix.
Matta, ψιαθος: teges, storea.
Matulata, ἀρύταινα: aratena, vas aquarium.
Maxillo, σωμακοπῶ: maxillas cōtūdo.
Medicinalium, ἰατρικόν: medicinale.
Medosus, ψευστής: mendax.
Melioracio, ἐπιδιόρθωσις: emendacio.
Membraneus, τυμπανιστής: tympanista.
Membranum, ὑμήν: hymen, cugium.
Memoralius, ὑπομνηματόγραφος.
Memoriosus, μνήμων: memor.
Memorosus, μνημονικός: memorabilis.
Mencla, ψωλή: mentula.
Mensularius, τραπεζίτης: trapezita.
Mentilla, ἐλαχιστότη: minima.
Merara, αὐστηρά: austera.
Meritorium, ξενοδοχεῖον: hospicium.
Messo, θερίζω: meto.
Mestrinus, ὠθητής: præfusor.
Metellus, μίσθιος: mercenarius.
Micturit, οὐρητιᾷ: subtillat, stranguria laborat.
Miliens, χιλιακίς: millies.
Minervalicium, σωστατικόν: commendaticium.
Ministeriarius, διακονός: minister.
Ministrix, ὑπηρέτις: ministra.

Minoro,

Minoro, ἐλατῶ : minuo.
Minutatim, κῆ λεπτὸν : minutim.
Minurit, μινυρίζει : vibrissat, murmurat.
Miredila, ψίλωτρον : vnguentum depilatorium.
Misero, συμπαθῶ : misereor.
Misisula, μυσίλαι : canices.
Missipulat, ποππύζει, sibilat, applaudit.
Modero, δέπω : rogo.
Molacio, ἄλισμα : molitura.
Molarius lapis, λίθος μυλίτης : molaris.
Monator, σημαντήρ : monitor, significator.
Mopsicus, μώψ : luscicioſus.
Morcidat, τήκει : macerat.
Mordicus, δακτ : mordaciter.
Mordoſus, δηκτικός : mordax.
Moretum, πίμμα : ex variis herbis contuſis edulium.
Morinum, σμῆγμα ἀπὸ φυλλῶν συκίνων ῥυπτικὸν : ſmegma ex ficulnis foliis.
Moro, διάγω : dego, moror.
Moſtellum, φάσμα : monſtrum.
Muleiber, κυλλοποδίων : claudus.
Mulicurius, ἡμιονόκυρος : mulio.
Multiloquax, πολύλαλος : loquax.
Munifex, λειτουργός : miniſter.
Munium, λειτουργία : functio, munus.
Murilegus, κογχυλευτής : qui murices ſeu conchylia colligit.
Murmurioſus, γόγγυσος : murmurator.
Myrta, μυρσίνη : myrtus.
Muſtellum, φάσμα : monſtrum.
Mutitas, ἀφωνία : impotentia loquendi.
Mutonium, προβασκάντιον, λύκιος, πρόσθεμα : pudendum.
Mutonium, κυδώνιον : malum cotoneum.
Mutum, χοῦ : gry.

N

Nar, ῥὶν : naſus, naris.
Naſcare, γέννειν : parere.
Natica, πυγή : podex, nates.
Nauacülum, ναύσταθμον : nauale, ſtatio.
Nauicies, ἀρετὴ : virtus, induſtria.
Nauicio, γένεσις : generatio.
Nauilio, ψάλτης : fidicen.
Neblio, ψάλτης : pſalta, cantor.
Neccar, σκόροδον : allium.
Nepotatus, ἀσωτία : luxuria, laſciuia.
Nequiy, ἀχρεῖος : nugator, ſpurcus.
Neries, ἐξωσία θαλάσσης : ſalacia.
Nero, ἀνδρεῖος : fortis.
Nimietas, ὑπερβολὴ : nimia copia, exceſſus.
Nitit, νήθει : net.
Nitum, νῆμα : filum.
Nixæ, ὠδῖνες : dolores partus.
Noctianus, νυκτόφυλαξ : noctiuſtos.
Normis, εὔρυθμος : concinnus ; vnde enormis.
Noro, γινώσκω : ſcio, noſco.
Nouelletum, νεόφυτον : planta nouella.
Nucisſpinea, ἐτεόκιλος : nux pinea.
Nugalitas, σαπρότης : nugacio.
Nummum, ὄβολος : nummus, aſſis.
Nurus, νύμφη : ſponſus.
Nuſſito, διαπτύω : exſpuo, faſtidio.

O

Oblicium, λοξὸν, πλάτιον : obliquum.
Obliquis, λοξός : obliquus.
Oblito, καταχρίω : oblino.
Obra, πειθαρχία : obedientia.
Obſus, τὸ δοκιμάζον τὸν χρυσὸν, ὅταν πρὸς βασανιζεται : lapis aurũ attritum probans.

Obſti

Obstipuo, σιωπῶ :taceo.
Obtuicio, ἀτενισμός : intuitus.
Obua, ὀμφιξ ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς σπένδονται : calix, obba in qua mortuis libatur.
Obultroneus, αὐθαίρετος : ſpontaneus.
Occiliator, & *occilio*, βωλοκόπος, βολοστρόφος: paſtinator.
Occubo, κατακαπίπλω : procumbo.
Ociter, ταχέως : citò, ociùs.
Omino, οἰωνίζω : auguror, augurium capto.
Opilaſco, τριχοφύω : pilos produco.
Optimas, κράτιστος : primus in populo, optimates.
Opuſtorium, πλακουντάριον: placentula.
Orbiculatur, κυκλεύεται : in orbem rotatur.
Orbitudo, ἀτεκνία : orbitas.
Orcium, κεράμιον : amphora.
Oriputidus, ὀζόστομος : cuius os fœtet.
Ornamentarius, κοσμητικός: ornator.
Orſum, δίασμα : licium, filum.
Oſcilla, προσωπεῖον : perſona, larua.
Oſcillum, στομάτιον : oſculum, paruum os.
Oſfragio, ὀστοκόπος : oſſium dolor, ex laſſitudine.
Oſſifragor, ὀστοκλαστὴς : oſſifraga.
Oſtior, ἀχολοῦμαι : occupor.
Otpopa & *obpopa*, ὄρυξ : foſſorium, item animal vnicorne, biſulcum.

P

Pabula, βοσκὴ : pabulum.
Pacciolus, ποδάριον καὶ πόδιον τῶν γραμμάτων : καὶ πᾶσης ὀπώρας τὸ ξυλῶδες, καθ' ᾧ ἐξήρτηται τὸ κλάδιον: pediculus pomorum.
Padarius, ποδοψοφὸς : pedarius iudex, agipes.
Pagamater, πανάκεια: panacea.
Paleta, σφενδόνη δακτυλίου : ὡς Υγῖνος : pala annuli.
Panarius, ἀρτοπώλης : piſtor, qui panes vendit.
Panceps, ἕλκος κλήνης ἐπιστραχήλιον : vlcus iumentorum circa collum.
Panictum, ἔλυμος: panicum, leguminis genus.
Panucellium, πλοῦσιον....
Panuculum, πυνιστήριον....
Papilio, σκήνωμα : caſa, tuguriolum, tentorium.
Pappat, μασᾶται : edit, mandit.
Pariolus, προφήτης, θυοσκόπος : aruſpex.
Parra, μύστης : myſta.
Parſimonium, μικρολογία: ſordes.
Partioſus, φαῦλος : malus.
Parus, βραχύς : breuis, paucus.
Paſſacriarium, ὑδρεῖα : hydria.
Paſſo, *perpeſſo*, ὑπομένω : tolero, fero.
Paſſuraſſe, ἀνέξασθαι : tolerare, paſſum eſſe.
Patices, ἕλκη κλινῶν ἐν στραχήλῳ : petimina.
Paticinus, αὐτόχθων : indigena.
Paniclat, ἐδαφίζει : complanat.
Paniculæ, ἰμαλισταῖρες : pauitores, qui pauimenta ſternunt.
Panitum, ἐδαφισμένον : ſtratum.
Pauperia, πενία : paupertas.
Pectina, κτένιον : pecten.
Pectis, κλίνιον : pecten.
Pecudiarius, προβατὴς : præceps.
Pecuniatus, κλήσιος, πολυπλούσιος: diues.
Pecunioſus, πολυχρήματος : opulentus.
Pecuoſus, ποιμὴν ἀρχαῖος : paſtor.
Pedeſtellæ, ἱστόποδες : naues actuariæ.
Pedical, παγὶς, σκελοπόδη : laqueus, compedes.
Pedicio, πηδητὴς : ſaltator.
Pedito, πεζεύω : pedes eo.
Peduclat, φθειρίζει: pediculos gignit.
Peducnlum, φθεὶρ : pediculus.

Pellico, ζηλοτυπῶ : æmulor.
Pellator, ὁπωτῆ̃ης : expulſor.
Pellax, ἀπατῶν : fallax.
Pellicatio, & *pellicatus*, εἰρωνία, ζηλοτυπία : æmulacio.
Penarius, σκηνάρχης : dominus, præbitor conuiuij.
Pendiculus, ἀρπεδώνιον : peniculus.
Penicula, σπρὰ ἱματίε : plica veſtimenti.
Penitralium, ἐνδόμυχον : penetrale.
Penitudo, μεταμέλεια : pœnitentia.
Penſius, δαπανηρός : ſumptuoſus, prodigus.
Penucula, πύνιον : penus.
Penus, τιμωρός : vltor.
Penuſa, βρωτὰ καὶ ποτὰ : penora.
Pepedo, πέρδομαι : pedo.
Pepero, γέννω : naſco, pario.
Perbello, διαπολεμῶ : bellum gero.
Percidit, φερφίνει, ὡς ἐπὶ αἰχρῦ : pædicat.
Perſilis, μακροσκελής : longipes.
Perforaculum, τέρετρον : terebrum.
Pergula, καλόβη : caſula, tugurio-lum.
Pernio, χίμεθλον : morbus ex frigore.
Pernium, χίμεθλον : idem.
Perpennius, αὐθέντης : autor ſuæipſius cædis.
Perpeſſicus, ὑπομονητικός : tolerans, paciens.
Perpetuitas, διηνεκότης : æternitas.
Perterritus, δεδ : metus, perterrefactio.
Pertica, κοντός : ſudis.
Perundo, κατα[illegible]ίζω : in vndam mergo.
Peſtilenda, βωλοτροφητέα γῆ : paſtinanda.
Peſtilifer, λοιμοφόρ : peſtifer.
Peſtimus, λοιμοφόρ : peſtilens.
Peſulla, φλυκτίς : puſilla, papilla, puſtula.
Petitorium, αἴτησις : peticio.
Petiuolum, σκοπός : ſcopus.
Petuoſus, μύωψ : luſcicioſus.
Piago, ἁγνίζω : purifico, pio.
Pignum, φραιτώρων δικαιονέχυραν : honorarium ius.
Pigritatus ſum, ἄκνησα....
Pigro, ἀργεύω : ceſſo, ferior.
Pilarius, σφαιροειδὴς : globoſus.
Piligerat, τριχολογεῖ : crines componit, ineptit.
Pinguamen, λίπ : adeps, ſebum.
Pinno, πτερῶ : pinnas ſeu alas accommodo.
Pipita, κόρυζα : pituita, grauedo.
Pipula, κνηίς, ἢ τις εἰς τὸ μέλαν εἰσπέμπεται : galla.
Piſaculum, ὑπερὸν : piſtillum.
Piſtrinicius, ἀρτοκοπικὸς : piſtorius.
Placor, ἀρέσκεια : placentia.
Placus, πλακοῦς : placenta.
Planx, λάσιγξ : lanx.
Plerum, ῥύμ ἁμάξης : temo, armamentum.
Plix, πλυχή : plica.
Pluenta, ῥεύματα : fluxus, pituita.
Pluriora, πλείονα : plura.
Pluſſiuetum, πλεῖον τοῦ δέον : plus iuſto.
Pœlex, παλλακὴ : pellex.
Polio, πατροφάγ : glutto.
Pollinare, γυναικήειον, κόσκινον : cribrum.
Polnus, τρῶμα : f. volnus.
Pometum, παράδεισ, pomarium.
Pomiferat, ὀπωροτροφεῖ : poma fert.
Popax, θύτης : popa.
Popia, ζωμήρυσις : trulla qua ſpuma defecatur.
Populia, λυχνίς....
Pora mater, πανακεῖα : panacea.
Porrus, πράσον : porrum.
Portacia, ἀνδράχνη : portulaca.

Portella,

Portella, πυλίδιον: posticum, porta.
Postilimen, ἐπανοδος: postliminium.
Postiſcus, καλοπιδεν: pòst, deinde.
Potax, πότης: bibax.
Præclauium & præclaua, παρυφὴ: prætextum.
Præcono, κηρύσσω: per præconem edico.
Præductal, παράγραφος: paragraphus.
Prælato, προκείνω: præfero.
Præpagino, καταμυχεύω: claudo, obſepio.
Præſatum eſt, ἴπωται: prehenſum, captum eſt.
Præſtigium, προκάλιμμα: protectio.
Prandicularius, ἡ μὴ μνησεῖαν ἡμέρα: dies diſpenſationem ſubſequens.
Prenſurium, ἴπος: laqueus, tendicula.
Prex, παράκλησις: obtecratio.
Proborium, & *properium*, ὀνειδισμός: exprobratio.
Proceſtrium, ὁ πρὸ τῆς παρεμβολῆς τόπος: locus ante caſtra.
Procubo, καταπίπτω: procumbo.
Procudium, τέρας: prodigium.
Progeniculo, γονύμαι: genibus aduoluor.
Progeſtia, προάστεια: ſuburbium.
Proloquo, προλαλῶ: proloquor.
Promuntarium, ταμεῖον: cella penaria.
Properium, ὀνειδισμός: probrum.
Proſperus, αἴσιος: proſper, ſecundus.
Protempto, προπειράζω: prætento.
Proximitas, ἀγχιστεία: propinquitas.
Puberale, ἐφήβιον: puerile.
Pubertus, ἐφηβος: puberta, pubis.
Publicola, δημοκήδης, δημοτικός: plebeius.
Pucatrix, ξάντρια: depilatrix.
Pudoroſus, αἰδαίμων: verecundus, modeſtus.
Pueralis, & *pueralius*, κατάπαις: puerilis.
Puerarius, φιλόπαις: cinædus.
Pueraſter, ἀντίπαις: repueraſcens.
Pueroſus, παιδικός: puerilis.
Pulico, ψυλλίζω: pulices progigno.
Puluer, κονιορλός: puluis.
Puluix, κονίς: puluis.
Pumico, κισηρίζω: pumice frico.
Pupior, παιδεύομαι: iuuenor.
Pupules, αἴγειρος: populus arbor.
Puſillitas, μικροψυχία: puſillanimitas.
Puſingo, ὑποκεντῶ: ſtimulo, ſubagito.
Puſtella, φλυκτίς: puſtula.
Putacilla, καλάπτυσμα: ſputum.

Q

Quadrantale, κεράμιον: quadrantal.
Quartemur, τεταρτολογῶμεν: quartum loquamur.
Quaſat, ὅταν φωνεῖ βάτραχος: quaxat, cùm rana clamat.
Quibus quibus, οἷς τισιν ἄν: quibuſcumque.
Quieto, ἡσυχάζω: quietum facio, ſedo, quieſco.
Quietudo, ἡσυχία: ſilentium, quies.
Quinio, πεντὰς: quinarius numerus.
Quinqueplex, & *quinqueplum*, πενταπλοῦς: quintuplex.
Quinquetris, πενταέθλος: quinquertio.
Quorumquorum, ὧν τισιν ἄν: quorumcunque.

R

Rabia, λύσσα: rabies.
Ralla, *rallus*, *rallum*, ξυστὴρ: raſorium, ſcalptorium.
Ramicoſus, ἐνδιροκηλήτης: hernioſus.
Rancum, τάγγον: rancidum.
Rapilus, ῥαφεὺς: Phrygio, acupictor.
Raſter, δίκελλα: bidens, raſtrum.
Raſtus, σκαφίον: ſcapha.
Ratiſus, ταρσὸς: vola.
Rebio, πάλιν φέρω: redeo.
Reburrus, ἀνάσιλλος, ἀναφάλαντος: capito.

Recium, λίνον κωνητικὸν: rete, caſſes.
Reconcilitas, διαλλαγὴ φιλίας: reconciliacio.
Redico, χαρακῶ: vallo, ſepio.
Redimentum, ἀπόδοσις: reditus.
Redimia, λύτρα: lytrum, precium.
Redimiculat, ἀναδύει δέσμαλα: ſoluit vincula.
Refeccia, ἀπόλειξις κειτῶν: recuſatio & reiectio iudicum.
Regauiliolus & regauſolus, σπίννος, βασίλισκος: regulus, paſſerculus.
Reginacio, βασιλεῖον: regimen.
Relinquacio, ὑπατάλειψις: relictio.
Reliqua & reliquarium, ἔλλιμμα: deſertio.
Remigis & remix, κωπαλατής: remex.
Renicioſus, νεφρετικός: nephreticus.
Reoria, ἡ τρίτη τῶν ἀγάμων, ἀποδοσις: repotia.
Repentim, ἄφνω: repentè.
Reperidea, ἡ μὴ τῷ ἡμέραν ἀποδοσις: repotia.
Repetentia, ἐπανάληψις: repeticio.
Reportunus, χέτλιος: importunus.
Repſudit, ἐπιτροπιάζεται: redit.
Reſiduacio, ἀποκάθημα: reſidia.
Reſor, χοῖνος: reſticularius.
Reſpirium, ἀναπνοὴ: reſpiracio.
Reſtibulis, ἄγρος δὶς τὸ ἔτος ἠροτριωμένος: ager bis in anno proſciſſus.
Retina, ῥῆτινα: reſina.
Reuimentum, ἀπόδοσις: reditus.
Ricinoſus, φθειράδεος, ἐπὶ ἀλόγων: pediculoſus, ad bruta.
Riginus, κρότων: ricinus, muſca canina.
Rinoſus, ῥηνώδης: fluuialis.
Rori, ἀκροστόλιον: ſupremitas in naui.
Roſter, ῥύγχος: roſtrum.
Roſtrat, ἐπιζητεῖ: quærit.
Rubellio, ἰὸς σιδήρου: ferrugo.
Rubicula, δημαγωγὸς: popularis.
Rudeſcolum, χοινίον: funiculus.
Ruditum, ὀγκηθμός: ruditus.
Rulla, ἀγροικός, χωρικὴ, ruſticus.
Rullus, ἀγύρτης: agyrta, mendicus.
Rumat, ἐμβρωμαλίζει: ientat.
Rumica, κόκκυξ: cuculus.
Ruminum, ἱμάτιον κάτω ἔχον πορφύραν: ricinium, veſtimentum.
Rupiat, ῥάπτει ὑπῆλιῳ: ſubulâ conſuit.
Rupus, τροφεύς, γαλεάγρος: καὶ ἀναψήλων....
Rureſter, ἀγροικικός: ſilueſter.
Ruſco & ruppo, κοιαγρος, κώφαγρος.
Ruſpinat, χειροτριβεῖ: manu perfricat.
Ruticilia, ἀκροθίνια: primitiæ frugum.
Rutubatur, ἐσείεται: commouetur.

S

Saccia, σάκκος: ſaccus.
Sacio, ἐμπιπλῶ: impleo.
Sacrimonium, ἱεροσυνὴ: ſanctitas.
Saria, πόρνη, ἀπὸ τοῦ συνεχῶς ἀσελγαίνειν: ſcortum.
Sagacio, παλμὸς, tremor, palpitacio.
Sagis, σωρός, τρῶμα τῶν νεκρῶν: rogus, ſtragulum quod mortuis iniicitur.
Salabra, ἐν ᾗ ὁδοῖς ἀνωμαλίαι, καὶ βόθυνοι: inæqualitas viarum. Item, ſcrobs.
Salapitta, ῥάπισμα: colaphus.
Salialium, στρατιωτικὸν: militare.
Saliſſatio, παλμὸς: palpitatio.
Salmacia aqua, ἁλμυρὸν ὕδωρ: ſalſa aqua.
Salmacidus, ἁμυρός: ſalſus.
Saltarius, ὀρεοφύλαξ: montium cuſtos.
Samiarius, ἀκονητὴς: cotiarius, acutiator.
Samiator, ἀκονητὴς: cotiarius.

Sanguino,

Sanguino, φλεβοτομῶ: venam incido.
Sanguinor, αἱματῶμαι: cruento.
Sannator, μυκτηριστής: sannio.
Sapula, λάμβα. ...
Sarculat, σκαλίζει: sarrit.
Sarit, βοτανίζει: sarrit, runcat.
Satura, κόρος: facies, satietas.
Saturas, *saturitas*, πλησμονὴ: satietas.
Saturatim, καλακόμως: adfatim.
Scabro, κάνθαρος: scarabeus.
Scæua, ἀριστερὰ χεὶρ: manus læua.
Scama, σάκωμα κόφρυ: onus ventris.
Scapellat, καλαχίζει: scarificat, discindit.
Scaplum, κνίστριον: acicula.
Scarifo, χαράσσω, καλαχνίζω: pertundo, scalpo.
Scaua, ζυγὸς: statera.
Scauer, ψωρός: scabiosus.
Scauet, κνήθει: scalpit, scabit.
Scauia, ψῶρα: scabies.
Scaurus, σκαμβός, σκελλὸς, στρεβλόπους: varus.
Scindia, καμυλκός. ...
Scordiscale, ἐφίππιον: ephippium.
Scordiscus, idem.
Scortus, πόρνος: cinædus, scortum masculum.
Scripulum, γράμμα, σταθμός: linea, perpendiculum.
Scrutinacio, ἔρευνα: indagacio.
Sculna, σωθηκοφύλαξ: sequester.
Sculpare, γλῦφον: sculpe.
Sculpator, γλύπτης: sculptor.
Sculpicia, κορυδαλὸς: bardalia, acanthis.
Sculua, σωθηκοφύλαξ: depositarius.
Scurror, μωρολογῶ: garrio, ineptè loquor.
Scurrus, εὐτράπελος: scurra.
Scurpus, γῆ ἔχουσα χάλικα: ager, silices habens, terra fabulosa.
Secus, σκῦρον: securum.
Secura, & *hoc securum*, πελεκύς: securis.
Segestrum, στέγαστρον: pileum, stramineum.
Seiuga, ἑξάϊππον: currus cum sex equis.
Sematum, ἡμίπλεθρον: semiplenum.
Seminex, ἡμιθανής: semimortuus.
Semiorbis, ἡμικύκλιον: hemicyclium.
Semustum, ἡμίφλεκτον: semiustum.
Senecio, γεροντάριον: senex.
Senectas, γῆρας: senium, senectus.
Senialis, γεραϊκός: senex.
Sensatus, νουνεχὴς: cordatus, intelligens.
Sequitas, σπουδὴ, ἐπιείκεια: diligentia, æquitas.
Seria, μοχλὸς θύρας: repagulum.
Serriculum, δρέπανον χορτοκοπικὸν: falx.
Sesqualtalia, ἡμιολία: sesquialtera.
Sessilis, ἀποκαθήμενος: reses.
Seuatorem, χαεισῶ, ἀπατεῶνα: impostorem.
Sexiunge, ἑξζευξις: seiunctio.
Siat, οὐρεῖ, ἐπὶ βρέφους: mingit.
Sicilum, ξυρὸν σκυτέως: cultor sutorius, nouacula.
Sideroſus, ἀστροπλὴξ, ἐπιλήπτικος: epilepticus.
Silatarius, πλάνος: impostor.
Silencioſus, σιγηρός: tacitus.
Silicida, σκληρεργὸς: lapicida.
Silliſternium, στελλάστρωσις: sellisternium.
Silpe, σίλφιον: laserpitium.
Simicipum, ἡμικεφάλειον: sinciput.
Simplico, ἁπλῶ: pando.
Sinare, σίνηπι: sinapis.
Singulator, ἱππασιὴς κέλης: equus celes, desultorius, qui ab vno sessore agitatur.
Sintex, βέτος: sentis.
Sipillus, ξυρὸν: nouacula.
Sira, πλεκτὴ: plica. Item σεῦρα: laserta,

certa. & αἰδοῖον: veretrum.
Siſarra, πρόβατον μεῖζον ἐνιαυτοῦ: ouis maior anno.
Siſſiat, κάθηται, ἐπὶ βρέφους: ſedet.
Sitella, *ſitellum*, κάδιον: cadus, ſitula.
Sobriare, νήφειν, vigilare.
Solielatur, ἡλιάζεται: apricatur.
Solito, ἰδιάζω: ſolus viuo, priuatim dego.
Soliuago, μονήρης: ſolitarius monachus.
Solumen, πέρας: finis, terminus.
Somniortator, ὀνειροπόλος: coniector.
Somniſolutor, ὀνειροκρίτης: coniector ſomniorum.
Somnoſus, ὑπνωτικός: ſoporificus.
Sonoroſus, ψοφοδής: ſonorus.
Sontius, ἀληθής: verus.
Sorbicina, ῥύφημα: ſorbicio.
Sordidicia, ῥυπαρία: ſordes, pedor, ſqualor.
Spaſſum, στέαρ: adeps, pīngue.
Spatha, σπαθή: ſpatula, trua.
Spernatus, ὑπερορασθείς, καταφρονηθείς: ſpretus, adſpernatus.
Spernulis, καταφρονήτης: contumax, contemptor.
Spilabra, βάτομον, ῥάμνος: frutex acuta acie.
Spiſſiſcit, πυκνοῦται: craſſeſcit.
Sportellarius, κοπριαίρεθος: ſtercorarius.
Sportulia, διανομή: diſtributio.
Spreno, ἐξουθενῶ: ſperno, adnihilo.
Spretus, ἐξουθενισμός: annihilatio.
Stalis, ἀρχός: podex.
Stalpa, σταλαγμός: ſtilla, gutta.
Staturius, ὀρθοστάτης: qui ſemper erectus cogitur ſtare, neruis poſterioribus contractis.
Stellionator, ἐπιθέτης: impoſtor.
Stellionatus, ἐπίθεσις, ἡ χλέννη: impoſtura.
Stentina, ἔντερα: inteſtina ilia.
Stercidium, κοπρισμός: ſterquilinium.
Stercidum, ὀχετός: cloaca.
Steria, ὅρμαθος: ordo, ſeries.
Sternum, στρώμνη: torus, ſtratum.
Sternumen, *Sternumentum*, *Sternotum*, πτερνὸς: ſternutatio.
Stipulum, καλάμη: culmus, ſtipula.
Stlactarius, ἐργομώκος, lactans, illudens.
Stliquadrnum, σκληρὸν, αὐστηρὸν: auſterum.
Stlites, δικαιάρχαι....
Stludio, χαμαικιὸν....
Strantum, σάκκη δερματίνη ἐλῶν: coriſcus, theca ſcortea ſagittarum.
Striclata, ξυστρωτά: ſtriata.
Strictoſus, σφιγατός: ſtricturas proiiciens.
Striga, κιμωλία: terra Cimolia, creta alba.
Strigila, *ſtrigilis*, ξύστρα: ſtrigil.
Strixit enſem, ἐσπάσατο ξίφος: ſtrinxit.
Strobo, γῦρος ἀμπέλου: ſcrobs, orbiculus vineæ.
Strundius, *ſiue ſtruntus*, σπίλεθος: ſtercus, excrementum.
Stummia, ταυτολογία: repeticio ſermonis.
Sturus, σκάλμος ἔνθα ἡ κώπη δεσμεῖται: ſcalmus.
Subdiga, ὑποκεῖτης: qui in defuncti iudicis locum ſubrogatur.
Subditas, ἐνεχυρασμός: pigneracio.
Subdiual, ὑπαίθριον: ſubdiuale, ſub diuo poſitum.
Subgillatus, ὑποπιασθείς: vituperatus, ſugillatus.
Subitillus, ἔνδυτος: poparius.
Subluculus, ὑπόμαυρος: obſcurus.
Subraco, μάλη ἀνθρώπου: ſubala.
Subrunda, ὑπόστεγον: ſuggrunda.
Subſitæ, θυμιάσεις: ſuffitus.
Subſtio, ὑποκόλαμμα: ſubſutio.

Sub

Subuaiulo, ὑποβαστάζω: sustento, subeo.
Subuellamen, ὑποκέντιον, προβάτου.
Subuentrile, ὑποκοίλιον: sumen.
Subultaneus, ἠθικός: moralis.
Sucidalana, ἔειον οἰσοπηρόν: pinguis.
Suffrages, ἰγνύς, τὸ ὑπὸ τὸ γόνυ μέρος: poples, pars quæ sub genu est.
Suga, βδέλλα: hirudo, sanguisuga.
Suggella, ὑπάντιον: liuor, sugillatio.
Suggrunda, grunda, ὑποστέγον: subtegula.
Summentum, ἀνθερεών: inferior mandibulæ pars, q. sub mento.
Supercunnium, ἐφέδιον, ἐπικυσίς: barba genitalis.
Superstitium, & *superstitia*, δεισιδαιμονία: superstitio.
Superstit, περίεσιν, ζῇ: supereſt, viuit.
Suprę, γαστροκνημίαι: suræ, tibiæ.
Surit, καίεται: libidinatur.
Surix, μῦς: mus, sorex.
Suspino, χειμάρρω: opifico.
Sustellosè, πανούργως: dolosè.
Susurriosus, ψιθυριστής: susurrator.
Sutello, ῥάπτω: suo, insuo.
Sutelloſus, διαῤῥαφεύς: sarcinator, rabula.
Sutile, πανοῦργον: malicioſum.
Sutriballum, παλαιοράφος: veteramentarius.

T

Tabulum, ἱκεῖον: tabula, tabulatum.
Tactè, πανικαιῶς: improbiſſimè.
Talantum, τάλαντον: talentum.
Talares, κόνδυλοι ποδῶν: articuli pedum.
Talari, κόνδυλοι χειρῶν: articuli manuum.
Tapedus, τάπης ψιλὴ: tapes tenuis.
Tapite, τάπης: tapes.
Tauo, σήπω: tabeo.
Tegenarius, ψιαθοποιός: ſtorearum contextor.
Tegeſtas, καλυπτήρια: operimentum.
Tegitarius, ψιαθοπλόκος: qui tegetes conficit.
Tegus, ἡμίχοιρον: ſuccidia.
Temetura, μέθη: ebrietas.
Temptamentum, ἀπόπειρα: tentatio.
Temptare, σαλεύειν, πειράζειν: concutere, tentare.
Tentius, ἀραιόθριξ: raris & laxis capillis.
Tergilla, ſiue tergillum, φρεάνη, χοίρου δέρμα: corium porci.
Tergimentum, σήκωμα: ſacoma.
Tergorium, ἀμαγεῖον: ſimulacrum.
Teſſellat, ψηφοθετεῖ: teſſeram iacit.
Themilla, θήκη: theca.
Tibicinator, αὐλητὴς: tibicen.
Timiditas, δέος: metus, territus.
Timulus, ἔφυδρος ἐξάπτων ἐπιγνόμφιον, τῷ νώτῳ: tippula.
Tinarium, σήψ, σῆπας: robigo.
. . . ἠχῶ ἐπὶ χαλκῷ: ſonus ferri.
Tinnulum, πλῆκτρον: plectrum.
Titia, κρέα νηπίων ἃ λέγουσι: cibus puerorum.
Tittex, μύσαξ: barba, myſtax.
Toluberna, παράσεμος, ὀντεράπελος: adſecla.
Tonitruum, βροντὴ: tonitru.
Toranus & torrus, ὦλένη: vlna, cubitus.
Tortiloquium, διάλεκτος συνεσταλμένη.
Trachidus, τραγῳδός: tragœdus.
Trauer, ξυρὸν χρέως: nouacula.
Tricapitinus, τρικέφαλος, τρίφυής: triceps.
Tricotadum, τρίτομον: trifariam diuiſum.
Tricula, ἀποτιλτρία: depilatrix.
Trigarium, τόπος ὅπου ἵπποι γυμνάζονται: locus vbi equi exercentur.

Triber,

Triber, τρίβολος: tribulus.
Trilex, τρίμιτος: triplicatus.
Trimormus, τρίμορφος: triformis.
Trinio, τριετὴς: trimus, trium annorum.
Trinna, τριετία: triennium. Item, ψύλλα: pulex.
Trinnus, τριετής: trimus.
Triſticies, λύπη: triſticia.
Trito, τρίβω: frico, tero.
Troito, χειρίζω, ψηλαφῶ: attrecto.
Trullaria, ζωμάρυστρον: trullã.
Trumæ, παρώτιδες: abſceſſus prope aures.
Trumen, τρύχος....
Trungulus, κωλοβός, ὀνκώλεος: truncus mutilus.
Truſulus, ὁ ἐν μικρῷ παχύς: pumilio craſſus.
Tuberus, τυλῶδης: tuber.
Tubex, σιμώσηξ, αἱματώδης τόπος: vibex, locus cruentus.
Tubo, σαλπίζω: tubicino, tubâ cano.
Tudiculo, τομώνω: inſculpo.
Tutulanus, βαδιστής: tolutarius.
Tumidare, οἰδαίνειν: turgeſcere.
Tumix, τύμπανον: tympanum.
Tuo, ἀτενίζω: contemplor, intuor.
Turbelix, δίχηλος: biſulcus. &, auis genus.
Turbinus, τρόμος: turbo, trochus.
Turgor, οἴδημα: tumor.
Turpifactor, αἰσχροποιὸς: turpator.
Turſus, καυλός: caulis.
Tuſſpollen, μάννα: manna.
Tutila, ἕρκος: ſeptum.

V

Va, φεῦ: ha, heu.
Vaccinia, βλαμάλιον: vacca, iuuencula, iunix.
Vacillator, συκοφάντης: ſycophanta.
Vagna, βάττις μεγάλη, ἣν τινες γαύλον καλοῦσι: vas amplum, gaulus.
Valnus, φάλαγξ, χαράδρα: vallis phalanx.
Vambal, ψελλισμὸς: balbus, blæſus.
Vannuo, λικνίζω: vanno.
Vapuliat, δέρεται: vapulat, excoriatur.
Vargius, βλεσὸς: varus.
Vaſcelium, σκευάριον: vaſculum.
Vaſcularius, σκευοπώλης: qui vaſa vendit.
Vaſus, & *vaſa*, & *vaſum*, σκεῦος: vas.
Vbalbia, χολάδες, τὰ ἔνδερα: inteſtina.
Vdo, ἐμπίλιον: empilium.
Vdor, ὑδρασία: vmor, mador, liquor.
Vendicium, ἐκδίκησις: defenſio, vltio.
Veno, πωλῶ: vendo.
Verbecilla, προβάτιον, ἄρνιον: ouis.
Verebio, κολοβῶ: mutilo, decurto.
Vergo, κύπτω: ceuo, inclino.
Veriora, ζιζάνιον: lolium, zizania.
Vermex, σκώληξ: vermis.
Verminatus, σκωληκίασις: verminacio.
Vernus, οἰκογενής: verna, vernaculus.
Verticillum, σπόνδυλος: verticulus, articulus.
Verticinor, στροφῶμαι: vertor.
Vertipillo, χαμαιλέων, ζῶον: chamæleon.
Veſcilia, χαῖται φρυγός: cæſaries.
Veſco, τρέφω: nutrio, alo.
Vetro, παλαίω: inueteraſco.
Vicarij, κωμητικοὶ, pagani.
Viciolum, ἐλατήριον....
Vigilicius, ἀγρυπνος: vigil.
Vigrinalis, & *vigrineus*, παρθενικός: virgineus.
Vigrinem, παρθένιον: virginem.
Vigrinitas, & *vigrinium*, παρθενία: virginitas.
Vigrino, παρθενεύω: virginitatem conſeruo.

Vigri

Virginula, παρθενισκάριον: virguncula.
Vilo, ἐυτελίζω: annihilo, vilipendo.
Vinacia, σίμφυλα: acina.
Vinnicus, ῥωχελής: tardus.
Virectus, εὐθαλής: opulentus.
Viriæ, χειρικίδες: modioli.
Virideolium, ὀμφάκινον: ſuccus vuarum necdum maturarum.
Viriola, κλάσις, βραχιόλιον γυναικός, φίλιον, θελχέλιον: armilla.
Virioſus, ἀνδρώδης: potens, robuſtus.
Viſco, ἰξεύω: aucupor.
Viſtrigilium, σφραγιδοφύλαξ: pars annuli in qua gemma ſedet.
Vxor, λάκων, ὁ θηρευτής: Laco, venator.
Vmilor, προσπίπτω: accido, humilior.
Vnguina, ὀξύσγιον: arbina, vnguen.
Vnicuba, μονολεχὴς: vidua, ſola cubans.
Vnipes, μονόπους: vnum habens pedem.
Volſura, ῥῆγμα: ruptura, rima.
Vomitina, ἔμετος, vomitus.
Vortigo, εἰλίγγος: vertigo.
Vrbacio, θελχάρας: circumductio.
Vrbanor, πολιτεύομαι: in ciuitate dego.
Vſterna, καῦσις νεκρῶν: combuſtio cadauerum.
Vterinallus, παλαιοραφὸς: veteramentarius.
Vtricium, ἄσκιον: vter, culeus.
Vtrino, βυθίζω: mergo.
Vurdo, ἡμίονος, ἐξ ἵππου θηλείας καὶ ὄνου: mula ex equa & aſino nata.

XXx

SVPPLEMENTI FINIS.

APPRO

APPROBATIO.

IOANNES CLAVDIVS DE VILLE, in ſacra Theologia Magiſter, & diuini Verbi Prædicator; in ſancti Pauli huiuſce ciuitatis Canonicus, & in hac Lugdunenſi Diœceſi à Domino DIONYSIO SIMONE DE MARQVEMONT, Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Archiepiſcopo, librorum Cenſor deſignatus: fidem facimus, nos librum hunc inſcriptum, *Iani Gulielmi F. Laurenbergi Antiquarius*, perlegiſſe, in quo nihil fidei Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ contrarium animaduerſum; quin opus ipſum diligentiâ, iudicio, multiplici lectione admirandum & vtile.

Lugduni apud S. Paulum V. Id. April. M. DC. XXII.

DEVILLE.

PER

PERMISSIO.

FVNDEM librum in vrbe Lugdunenſi excudi, ego Regius in ea Procurator non diſſentio. Iiſdem loco, die & anno.

DE POMEY.

LIBRVM hunc, cui inſcriptio, *Iani Gulielmi F. Laurenbergi Antiquarius*, à Ioanne Anard Lugdunenſi Bibliopola in lucem edi permittimus, & ne quis citra factam ei poteſtatem denuo excudat interdicimus. Lugduni 16. April. 1622.

DE CHAPONAY.

Ès.
Tab
Núm.

Quotidiana

2436